BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 C
4

A VIII c 66

13-23.a.8B

Hh
81

C.M.
0.
3

CANONICARVM QVÆSTIONVM

IN VTROQVE, TAM INTERNO, quàm Externo Foro Practicabilium

SECTIO VNICA.

AVCTORE

PETRO ANTONIO LAZARIO PAPIENSI I. C.
de Sacro, ac Celeberrimo Patriæ Theologorum Collegio Doctore,
& Collegiatæ S. Mariæ Gualterij Præpoſito Coad.

In qua non ſolum

DE BLASPHEMIA EXACTE AGITVR;

Sed multa, ac frequentiora circa Cenſuras, Caſus reſeruatos, Edicta, & Statuta breuiter, & accuratè pertractantur, cum plurimorum Sacræ Scripturæ locorum expoſitione;

Quæ etiam opinio in Controuerſis ſit eligenda, in calce explicatur.

Ad Confeſſariorum, Concionatorum, Ius dicentium, Aduocatorum, & Cauſidicorum non mediocrem fructum, atque vtilitatem.

Appoſitis Summariis, triplicique Indice ad maius ſtudioſi Lectoris commodum.

Cum Priuilegijs, & Licentia Superiorum.



A . ii

VENETIIS, Apud Iacobum Antonium Somaſchum. MDCXIII.

S. Andrea della Valle.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

13 7 C 4

ILLVSTRISSIMO, ac REVERENDISSIMO

D. IO. BAPTISTÆ BILIO,

SANCTÆ, A PRIMORDIISQ.

LIBERAE PAPIENSIS ECCLESIAE

EPISCOPO VIGILANTISSIMO.

ECCE, Præſul Illuſtriſſime, exiguus ingenij mei partus, quem, vti Amplitudini tuæ me ipſum, meaque omnia iam dicaui, ita ſub præclariſſimo tuo nomine in lucem prodire volui. Et meritò quidem: in te enim ea elucent omnia, quæ homines, vt ſublimi viro labores ſuos conſecrent, commouere, ac impellere conſueuerunt: eximius generis ſplendor cum propriæ virtutis gloria coniunctus, ingenij felicitas, ſingularis in omnes tibi ſubiectos humanitas, innata liberalitas, rectiſſima voluntas, inſignis prudentia, ac mirifica in rebus gerendis dexteritas; quibus ſanè dotibus cuncta ad Epiſcopale munus fidei tuæ commiſſum attinentia ita diſponis, vt iure optimo omnes ſummis te laudibus ad cælum vſque efferant. His accedunt tua propè innumera in me merita, quę & maxima fateor, & ſuſpicio. Tu enim, quæ tua fuit magnanimitas, me ſemper benignè excepiſti; ſæpenumero commendaſti; eorum, quibus conſcientiæ caſus in Papienſi Diœceſi occurrentes decidendi, demandata eſt prouincia, numero

adſcripſiſti; Pœnitentiariæ officium iniunxiſti; vt cum doctiſſimis viris, pro recentibus Conſtitutionibus in diœceſana Synodo reformandis laborarem, iuſſiſti; diœceſanumque Examinatorem in eadem Synodo eſſe voluiſti; præterea (ut conſultò pleraque alia ſilentio præteream) ex præſtantiſſimorum virorum cœtu, me vnum delegiſti, ut publicè tuo Clero conſcientiæ caſus exponerem. Ob egregias igitur, quibus excellis, animi dotes, ac maxima in me collata beneficia, nihil vnquàm mihi antiquius fuit; quàm, vt hanc meam ad te amandum, & colendum debitam animi propenſionem, aliquo munere declararem. Re autem nulla maiore id poſſe me conſequi, facilè percepi; quàm ſi has meas de Blaſphemia Practicas Quæſtiones, quæ fortaſsè non mediocrem ſtudioſis vtilitatem ſuppeditabunt, Tibi (quod nunc hilari exequor animo) offerrem, dicaremque. Sic enim mihi perſuaſi fore, vt munuſculum hoc, ab iјs ſtudiјs profectum, quibus iampridem me totum dedi, quæ etiam à te maximè foueri, & amari cernimus, iure, & meum erga te amorem, atque ſingularem obſeruantiam poſſit teſtificari, tuamque erga me beneuolentiam, qua nihil mihi optabilius eſſe poteſt, confirmare. Tenue quidem, & exiguum eſt, quod offero; vtì tamen grati animi, inſignisq́ reuerentiæ pignus, & argumentum, non leue perpetuò extabit, cuius ſanè tenuitatem humanitatis, & auctoritatis tuæ magnitudine ſubleuare potes, quod vt facias, etiam, atque etiam rogo; ſimulque Deum Opt. Maximum enixè obſecro, atque obteſtor, vt mittat tibi auxilium de Sancto, & de Sion tueatur te, ac tribuat tibi ſecundum cor tuum, & omne conſilium tuum confirmet, detque tibi diu viuere feliciter in terris, & feliciſſime ſemper in cœlis. Ex Aedibus Canonicalibus S. Iuuentiј Papiæ.

Amplitudini Tuæ humillimus ſeruus,
quàm maximè addictus.

Petrus Antonius Lazarius.

INDEX QVÆSTIONVM PRINCIPALIVM.

Quæſt. I. BLaſphemia quid, & quot ſint eius ſpecies, & cui præcepto aduerſetur.

Quæſt. II. Blaſphemiæ peccatum quibus committatur modis.

Quęſt. III. Permultis vulgaribus blaſphemijs examinatis, grauiores, maioresvè indicantur.

Quæſt. IV. Blaſphemiæ atrocitas, & grauitas breuiter demonſtratur.

Quæſt. V. Aduerſus blaſphemantes variæ pœnæ recenſentur, & declarantur.

Quæſt. VI. In blaſphemiæ crimine quinam ſint iudices.

Quæſt. VII. Blaſphemia hæreticalis, vel atrox quæ vocetur; huiuſque reſeruatio ab Epiſcopis facta quomodo intelligenda.

Quæſt. VIII. Blaſphemia ex conſuetudine quæ dicatur; & ob eam quando incurrat quis caſum reſeruatum.

Quæſt. IX. Blaſphemia quænam publica, ſiue notoria vocetur; & qui ob eam in Epiſcopali reſeruatione includantur.

Quæſt. X. Animaduerſiones, ſiue declarationes quædam circa Epiſcoporum Tabellas de caſibus reſeruatis in hac blaſphemiæ materia.

Quæſt. XI. Circa blaſphemi confeſſionem, & abſolutionem ſacramentalem quid à Confeſſario obſeruandum.

Quæſt. XII. Blaſphemantem audientes ad quid teneantur, ſatis accuratè examinatur.

Quæſt. XIII. Quæ opinio ſit deligenda, ac ſequenda in Controuerſis Quæſtionibus.

QVÆSTIONES,

Quæ ſub dictis principalibus explicantur.

Quæſt.1. BLaſphemia in Spiritum Sanctum quid, diffusè examinatur. ſub q.1.nu.14.

Quæſt.2. Blaſphemia quando ſit mortale, uel ueniale peccatum. ſub q.1.nu.19.

Quæſt.3. An blaſphemia opponatur fidei confeſſioni, & ſic primo Decalogi præcepto, uel aduerſetur Religioni, & ſic ſecundo præcepto. ſub q.1.nu.32.

Quæſt.4. Quomodo poſſit blaſphemia ſtare cum fide, cum ſit contraria fidei confeſſioni. Ibid.nu.35.

Quæſt.5.Blaſphemare facto quando quis dicatur. ſub q.2. nu.31.

Quæſt.6. Dicere ad corpus, uel ad ſanguinem Dei, an ſit blaſphemia, & quando. q.3.nu.1.

Quæſt.7.Dicere,(nè anco Dio lo può fare) an ſit blaſphemia,accuratè explicatur.Ibid.nu.22.

Quæſt.9.Blaſphemiarũ differentia,& quęnã maiores dicantur.Ibid.n.51.

Quæſt.10.Blaſphemiæ peccatum an grauius ſit periurio, & homicidio. ſub q.4.nu.29.& ſeqq.

Quæſt.11. Quare diuerſis temporibus ita creuerit conſuetudo iurandi per capillum,& caput Dei,vt non tantum Cõſtitutio Pontificia, ſed Imperialis neceſſaria fuerit. ſub q.5. nu.22.

Quæſt.12.Blaſphemans ex conſuetudine, vel hæreticè an gaudeat Eccl. immunitate. Ibid nu.69.

Quæſt.13. Inquiſitores S.Officij de quib.blaſphemijs regulariter cognoſcant ſub q.6.à nu.8.

Quæſt.14. Si quis in Pęnitentiali foro fuerit de blaſphemia abſolutus,an in Exteriori poſſit à iudice poſtea puniri;& quid ſi obtineret abſolutionem à Summo Pontifice.ſub q.6.à nu.26.

Quæſt.15. Quòd dicere(renego Iddio)ſit hæreticalis blaſphemia ſolidæ adducuntur rationes. ſub q.7.nu.9.

Quæſt.16.Atrocem eſſe blaſphemiam,dicendo(maledetto ſia Iddio)diffuſè probatur,Ibid.nu.19.vbi & nu.ſeqq recenſentur ſpeciatim atroces blaſphemiæ.

Quæſt.17.Contra nonnullos validis firmatur rationibus,dicere(al deſpetto di D.)blaſphemiam eſſe atrocem,imo hæreticalem. Ibid.à nu.35.

Quæſt.18.Trahentes verba Sacræ Scripturę ad iocoſa,& ſcurrilia,an hęreticales dicantur blaſphemi.Ibid à nu.67.

Quæſt.19.Vtrum plures blaſphemię vno,& eodem tempore,ac cõtinuato ſer-

to ſermone prolatę vnicum,vel plura conficiant delicta, aut multiplicent peccata in confeſſione neceſſariò confitenda.ſub q.8.à n.23.
Quæſt.20.Impuberes,& minores 14.annis doli capaces in reſeruatis comprehendi caſibus,multis confirmatur rationibus. ſub q.8.nu.40.
Quæſt.21.Notorium iuris & facti quid ſit,explicatur ſub q.9.nu.4.
Quæſt.22. Delinquens coram duabus, uel tribus perſonis, ſi illi pluribus manifeſtent, ita ut fiat publica fama, an dicatur notorius. ſub q. 9. à num.21.
Quæſt.23. Vtrum publica blaſphemia de iure,uel conſuetudine Epiſcopo ſit reſeruata, ſub q.10.nu.1.
Quæſt.24.Blaſphemia prolata in B. Virginem Mariam eſſe regulariter atrocem, probatur ſub q.10. à nu. 20.
Quæſt.25. Deſcribitur Tabella caſuum Epiſcopo reſeruatorum Papiæ anni 1610. circa quam nonnullæ in praxi utiles reſoluuntur dubitationes.ſub q.10.à nu.27.
Quæſt.26.Vtrum Epiſcopi edictum, ne quis accedat ad monaſteria monialium ſine eius licentia, adſtringat ſuos ſubditos accedentes ſine tali licentia ad monaſteria exempta Regularibus immediatè ſubiecta. ſub q.10 à nu.28.& ſeqq.
Quæſt.27. An Regulares abſoluere valeāt à caſibus Epiſcopo reſeruatis prætextu ſuorum priuilegiorum,non obſtante Decreto Sacræ Congregat. edito anno 1601. & explicatur dictum Decretum. ſub q. 10.à nu.32.& ſeqq.
Quæſt.28.An Epiſcopus poſſit apponere cenſuram ipſo facto contra Regulares Confeſſarios abſoluentes à caſibus reſeruatis non obtenta prius ab eo facultate. ſub q.10.à nu.54 et ſeqq.
Quæſt.29.Locorum Ordinarij procedere poſſunt per cenſuras cōtra Regulares,et alios exemptos,ubi agitur de obſeruantia S.Concil.Trid. et vbi per exemptos turbatur, vel impeditur eorum iuriſdictio, ſub q.10 num 57.
Quæſt.30.Vtrum filius teneatur dicere teſtimonium in patrem atrocem blaſphematorem, et filia deferre matrem veneficam ſub q 12.num. 57. et ſeqq.
Quæſt 31.Varij caſus de blaſphemia.ſub q.12.nu.22.
Quæſt.32. Varij propoſitionum gradus adducuntur, et explicantur, ſub q.12.nu.87. et ſeqq.
Quæſt.33.De multorum Doctorum,tàm antiquorum, quàm modernorum auctoritate diſſeritur.ſub q.13.à nu.25.et ſeq.

CO-

COPIA.

Gli Eccellentiſſimi Sig. Capi dell'Eccelſo Conſ. di X. infraſcritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori dello Studio di Padoua per relatione à loro fatta dalli due a queſto deputati, cioè dal R.P.Inquiſitor,& dal Circ.& Fedeliſſimo Segretario del Senato Gio. Franceſco Marcheſini con giuramento che nel libro intitolato, Canonicarum Quæſtionum, Auctore D. Petro Lazario Papienſi, non ſi troua coſa contra le leggi,& è degno di ſtampa;concedono licentia, che poſſi eſſer ſtampato in queſta Città.

Datum die 3. Maij 1613.

D.Coſtantin Renier
D.Piero Moreſini. } Capi dell'EccelſoConſ.di X.
D.Franceſco Correr.

Excellentiſſimi Conſ.X. Secretarius
Bartholomæus Cominus.

1613. adì 18. Zugno.
Regiſtrato in lib. à carte 153.

Antonius Lauredanus Officij
Cont.Blaſph.Coad.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM PRÆCIPVARVM,
Quæ in hac vnica Sect. Canon. & Pract. Quæſtionum continentur.

Abiurare.

1 *ABiurare quid, & qui ad id teneantur. q. 6. nu. 18.*

2 *Abiuratio de leui ut differat ab abiuratione de vehementi ibid.*

3 *Abiurare debent maſculi poſt 14. & fæminæ poſt 12. annum. ibid. nu. 19*

Vide verb Hæreſis ſuſpectus.

Abſolutio, abſolutus.

1 *Abſolutus blaſphemus à Confeſſario an poſſit puniri à iudice in foro exteriori. q. 6. nu. 28. & ſeqq.*

2 *Abſolutio Sacerdotis ſpirituale͂ non temporale͂ remittit penam, ibid nu. 29*

3 *Abſolutus in conſcientiæ foro, de eode͂ puniri poteſt delicto in foro fori. ibid. nu. 30*

4 *Abſolutus ab exc. à qua aliàs no͂ poterat, ſi ceſſante impedimento non ſe præſentauerit debito ſuperiori, in excommunicationem reincidit. q. 8. num. 9*

5 *Abſolutio blaſphemiæ publicæ cur ab epiſcopis communiter reſeruetur. quæſt. 9. num. 1. & q. 10 num. 4*

6 *Abſolutio publicæ blaſphemiæ an ſit Epiſcopo à iure, aut generali conſuetudine reſeruata. q. 10. nu. 1. & ſeq.*

7 *Abſolutio publ. blaſp. Epiſcopo reſeruatur, ab occulta quilibet confeſſarius abſoluit, declar. q. 10 nu. 7 & nu. 9 & ſeq.*

8 *Abſoluendi quã do, & quomodo blaſphemi aſſueti, uel publici. q. 11. nu. 24 & 26*

9 *Abſolui quando poſſit quis ante factã denunciationem S. Officio Inquiſ. q. 12 num. 77*

10 *A quo abſoluendus exco͂municatus, eo quòd S. Off. Inquiſ. non denunciauit. ibid. nume. 79.*

11 *Abſolutus iudicialiter ab Inqu. tenetur confiteri eaſdem blaſphemias confeſſario, ut ſacramentaliter abſoluatur, ibid. nu 82*

Vide verb. Epiſcopus. Excommunicatio, Co͂feſſarius, Reſeruatio.

Accuſare.

1 *Accuſare quilibet poteſt in crimine blaſphemiæ, & cur q. 6. nu. 1*

2 *Accuſans aliquem calumnioſè, ut puniatur ex nouiſſ. Conſt Domin. Mediolanenſis, ibidem num. 40*

Vide verb. Iudex, Calumniator.

Adoratio.

1 *Adorationis tres ſpecies, q. 2 nu. 49*

2 *Adorationis perfecta duplex actus, ibid. nu. 51*

3 *Adoranda qualiter B. V. Maria, & alia Chriſti res, ibid. nu. 50*

4 *Adorari quo cultu debeant imagines ſacræ, ibidem num. 46*

Vide verb. Sanctus, Maria V.

Aduocatus, vide Opinio.

Aequipollentia.

1 *Ex Aequipollentibus aliquid fieri nihil refert. q. 9. num. 30.*

2 *Aequipollentia eandem habent rationem, & idem eſt eorum effectus. ibid.*

Affectus, uide verb. Factum.

B. Alexander Saulius.

1 *Alex. Saulij Epiſ. Papien. meritis à Deo multa miraculoſa gratia eduntur. q 12. nu. 20*

2 *Eius edictum contra blaſphematores. ibidem num. 21.*

3 *Quid præcipiat confeſſarijs circa denunciationem blaſphemantium, &c. ibid. nu. 78*

Appellare.

1 *Appellans pluries uno impetu ſemel appellaſſe cenſetur. q 8. num. 27*

Arbitrium. vide verb. Iudex.

Audiens Blaſphemantem.

1 *Audientes blaſphemantem ad acriter reprehēdendum, & denunc. tenetur, q. 12. num. 1. et decl. num ſeqq. & cur nu. 4*

2 *Multi audientes blaſphematorem diſſimulāt, & quandoque ad riſum mouentur, ibidem num 2*

3 *Audientes blaſphematorem ad quid teneantur ex Conc. Later. ex Conſt. Dom. Med. & ex Bulla Iulij III. ibid. nu. 13. & ſeqq.*

4 *Audiens proferentes enormes, uel hæreticales, ſub conditione, & facetias ſcandaloſas denunciare tenetur, ibid. nu. 42 & nu. ſeq.*

5 *Pertranſiens ſi audiat blaſphemantem, an teneatur deferre ibid. nu. 56*

6 *Audiens, vel ſciens blaſphemare ſolitum etſi probare nequeat, cur ad denunc. aſtringatur, ibid. nu. 54*

Vide verb. Denunciatio, Inquiſitor, Teſtis blaſphemia hæreticalis.

Auctor.

1 *Auctoris ſcopus in hoc tractatu, in Præf. num. 12. & ſeq.*

2 *Auctor ſubijcit ſe, ſuaque omnia ſcripta cenſuræ S. Matris Eccleſię, q. 11. num. 30.*

3 *Auctores qui in pertractandis iuris quæſt. frequenter diſputationis ſtylo uſi ſunt. q. 13. num. 55*

Auctoritas doctorum, uide verb. Doctor.

Bald. vide Doctor. nu.

Baptiſmus.

1 *In baptizandi ore quare ſal benedictum immittatur. in Præf. num. 43*

Blaſphemia.

1 *Blaſphemia cur linguę uitiorum regina, in Præf. nu. 2*

2 *Blaſphemię crimen omnium delictorum grauiſſimum, ibid. nu. 3*

3 *Blaſphemię nomen Gracè, Latinè maledictionem ſignificat, ex uſu autem quid importet, q. 1. num 1*

4 *Blaſphemię definitio ſecundum Nau. quę explicatur. ibid. nu 3*

5 *Blaſphemię prima diuiſio ubi detrahitur ſapientiæ, omnipotentiæ, iuſtitiæ, bonitati, ibi. num. 4*

6 *Blaſphemię ſecunda diuiſio in blaſphemiam cordis, & oris, ſiue mentalem, & uocalem, ibid. nu. 6*

7 *Blaſphemię tertia diuiſio in hæreticalem, & ſimplicem, & quid utraque, ibid. nu 7*

8 *Blaſphemia tàm oris, quàm cordis triplex, & eſt quarta diuiſio, ibid. nu 8*

9 *Blaſphemia quinta diuiſio, & quot modis in Sp S. contingere poſſit. ibid. nu 9*

10 *Blaſphemia in Spiritum Sanctum regulariter accipitur pro finali impœnitentia, ibid. nume. 14*

Blaſphe-

11 Blaſphemia in Spir Sanctũ quomodo, & quare irremiſſibilis dicatur. ibid. nu. 15. & ſeq.
12 Blaſphemia quando dicatur filia ſuperbia, vel ira, ibid. nu 17. & ſeq.
13 Blaſphemia ex ſuo genere mortale eſt pecc. fal. lit in 4. caſibus, vt in ſeqq. num. ibid. nu. 19.
14 Blaſphemia nũquam eſt venialis ex leuitate materia. ibid nu. 21.
15 Blaſphemiam materialiter referẽs, vel ex animi leuitate proferens non peccat mortaliter. ibid. nu. 22.
16 Ad Blaſphemiam non requiritur formalis indignatio in Deum. nu. 23. & q. 7. nu. 34.
17 Blaſphemia ex ſubreptione, & indeliberata voluntate veniale eſt pecc. ibid. nu. 24.
18 Blaſphemia ex indeliberatione, & ſi procedat ex iniuſta cauſa mort pecc. non eſt. ibidem, num. 27.
19 Blaſphemiam eſſe contra primum, vel ſecundum Decalogi praceptum controuertitur, ſed diſtinguitur. ibid. nu 32.
20 Blaſphemia varijs modis contingere poteſt; quod in ſeqq. nu. decl. q. 2. nu. 1.
21 Blaſphemia eſt reuocare in dubium; quod ad diuinam pertineat perfectionem. ibid. nu 4.
22 Blaſphemia eſt, ſi deteſtentur diuina, vel fiat in Deum imprecatio. ibid. nu 8.
23 Blaſphemia per modum irridentis quanam dicantur. ibid. nu. 10.
24 Blaſphemia eſt dicere (Dio pouerinazzo) ibid. num. 13.
25 Blaſphemia in Sanctos quare in ipſum Deum tendat, & nu. ſeqq ibid. 17.
26 Blaſphemia in res ſacras, Chriſtianam fidem & in Pralatos, vt committatur. ibid nu. 23.
27 Blaſphemia non in homines, ſed in Deum, & Sanctos propriè infertur. ibid. nu. 30.
28 Blaſphemia non tantum locutione, ſed facto committi videtur. ibid. 31.
29 Blaſphemia facti cur impropriè blaſphemia dicatur. ibid. nu. 39.
30 Blaſphemia in ſcriptis etiam conſiſtit. ibidem, num. 41.
31 Blaſphemia an ſit, dicere (por vida de Diõs.) q. 3. nu. 3.
32 Blaſphemia non videtur dicere (può far Dio, aut poſſanza di Dio) declaratur nu 14. ibi num. 12.
33 Blaſphemia eſt omne quod in contumeliã creatoris, vel Sanctorum profertur. ibid. nu. 24.
34 In Blaſphemia conſideratur non veritas circa rẽ, ſed modus, & affectus loquẽtis. ibi. n. 25.
35 Blaſphemia omnes an ſint eiuſdem ſpeciei. ibi. nu. 51. & ſeqq.
36 Blaſphemiarum gradus ibid ſub nu. 54.
37 Blaſphemia qua omnium leuiſſima cenſeatur, ibid. nu. 59.
38 Blaſphemia peccatũ cur ſit ex maioribus, quod contra Deũ committi poſſit. q. 4. n. 1. & 32.
39 Blaſphemia directè in Dei iniuriam tendit. q. 4. nu. 3.
40 Blaſphemia quare ſit maximum peccatorum ex ſuo genere, ibid. nu. 5. & ſeq.
41 Blaſphemia in Dei odium proferri videtur, ibidem, nu. 7.
42 Blaſphemia nihil fœdius, nihil odioſius, nihil chriſtiano homini, et nomini repugnantius. ibid. nu. 12.
43 Blaſphemia in damnatis poſt reſurrectionem erit vocalis vt in ſanctis erit laus. ibi. n. 27.
44 Blaſphemia omni iure damnatur ac punitur. q. 5. nu 80.
45 Blaſphemia crimen cur à quouis iudice puniri debeat. q. 6. nu. 3.
46 Blaſphemia antiquitus ad iudiciale forum delata ab Epiſcopo ſolenni pœnitentia puniebatur q 10 nu. 3.

Blaſphemare.

1 Blaſphemare dicitur in Spirit. Sanct. ſacris obloquens canonibus. q. 1. nu. 12.
2 Blaſphemare inaduertenter ex quadã conſuetudine quando ſit mort. pecc. ibid. num. 28. & ſequen.
3 Blaſphemare dicitur qui membra Chriſti verenda vti contemptibilia nominat. q. 2. nu. 14.
4 Blaſphemare dicitur, qui dicit ſi adulterium commiſero ingrediar religionẽ. ibid. nu. 15.
5 Blaſphemare Sanctos quomodo contingat. ibid nu. 16.
6 Blaſphemare dicitur, quouis modo imagines Dei, Chriſti, Virginis, & Sanctorum lędens. ibid. nu. 32.
7 Blaſphemare facto maius crimen eſt, quã ore. ibid. nu. 37.
8 Blaſphemare per capillũ, aut caput Dei cur antiquitus ita frequens eſſet, vt in vtroque iure fuerit prohibitum. q. 5. nu. 22.
Blaſphemare ex conſuetudine, vide verb. Conſuetudo. Solitus.

I N D E X

Blaſphemia hæreticalis.

1 *Blaſphemia hæreticalis quomodo ſtare poſſit cũ fide & ſi contraria ſit fidei confeſſioni.q.1.n. 35 & 38.*
2 *in Blaſphemia hæreticali duplex reperitur malitia.Ibid.nu.40.*
3 *Blaſphemiæ hæreticales differũt ſpecie ab alijs, non tamen inter ſe q 3.nu.52.*
4 *Blaſphemia hæreticalis vt differat ab hæreſi. q.5.nu.74.*
5 *Blaſphemia hæreticalis quæ propriè dicatur,et referuntur exempla. q.7.nume.5. & nu 13.*
6 *Blaſphemiam eſſe hæreticalem dicere, renego Deum,probatur. q.7.nu 9.*
7 *hæreticales Blaſphemi an dicantur, qui aliquid contra fidem expreſſe non affirmãt.ibi. nu.12.*
8 *Blaſphemia hæreticalis eſt dicere ad deſpectum Dei,& cur.ibid.nu.35.*
9 *Blaſphemiæ hæreticales ſub conditione cur veræ hæreticales dicantur. & quando non.ibi. num.45.*
10 *Blaſphemia hæreticalis eſt,dicere, Deum adeo eſſe miſericordem, vt peccata non requirat. ibid. nu.48.*
11 *Blaſphemia eſt hæreticalis,dicere,ſi Deus non facit vindictam, non credam eſſe iuſtum. ibid nu.50.*
12 *Blaſphemia hæreticalis eſt dicere (put. la noſtra Donna.) ibid nu.51.*
13 *Blaſphemiam proferens hæreticalem ignorans talem eſſe quando comprehendatur in reſer. ibid.nu.60.*
14 *Blaſphemias hæretic. ex repentina iracundia proferens etſi ſtatim pœniteat, non excuſatur à culpa nec à reſer.ibid.nu.61.*
15 *Blaſphemia hæret. ſimpliciter reſeruata cõprehenditur etſi publica non ſit, & declarãtur plures Tabellæ. ibid.nu. 9. & ſeq.*
16 *Blaſphematores hæreticales qui regulariter dicantur. q.12.nu.25.*
17 *Blaſphemans hæreticaliter pro abſolutione in foro conſcientiæ ad quem mittendus. ibid. num.81.*

Vide verb. Suſpectus de hæreſi, Blaſphemator, Blaſphemia enormis. Dicere num.

Blaſphemia atrox, vel enormis.

1 *Blaſphemia quib. modis vna ſit alia grauior, & explicantur earum gradus.q 3.nu.54.*
2 *Atrocior eſt blaſphemia in ore Prælati,Clerici, vel Religioſi, quàm Laici. q 3. nu.55.*
3 *Blaſphemia atrox quænam dicatur,arbitrio iudicis relinquitur q 5 nu.59.*
4 *Blaſphemiæ atrocitas ex quibus circumſtantijs colligatur. ibid nu 60.*
5 *Blaſphemia tribus modis atrox dicitur. q. 7. nume.14.*
6 *Blaſphemia animo deliberato,& ſtudioſè prolata atrox dicitur.ibid.nu.16.*
7 *Blaſphemia atrox eſt,dicere,Maledictus Deus. ibid.nu. 19.*
8 *Blaſphemia enormis eſt, dicere aliquid opprobrioſum,& valde iniurioſum contra Deum, vel Sanctos eius, & adducuntur exempla. ibid. nu. 27.*
9 *Blaſphemi atroces ſolent eſſe muliones, rhedarij,ruſtici, & ſimiles,& quare. ibidem, numero 30.*
10 *Blaſphemia enormis eſt iurare per verenda Chriſti,vel B.Virg. ibid nu 31.*
11 *Blaſphemia atrox & hæreticalis eſt dicere ad deſpectum Dei. ibid.nu.35.*
12 *Blaſphemia enormis eſt dicere ad deſpectum B.Virginis, aut S. Petri, aut Sancti Pauli. ibid. nu.40.*
13 *Blaſphemiæ atroces Lutheri, Vuicleph,& Caluini remiſ. ibid.nu.47.*
14 *Blaſphemia enormis eſt, velle vt pecc. Deo placeat.ibid.nu.49.*
15 *Blaſphemantes Deum vel B.Virginem ſpecialiter includuntur regulariter in reſer. atrocis blaſphemiæ q.10.nu.20.*

Vide Hæreſis ſuſpectus, Blaſphemia hæreticalis. Dicere nu.18.

Blaſphemator.

1 *Blaſphematores quibus circumſtantijs in veteri lege puniebantur, & quare, in Præfatio, num. 23.*
2 *Blaſphemantem ex conſuetudine difficile eſt, non blaſphemare q.1 ſub nu.28.*
3 *Blaſphemus eſt, qui promiſit peccatum facere in Dei honorem. q.2.nu.15.*
4 *Blaſphemus eſt, dicens,ſi adulterium commiſi non ingrediar religionem.ibid ſub nu.15.*

Bla-

5 *Blaſphemantes facto quomodo puniendi, ibid. num.36.*
6 *Blaſphemans directè in Dei eccleſiam peccat. q 4.ſub nu 6.*
7 *Blaſphemo nihil ingratius, cum in eum inferat opprobria, qui noſtra deleuit probra. ibidem, num. 11.*
8 *Blaſphemi Iudæis æquiparantur, & cur eis peiores. ibid. nu 14.*
9 *Blaſphemantes Chriſtum nunc triumphantem in cęlis cur grauius peccent quam qui eum crucifixerunt pauperem in terris. ibidem, num. 15.*
10 *Blaſphemi idolatris, imo brutis cur deteriores, & nu.ſeq. ibid nu 21.*
11 *Blaſphemi cur Diaboli filij ibid.nu.26.*
12 *Blaſphemus dicitur reus læſæ maieſtatis. ibi. num.28.*
13 *Blaſphemis iure diuino in veteri lege quænam imponeretur pęna. q.3. nu.1.*
14 *Blaſphematores ex Mahometi lege per mediũ ſecari debent. ibid. nu 36.*
15 *Blaſphemator vnus fuit excoriatus viuus, alter verò viuus combuſtus ibid ſub nu.38.*
16 *Blaſphemi ſolent fuſtigationis, aut catenæ, vel aliquot funis ictuum pęna plecti. ibid. nu. 42. & ſeq.*
17 *Blaſphemantes vt puniebantur à B.Lud Frãcorum Rege, & nu.ſeq ibid.nu. 45.*
18 *Blaſphematores facti vt puniantur per Conſti. Dom. Med. ibid nu.55.*
19 *Blaſphemantium quorundam punitiones ex ordine Senatus Med. & circa eorum condẽnationes ordo refertur, ibid nu.62.*
20 *Blaſphemans in palatio quando duplici puniendus pęna. ibid nu 65.*
21 *Blaſphemi vti infames à teſtificando repellun tur, nec poſſunt in litem iurare ibid nu.66.*
22 *Blaſphematori quotidiano non eſt credendũ. ibid.*
23 *Blaſphemi an gaudeant eccleſiæ immunitate declaratur numero 83. & ſequen. ibidem, num. 69.*
24 *Blaſphemantis pena quando ad mortem vſq; extendi poſſit. ibid.nu.78.*
25 *Blaſphemi communiter ſunt homines abiectæ vitæ, & prauorum morum. q.6 ſub nu 2.*
26 *Blaſphemus delatus quando, & quomodo abiurare cogatur. q 6 nu. 17.*
27 *Blaſphemus quibus in caſibus mitius puniri debeat. ibid. nu 35.*
28 *Blaſphemus niſi pęniteat, & in hoc, & in alio ſęculo punietur. q.7.nu.24.*
29 *Blaſphemus propriè eſt, qui ad laudandum Deum turpi vtitur verbo. ibid.nu.71.*
30 *Blaſphemus conſuetus quis dicatur, non eſt ſatis clarum. q.8.nu 3.*
31 *Blaſphemans quater in eadem ſermonis ſerie, an vnum vel plura committat pecc. ibidem, num. 29.*
32 *Blaſphemans in vicinia, taberna, Collegio coram ſex perſonis dicitur publicus q.9.n.19.*
33 *Blaſphemans coram duabus, vel tribus perſonis, ſi illæ pluribus manifeſtent, & fiat fama publica, an dicatur notorius blaſph. ibidem, num. 21.*
34 *Blaſphemans ſemel quando incurrat caſum reſeruatum. q.10. nu.25.*
35 *Blaſphemans quare excuſatione ſit indignus, etſi in blaſphemias prorumpat ob alicuius tribulationis occaſionem. q. 11. nu.15.*
36 *Blaſphemantes non excuſantur, licet blaſphemando non intendant diuino detrahere honori. ibid. q.11. num.17.*
37 *Blaſphemantes non ſine grauiſſima pęnitentia ſunt abſoluendi ibid nu.21. & ſeq.*
38 *Blaſphemis quæ remedia applicanda pro recidiuitate. ibid. nu 31. & 36.*
39 *Blaſphematores modo admonitionibus, modo denunciat. à tali peccato ſunt retrahendi. q.12. num. 11.*
40 *Blaſphemator ſponte accedens ad Inquiſ. quas euitabit pęnas &c. q.12. nu 83.*
Vide vt ſupra.
Bulla vide Papa nu. Conſtitutio.

Calumniator.

1 *Calumniatores quomodo puniendi. quæſtio. 6. num. 39.*

Canones, & ius canonicum.

1 *Canonica conſtit[illegible] [illegible]er Spiritum Sanctũ ore Pontificum, [illegible] ctorum promulgatæ fuerunt q. 1. ſub nu 12.*
2 *Canones, leges, ſtatuta aduerſus blaſphemos quomodo interpretanda q 2.nu.27.*
3 *Si inter ius Canonicum, & Ciuile extat contrarietas quodnam atte dendum. q.13. nu.29.*
4 *Ius Canonicum vbi agitur de pecc. etiam veniali in vtroque foro eſt ſeruandum. q. 13. num. 30.*
5 *Ius Canonicum eſt diuini, & humani iuris perfe-*

perfecta epitome. ibid.ſub nu.42
Canoniſta quando præferatur Theologo in promotione ad beneficia, & interpret. dubiorum. ibidem.
Vide verb. Conſtitutio, Doctor.

Caſus.

1 *Caſus cuiuſdam Iudæi blaſphemantis. q. 3. ſub nu. 18*
2 *Caſus Paris de Puteo, qui blaſphematori fecit amputari linguam, & in arbore affigi. q. 5. num. 40*
3 *Caſus frequentioris expreſſio non excludit alios ſimiles caſus ex identitate rationis. ibid. q. 5 nu 52*
4 *Caſus ſatellitis, qui p atroci blaſphemia, & uulnere illato corrigenti fuit ſuſpenſus, q. 5 ſub num. 61*
5 *Caſus ad ſacrum Inquiſitionis Officium pertinentes q. 12 num. 24*
Caſus reſeruatus, vide verb. Reſeruatio.
Capitulum, vide Reſeruatio nu.

Cenſura.

1 *Cenſura nulla imponitur ipſo facto ob blaſphemiam, q. 5. nu. 21*
2 *Cenſuræ ab ordinarijs emanatæ à Regularib. publicandæ, & obſeruandæ q. 10. nu. 62*
Vide uerb. Excommunicatio, Epiſcopus, Regularis.
Chriſtus, vide uerb. Blaſphemator.
Clauſula, uide uerb. Interpretatio.

Creatura.

1 *Creatura cur laudare debeat creatorem ſuũ. q. 4 num. 10*
2 *Creaturæ, & naturæ aduerſatur blaſphemia. ibid. nu. 23*
3 *Creaturę omne* [illegible] *dominum. ibi. ſub num. 23*

Clericus.

1 *Clericorum nugę blaſphemiæ dicuntur. q. 5. ſub nu. 56*
2 *Clericorum blaſphemiæ grauius puniendæ, & cur non publicè q. 5. nu. 28*
3 *Clericis non eſt imponenda pœna fuſtigationis, uel alia ignominioſa, ibid. nu. 29*
4 *Clericus blaſphemator quare à iudice laico puniri non poſſit. q. 6. nu. 6*
Vide verb. Sacerdos.
Communis opinio, uide uerb. Opinio.

Confeſſarius.

1 *Confeſſarius moderari poteſt pęnas in iure ſtatutas in foro conſc. q. 5. nu. 27*
2 *Confeſſarij quid aduertere debeant, ubi in tab. caſ. reſer. non ſit mentio de blaſphemia, q. 10 num. 5*
3 *Confeſſarius bona fide, uel ignorantia abſoluens à caſib. reſer. quare pęnas Decreti Sac. Congr. non incurrat. q. 10. nu. 41*
4 *Confeſſarij urbis Romę, & extra Italiam non ligantur per dictum decretum. ibid. nu. 48*
5 *Confeſſ. ſi abſoluendo à caſ. reſer. incurrat dictas cenſuras à quo abſoluendus, ibid. nume. 50*
6 *Confeſſarij approbati nolentes abſoluere à caſ. extra dictum decretum reſer. uigore ſuorum priuil. debent prius ad hoc ab Ordinario approbari. ibid. nu. 52*
7 *Confeſſarius quid in primis inueſtigare debeat in blaſphemi confeſſione. q. 11. num. 1*
8 *Confeſſarius ſi non habet auctoritatem abſoluendi à caſu blaſphemiæ reſeru. quid agat, ibid. num. 2*
9 *Confeſſarius quando abſoluere poſſit peregrinum, uel aduenam à caſib. ſuo Epiſcopo reſer. ibid. num. 4*
10 *Confeſſarius oſtendere debet blaſphemanti grauitatem blaſphemiæ, & ſuam ingrat. ibid. nu. 11*
11 *Confeſſarius hortari debet blaſphemum pœnitentem ad frequentem confeſſ. & communionem. ibid. nu. 36*
12 *Confeſſarius quid aduertere debeat, ubi alterius nomine aliquem ad S. Offic. detulerit. q. 12. num. 66*
13 *Confeſſarius uarijs exiſtentibus opinionibus quam eligere debeat, & poſſit. q. 13 nu. 43*
Vide uer. Abſolutio, Regularis, Sacerdos, Reſeruatio.

Confeſſio.

1 *In confeſſione quomodo explicanda blaſphemię malitia. q. 3. nu. 61.*
2 *In confeſſione ſunt explicanda tredecim peccata ſi quis blaſphemat Deum, & Apoſtolos. q. 8.*

q.8.num.36
3 Confeſſione frequenti nulla efficacior medicina ad prauum uincendum uſum &c. q. 11. num.37
Vide verb. Blaſphemator. Malitia.

Conſuetudo.

1 Conſuetudo, aut metus non excuſat à pœna, nec à pecc. in his, quę ſunt de ſe mala quæſt. 3. num.21
2 Conſuetudo, & locorum ſtatuta ſunt attendẽda in pœnis blaſphemantibus imponendis. q.5.nu.41
3 Conſuetus blaſphemus quis dicatur non eſt ſatis clarum, q 8.nu.3. ex quot uicib. ibi nu 5
4 Ex conſuetudine an dicatur blaſphemare plures blaſphemans extra ciuitatẽ, & paucioribus vicibus intra, aut clam pluries, & bis, vel ter publicè. q.8.nu 14
5 Aſſuetudinem blaſphemandi intra tres uices, uidetur quis oſtendiſſe. ibid ſub nu.15
6 Ex conſuetudine blaſphemantes, ſed inaduertenter non comprehenduntur in caſu reſer. ibid.nu.19
7 Conſuetus blaſphemare non dicitur blaſphemans pluries uno, & eodem tempore, ibidem nu.23. decl. num 28
8 Conſuetudo praua blaſphemandi, quę uidetur huius pec. neceſſitatem inferre non excuſat delinquentem etiam in foro exteriori. q.11. num.20
Vide Solitus.
Conſentire, vide verb. Emendatio.
Conceſſo uno conceditur etiam id ſine quo fieri commodè, & ritè nequit. q. 10. ſub num.61

Contemptus.

1 Contemnere uidetur, qui frequẽter in aliquod uitium incidit. q.8 nu.10
2 Contemnere, uel præſumere dicitur, qui aliquid facit ſua auctoritate, quod tamen declar. q. 10.nu.45

Conſtitutio.

1 Conſtitutio Domin. Mediol aduerſus Iudices negligentes in puniendis blaſph. in Præfat. num.26
2 Conſtitutio Pij V. aduerſus blaſph. refertur, & decl. q.5.nu.32. & ſeq.
3 Conſtit. Dom. Med. aduerſus blaſph refertur, & exponitur, ibid nu.53
4 Conſtitutiones Dom Mediolani quando, & à quibus compilata, ibid.
5 Conſtit. Greg. XIII. de eccl. immun. declaratur, ibid. nu 70 & ſeq.
6 Conſtit. Synodalis Papien. contra abutentes Sacra Scripturę locis refertur, &c. q.7 nu.70
7 Conſtitutio pœnalis loquens in plurali numero extenditur ad numerum ſingularem. q.10. ſub num.19
8 Cõſtitutio ex quibus uerbis deducatur ad mor. pec. obligare. q.10.nu.41
9 Conſt. Iulij III. ad quid obliget audientes blaſphemare. q.12.nu 16
Vide Decretum, Papa.
Cupiditas radix omnium malorum. q. 11. nume.34

Crimen læſæ Maieſt.

1 In crimine læſæ maieſtatis ex ſolo tractatu quis punitur. q 3.nu.37
2 Læſæ maieſtatis reus dicitur blaſphemator, q. 4.num.28

Crux.

1 Crucis S. ſignum conculcantes uilipendentes aut in terram ſculpentes pęna mortis puniẽdi. q.2.nu.43. qualiter adoranda crux. ibid. num.50
2 In cruce maiorem percepit dolorem latro ex alterius blaſphemia, quã ex propria morte. q. 12.num.8.

Culpa.

1 Bonarum mentium eſt agnoſcere culpam etiã ubi non eſt q.8. ſub nu. 28
2 Culpa tolerabilior eſt, ſi lateat. q.9. ſub nu. 1
3 Accendit culpam facilis dimiſſio culpæ, q. 11. ſub num. 7
1 Damnum, vide verb. Ludus.

Decretum.

1 Decretum Conc. Later. aduerſus Iudices negligentes in puniendis blaſph. in Præf. nu.25
2 Decretum gratioſum nõ comprehendit blaſphemos hæreticales q.6. ſub nu.32
3 Decretum gratioſum non comprehendit homicidium

cidium animo deliberato patratum. q.7. ſub num. 18.

4 Decretum Archiepi. Neapol. contra præſumentes accedere ad monaſteria monialium quã tumuis exempta q.10.nu.29.

5 Decretum Sacræ Congreg. Card. quo regularibus prohibetur abſolutio à quibuſdam caſibus. q.10.nu.33.

6 Decretum prædictum exponitur, quando quis incurrat eius pęnas. ibid.nu.43. & ſeqq.

Delictum.

1 Delictum pluries commiſſum, licet pluries punitum, aggrauat idem vltimo commiſſum. q.8. nu.11.

2 Delictum vnum inducit tantum multiplicatio ſimul facta ibid nu.24.

3 Delictum publicè factum ex leui efficitur atrocius. q.9. ſub num.1.

4 Delictum blaſphemantis ad forum iud. deductum quando includatur in reſer. publici blaſph. ibi.nu.16.

5 Delinquentes inuitandi, & alliciendi ad emẽdationem. q.11.nu.30.

6 Iteratio delicti inducit mentis perditionem. q. 12. ſub nu.75.

Denunciatio.

1 Denuncians ex officio blaſphemum non lucrabitur pęnam à ſtatuto debitam accuſanti blaſphemum. q.5. nu 64.

2 Denunciatori blaſphemo non eſt credendum. ibid.

3 Denunciandi ſunt Inquiſitori blaſphemantes hæreticaliter. q 7 nu 64. & q.12.nu.23.

4 Denunciare blaſphematores aſtringuntur Antiani, & Conſules terrarum ex Conſt. Dom. Med. q.12 ſub nu.14.

5 Denunciare volentes blaſphemãtem intra quẽ term. id facere debeant, ut medietatem pęnæ conſequi poſſint ex d. Conſt. ibid. nu.15.

6 Denunciatio iudicialis quid, & quotuplex. ibi. num.27. & ſeq.

7 Denunciatio iudicialis an priuatam requirat admonitionem. ibid.nu.29.

8 Denunciare blaſphemantem quando quis non teneatur, niſi præmiſſa correct. ibidem, num. 31. & ſeqq.

9 Denuncianda an ſint mulieres quæ ex ſimplicitate ſortilegia conficiunt. ibidem, ſub numero 34.

10 Denunciandi qui ſint ad S. Inquiſit. Officium regulariter. ibid.nu.46.

11 Denuncians blaſphematorem, ſi poſtea dicat ſe falſo denunciaſſe, quid agendum. ibid.n.56.

12 Denunciare quis nõ tenetur blaſphematorem, vbi probabiliter aliquod timeat not. dam. ibid nu 62. & 64.

13 Delatorum, & teſtium nomina in S. Inquiſit. Offic. ſecreta retinentur. ibid. nu. 63.

14 Denunciandus non eſt blaſphemator, qui ſponte, vel metu denunciationis accedit ipſe ad S. Inquiſ. Officium ibid.nu.69.

15 Denunciare blaſphematorẽ tenetur quis quãprimum poteſt. ibid.nu.71.

16 Denunciando non debet quis æſtimare, vt Sancti Officij delator, ſiue exploratur vocetur. ibid.nu.72.

17 Denuncians alterius crimen, vt corrigatur, maleuolus non eſt. ibid.nu.73.

18 Denunciare obligatus non ſatisfacit, niſi ſubſcribendo ſuum indicet nomen. ibidem, numero 74.

19 Delatio criminis fieri nequit, niſi expreſſo nomine, & cognomine deferentis. ibid.

20 Non denuncians blaſphematorem vbi tenetur, peccatum mor. & excom. latæ ſent. incurrit, ibid.nu.76. & nu.79.

21 Non denunciantes, & inobedientes quomodo puniendi. ibid. nu.80.

Vide verb. Blaſphemator, Teſtis, Inquiſitor.

Deus.

1 Deus cur aliquando blaſphemos hoc in mundo puniat. in Præfat.nu.8.

2 Deus ob blaſphemias quot mala ſæpe immittat in terras. ibid.nu.7.

3 Deo gratiæ ſunt agendæ ob magnam eius gloriam. ibid.nu.16.

4 Si ea de quibus Deus offenditur vleiſci differimus, ad iracundiam Dei prouocamus patientiam. ibid nu.27.

5 Deus conqueritur de iudicibus, qui in puniendis blaſphemis, & eorum ſuſceptoribus ſunt negligentes. ibid.nu.31.

6 Deus eſt ipſa bonitatis, excellentiæ, & perfectionis eſſentia. q.1.nu.5.

7 Deo attribuere quod non conuenit, eſt contra eius bonitatem, remouere quod congruit, eſt contra eius iuſtitiam; tribuere creaturæ illius proprium, eſt contra eius maieſt. quæſt. 2. num.7.

8 Deum laudare tribus ſit modis; ſic & ipſum blaſphemare. ibid. nu. 11.
9 Deo incarnato tribuere aliquid verum, & honeſtum tanquam quid opprobrioſi eſt blaſphemia. ibid. ſub nu. 11.
10 Ex Dei parte non eſt aliqua impotentia, ſed aliquando ex parte rei. q. 3. ſub nu. 25.
11 Deus cuncta vti præſentia ab æterno proſpicit, teſte Domi. Seuerin. Boet. ibidem, ſub numero 26.
12 Deum toto affectu diligere eſt maximum omnium mandatorum. q. 4 nu. 8.
13 Deus quid ſit. ibid. ſub nu. 10.
14 Deo attribuuntur membra metaphoricè, & declaratur q. 5 nu 24.
15 Deus eſt ſumme bonus, & omni benedictione dignus. q. 7 nu. 20.
16 Deus iniquorum malis bene vtitur, nec permittit malum fieri, niſi ex eo aliquid boni eliciat. ibid. nu. 54.
17 Dei nominis Societas ad quid inſtituta quæſt. 12. num. 12.

Diabolus.

1 Diaboli filij cur blaſphemi dicuntur. quæſt 4. num. 26.
2 Diabolus ſiue Angelus primus ob blaſphemiã grauiſſima affectus pęna. q. 5. nu 7.
3 Diaboli aſtutia circa blaſphemare ſolitos. q. 11. nu. 16.

Dicere.

1 Dicere iurando ad corpus, aut ſanguinem Dei quando ſit blaſphemia. q. 3. nu. 1. vſque ad vndecimum.
2 Dicere (per vida de Dios) an ſit blaſphemia. ibid. nu. 3.
3 Dicentes ad corpus, ad ſanguinem Dei ferè ſemper peccant mortal. ibid. num. 6. quando includantur in caſu reſerua. vide quæſt 7. num. 65.
4 Dicere aduertenter verba ad blaſphemiã pertinentia mortale eſt peccatum. ibidem, ſub num. 7.
5 Dicentes ad corpus, aut ſanguinem Dei de eorum intentione interrogandi. ibidem, numero 8.
6 Dicere vera de Deo, aut Chriſto, irriſoriè, aut cum indignatione, blaſphemia eſt. ibidem, num. 9.
7 Dicere ad conſpectum Dei an ſit blaſphemia? ibid. ſub nu. 14.
8 Dicere (al diſpetto di quel becco, che mi ſoſtiene al mondo) an ſit blaſphemia. ibid. num. 16.
9 Dicens (Dio becco diauolo) vti blaſphemator in vtroque foro puniendus. ibidem, ſub numero 19.
10 Dicere nec etiam Deus hoc facere poteſt, quando blaſphemia. ibid. nu. 22. vſq; ad 27.
11 Dicens (al diſpetto, vel al corpo, che non voglio dir di Dio) an ſit blaſphemia. ibidem, num 28.
12 Dicens alicui tu mentiris ſaluo honore tuo, an dicatur iniuriam inferre. ibidem, numero 29.
13 Dicere (mal babbia non dico Iddio) an ſit blaſphemia. ibid. nu. 32.
14 Dicentes (al diſpetto di D. bacco, put. di Zio,) & ſimilia, quando verè blaſphement. ibid. ſub nu. 33.
15 Dicentes blaſphemias non integraliter an debeant puniri pęna ordinaria blaſphemia. ibid. nu. 36.
16 Dicere ad deſpectum di Di, an ſit blaſphemia. ibid. ſub nu. 36.
17 Dicere ad deſpectum Virginis non addendo Mariæ, vel ad deſpectum (della noſtra D.) an ſit blaſphemia ibid & num. 38 & ſeqq.
18 Dicere (non piaccia à Dio,) quando blaſphemiam importet, & quando inter enormes conn. ibid nu. 42.
19 Dicere renego Deum, probatur execrandam, & hæreticalem eſſe blaſphemiam. quæſtione 7. num. 9.
20 Dicere ad deſpectum Beatę Virg. vel S. Petri, aut Sancti Pauli an ſit enormis blaſphem. ibid. nu 40.
21 Dicere ad deſpectum Dei, atrox & hæreticalis eſt blaſphemia. ibid. nu. 35.
22 Dicens Deus non eſt Deus, quando princeps hæreticorum dici debeat. ibid. nu. 46.
23 Dicere Deum adeo eſſe miſericordem, vt peccata non requirat, blaſphemia eſt hæreticalis. ibid. nu. 48.
24 Dicere turificationes factas in maleficijs, & magicis artibus, vel aliud pecc. placere Deo, eſt dictum hæreticale. ibid. nu 49.
25 Dicere ſi Deus non facit vindictam non credam eſſe iuſtum, eſt hæreticalis blaſphemia. ibid. nu. 50.
26 Dicere (put. noſtra Donna) idem eſt. ibidem, num. 51.

27 *Dicere (Iddio non hà fatto queſto matrimonio)quando blaſph.haret. ibid.nu.52.*

28 *Dicentes (che ſcommunica, che ſcommunica &c.) videntur male ſentire de Pralat.poteſtate.q.12.nu.44.*

29 *Dicens per peccatum carnis non amitti diuinam gratiam eſſet denunciandus.ibi n.45.*

Vide verb. Blaſph. & Blaſphem. hæret. & enormis. Denunciatio.

Dictio, Dictum.

1 *Dictio autem eſt aduerſatiua. q.7. ſub nu.23.*

2 *Dictio ſiue pro dictione, vel quandoque ſumitur q.10.ſub nu.16.*

3 *Dicta ex perſonæ qualitate ſunt ponderanda, quod exemplo cuiuſdam iudęi comprobatur. q.3.nu.18.*

4 *Dictum perpulchre ad pedes imaginis crucifixi ponendum.q.2.nu 48.*

Diſpenſatio.

1 *Diſpenſandi cauſam prabet delinquentiū multitudo. q.5. ſub nu.19.*

2 *Diſpenſari poteſt cum nobili quoad pęnas publicas.ibid.ſub nu.27.*

Diſputatio.

1 *Diſputatio eſt cribrum veritatis, & plura in commendationem diſputationis adducuntur. q.13.nu.35.*

2 *Nihil eſt in iure tam obſcurum quin ſi deducatur in diſputationem, illius veritas inueniatur, ibid.nu 36.*

3 *Diſputationis ſtylo qui vſi ſint in pertractandis iuris quaſt. ibid.nu.37.*

Doctor.

1 *Doctor Bald. conſil.476. volum.3. reprobatur q.7.n.36.& eſt ſibimet contrarius. ibi n.39.*

2 *Doctores quot requirantur in examine alicuius doctorandi q.9 ſub nu.12.*

3 *Qui in computando Doctorum numero, quàm in rationibus exam. magis diligentes ſunt, laudandi non ſunt. q 13.nu.14.*

4 *Doctori inſignis atteſtanti de communi, creditur, q 13 nu 16.*

5 *Doctorum Papienſ.Iuriſc.vt Ripa,Menoch & aliorū doctrina quāti ſit facieda,q.13.n.39.*

9 *Doct.Pauli Caſtr.mores,& ingenium. ibidem, num.38.*

7 *Doct.Bald.Ripa,Nau.auctoritas quanta.ibid. ſub nu.49.*

8 *Doctori benè diſtinguenti cur ſit credendum. ibid.nu.51.*

9 *Doctoris dicto in lectura, vel in conſulendo an magis credatur.ibid.nu.53.*

10 *Doctores legendo magis nituntur veritati,quā conſulendo,& cur. ibid nu.54*

11 *Doctor conſulendo ſi defendat falſum peccat mor.& facit litem ſuam. ibid.nu.56.*

12 *Doct. Menochij opinio, in quibus regulariter amplectenda, q.13.nu.52.*

13 *Doctorum antiquorum opinioni regulariter magis adharendum, quàm modernorum. ibid.nu.57.*

14 *Doctores antiqui iunioribus præſtant veneratione pondere,& menſura ibid. nu.58.*

Vide verb. Opinio, Iudex.

Dolus vide Puer.

Dominij appellatione in dubio intelligitur de directo,& non vtili,q.3 nu.40.

Dubitans vide Denunciatio.

Ebrietas.

1 *Ebrietas quando excuſet blaſphemantem à peccat.& à reſeruat. quaſt.8 numero 47.& 50.& 51.*

2 *Loth cum eſſet ebrius cum duabus filijs ſuis concubuit. ibid nu.49.*

3 *Ebrietatis cauſa blaſphemans eſt puniendus,ut in futurum caueat. ibid.*

Vide verb.Homicidiū, & Irregularitas.

Eccleſia.

1 *Eccleſiæ immunitate qui non gaudeant, quaſt. 5. ſub numero 70.vbi declaratur* Conſtitu. *Greg. XIII.*

2 *Eccleſiæ immunitate an gaudeant blaſphemi. ibid. nu 69. & 73.*

3 *Ab eccleſia extrahentes fugientem ad eam ſine licentia & ſi conſtet illum commiſſiſſe delictum exceptuatum attamen cenſuras incurrunt. ibid nu 71.*

4 *Edictum Inquiſitorum ques, & quando obliget ad blaſph denunc q.12 nu 18.*

5 *Edictum Inquiſ. nouiſſimum ex ord. ſupremi Trib. S.Inquiſ.refertur. ibid.nu 22.*

Emen-

Emendatio.

1 *Emendatio in blaſphemante quando præſumenda. q.12.nu.35.*
2 *Emandatus blaſphemator non eſt denunciandus,ſed aduertendum, vt ibid. q.12. nu.68.*
3 *Qui ad reſecanda, quæ corrigi debent, non occurrit conſentire videtur. in Præfatio, numero 27.*

Epiſcopus.

1 *Epiſcopi aliqui ſibi reſeruant peccatum publicam exhibendi commoditatem ad ludos prohibitos, in Præf.ſub nu.32.*
2 *Ad Epiſcopum pertinet prouidere circa acceſſum ad monialium monaſteria,& exempta. q.10. num.28*
3 *Epiſcopi quid aduertere debent circa regulares abſoluere volentes à caſibus reſer.vigore priuil.ibid.nu.53.*
4 *Epiſcopus ferre poteſt cenſuras contra Regulares,niſi habeant in hoc ſpeciale prouulg ibi. num. 54.*
5 *Epiſcopus excommunicare poteſt regulares abſoluentes à caſibus ſibi reſer.ſine eius licentia.ibid.nu 55.& ſeqq.*
6 *Epiſcopus excommunicare poteſt regulares præſumentes prædicare ſine eius approbatione. ibid. nu.59.*
7 *Epiſcopus procedere poteſt contra turbantes,vel impedientes eorum iuriſd.etiamſi ſint exempti ibid.nu.60.*
8 *Epiſcopus intereſſe poteſt diuinis officij in eccleſia regularium per agendis cum baldachino erecto.ibid.nu.61.*
Vide verb. Reſeru. Regularis Abſolutio.
Aetas vide Puer.

Euchareſtia.

1 *Euchareſtia vti tanquam pane communi non eſt blaſphemia, ſed ſacrilegium. quæſt. 2. num.40.*
2 *Euchareſtia ſacra cum magno timore, & tremore à blaſphemis recipienda. q.11. nu.39.*

Exempla.

1 *Exempla blaſphemantium à Deo in vet. lege grauiſſimè, & miraculosè punitorum. quæſtione 5. num.3. & ſequen.*
2 *Exemplum Nicanoris, Maxentij, Iuliani, & aliorum blaſphemorum grauiter punitorū, ibid.nu.5.& ſeq.*
3 *Exempla plura de his, qui ob blaſphemias per graues luerunt pœnas. ibid.n 11.vſq; ad 16.*
Excommunicatio vide verb. Abſolutio, Epiſcopus Regularis, Cenſura.

Factum.

1 *Factibilia non ſunt, quæ implicant contradictionem. q 3.nu.26.*
2 *Facta infecta à Deo effici non poſſe, cur non arguat in eo impotentiam, ibid.*
3 *Affectus cum principio facti,facto æquiparatur. & idem iudicium fit, quod de facto ipſo. ibi. num 35.*
4 *Factum non dicitur,ſi non durat. quæſt.8. ſub num 9.*
5 *Factorum ſimulacrum eſt oratio,ſiue ſermo. q. 12. ſub nu. 59.*

Filius.

1 *Filij etiam ob parentum blaſphemias quãdoque puniuntur.in Præf nu.10.*
2 *Filij, vel famuli blaſphemia quando ex form.a ſtatuti noceat patri,vel domino. quæſtio.5. num 68.*
3 *Filius patrem, vel frater fratrem hæreticaliter blaſphemare ſolitum tenetur denunc. q.12. nu.57.& 59.*
4 *Filia veneficam matrem deferre aſtringitur, ibid.nu.58.declaratur nu.ſeq.*
Vide verb. Parentes.

Furtum.

1 *Furta plura eadem committens nocte non dicitur commiſiſſe ad hoc vt ſuſpendatur.quæſ. 8. num.26.*
2 *Furari volens cumulum aureorum, vel tritici aceruum, vnicum committit peccatum, ibi. num. 39.*
3 *Furti actio non datur ſiquid ludentium ſuſceptoribus fuerit ſubtractum in Præfa.nu.37.*
Forum conſc. vide verb. Abſolutio.

Gloſſa vide opinio.

I N D E X

Hæreſis.

1 *Hæreſis eſt Anthropomorphitarum aſſerentium Deum habere membra q.3 nume.1. & q.5. num. 23.*

2 *Ab hæreſi vt differat hæreticalis blaſphemia, ibid. nu. 74.*

3 *Hæreticus occultus, ſiue cordis tantum in hoc ſęculo puniri nequit. q.6. ſub nu.23.*

4 *Hæreſis crimen perficitur, ac punitur ſola mentis cogitatione. q.6 ſub nu.25.*

5 *Hæreticus blaſphemus à quo abſoluendus. q. 11. nu.8.*

6 *Hęreſim proferentes per lubricum linguę quomodo puniendi. q.12.nu.37.*

Hæreſis, ſiue de hæreſi ſuſpectus.

1 *De hæreſi ſunt ſuſpecti ſacras imagines percutientes. q.2. ſub nu.37.*

2 *Hæreſis ſuſpicione non caret iurans per Chriſti verenda ex conſuetudine. q 7.nu.32.*

3 *Ob hæreſis leuem ſuſpicionem honeſtum virum de fide interrogare non videtur conuenire. q.12. ſub nu.32.*

4 *Blaſphemans de hæreſi ſuſpectus quando ſine fraterna correctione denunciandus. ibidem, num.38.*

Homicidium.

1 *Homicidium committens motu repentino correptus quando mortaliter peccet. quæſtio.1. num. 26.*

2 *Homicidio grauius eſt peccatum blaſphemię, & qua ratione. q 4 nu.31.*

3 *Homicidij cauſam dans de homicidio tenetur, ibid. nu. 37.*

4 *Occidens bannitum caſu, vel ex officio non lucratur pœnam ſtatuti, &c. quæſtio.5. ſub numero 64.*

5 *Homicida vt puniri debeat ex Conſtitu. Dom. Med q.7.nu.17.*

6 *Homicida reputatur, & punitur, qui inſultũ fecerit contra aliquem cum telo animo deliberato, vt occidat. ibid nu.18.*

7 *Occidere volens tres homines tria committit homicidia in intentione. q 8 nu.31.*

8 *Homicidium committens, vel mutilationem ebrietatis cauſa efficitur irregularis. ibid. num.41.*

9 *Occidens aggreſſorem ad ſuam vitam tuendam non eſt irregularis, q.13. nu.20.*

Hortatio vide Princeps.

Ieiunium vide verb. Peccatum nu.

Imago ſacra.

1 *Imaginis B.V. faciem, ac Saluatoris, quem in brachijs tenebat ſacrilegus quidam incidit. q.2.nu 34 & de alio nu.35.*

2 *Imagines ſacras percutientes de hæreſi ſunt ſuſpecti. ibid. ſub nu 37. à quo puniendi q.6. num. 14.*

3 *Contra imagines ſacras ex facto iniurioſo puniri quis debet, etſi mala deſit intentio ibid. num.38.*

4 *Imagines Dei, & Sanctorum non debent violari, deturpari, vel frangi. ibid. nu 45.*

5 *Imagines ſacræ quo cultu adorari debeant. q. 2 nu 46 & ſeq.*

6 *Imago Crucifixi quid reſponderit Roberto Galliarum Regi, à Deo pacem petenti. q.4. numero 13.*

Vide verb. Sanctus, Crux.

Infidelitas in quo propriè conſiſtat, & in quo blaſphemia, q.1.nu. 36.

Incertitudinis caſus.

1 *Pluribus congregatis ſi vnus blaſphemauit, & ignoretur quiſnam fuerit, an omnes ſint puniendi. q 12.nu.51.*

2 *Si multi iaciant lapides, & ignoretur quis eorum occiderit, omnes cenſendi ſunt irregulares. ibid. nu.52.*

3 *In incertitudinis caſu quomodo condemnationes fiendæ ex ord. Senatus Med. ibid.nu.53.*

Iniuria.

1 *Iniuriam qui ſuffert veterem ad nouam inuitare videtur in Præfat.nu.19.*

2 *Iniurias, quæ in nos committuntur facile, & laudabile eſt remittere, quę in Deum diſſimulare nimis impium. ibid.nu.20.*

3 *In omnium iniuriam fertur quod in Deum, & diuinam committitur religionem. ibidem, num.24.*

4 *Iniuria facta vni cenſetur facta omnibus de ſua cognatione, & affinitate. q.2. nu.19.*

Inquiſitor.

1 *Inquiſitores contra blaſphemos incorrigibiles, & hæreticales uti de hęreſi ſuſpectos procedunt.q.6.nu.8*

2 *Inquiſitores cognoſcunt de blaſphemijs habentibus cum hæreſi vicinitatem, & ſub conditione prolatis, ibi.nu.10*

3 *Inquiſitores cur non debeant faciles eſſe ad credendum aliquem per iocum, vel recitatiuè uerba hæret.protuliſſe, ibid. numero 12. & ſeq.*

4 *Inquiſitores quando Iudęos blaſphemantes puniant.num.15*

5 *Inquiſitores quas pœnas blaſphemis imponere ſoleant, ibid.nu.20. & ſeq.*

6 *Ad Inquiſitorem accedere, & confiteri metu probationum, aut ſponte quis dicatur. q.12. num.84*

7 *Inquiſitor audire an debeat comparentes in foro pęnitentiali, & quando, ibid.num.85. & ſequen.*

Vide Denunciatio, de hęreſi ſuſpectus. Abſolutio, Blaſphemator, Iudex.

Interpretatio.

1 *Interpretanda quomodo ſint ſtatuta, canones, leges aduerſus blaſphemos, q.2 nu.27*

2 *Interpretanda ut ſint uerba generalia, quę blaſphemiam inferre poſſunt, uel non. q.3. num.15*

3 *Interpretari ſua ambigua uerba quilibet poteſt.ibid.ſub nu.38*

4 *Interpretanda quomodo ſit clauſula, ſublata facultate, q.5.nu.72*

5 *Interpretatio ad communiter accidentia ſe facile adaptat.q.10.ſub nu.26*

6 *Interpretanda quomodo ſint Pręlatorum pręcepta: ut ſcientes crimina ſtatim denunciēt. q.12 num.34*

7 *Interpretanda ſunt uerba in fauorem proferentis, ibid.nu 43*

8 *Interpretatio uera legis à practica ſumitur. q.13.num.4*

9 *Interpretatio triplex eſt, & quæ præualeat. ibi. ſub num.22*

Vide uerbum.

Iracundia.

1 *Iracundię calor ille excuſat, qui dementię æquiparatur.q.1.ſub nu.26*

2 *Ira iuſta ex quibus cauſis procedere uidetur.q.6.num.36*

3 *Ex iracundia repentina blaſphemias hæreticales proferens etſi ſtatim pęniteat, non excuſatur à culpa, nec à reſeru.q.7.nu 61*

4 *Iracundia calor non excuſat delinquentem regulariter à pęna.ibid.ſub nu.62*

5 *Iracundię calore in maleficijs non diſtinguitur, an ea emanauerint quo ad pęnam. ibi. num.63*

Iudæus.

1 *Iudęi abradentes in biblia uerba, quæ Chriſto conuenire poſſunt, blaſphemare dicuntur.q.2.num 33*

2 *Iudęi tripudiantes in die veneris Sancta blaſphemare dicuntur. ibid.*

3 *Iudęus proferens quędam uerba aduerſus Crucifixum, quare punitus quæſt.3. nume.18. & ſeq.*

4 *Iudęus an blaſphemauerit, dicendo (non lo potrebbe far Iddio, ch'io haueſſi cambiato queſto pegno) ibid.nu.23*

5 *Iudęis æquiparantur blaſphemi, & cur eis peiores.q.4.nu.14*

6 *Iudęi in blaſphemiæ deteſtationem ſcindebāt ueſtimenta ſua.ibid.num 18. & quęſt.12. num.7.*

7 *Iudęi horrebant enunciare blaſphemiam alio nomine, quàm benedictionis. ibidem numero 19*

8 *Iudæum blaſphemantem quisnam iudex puniat.q.6.nu.5.& ſeq.*

9 *Iudæi in quibus caſib.ab Inquiſitorib. puniantur.ibid ſub nu.15*

Iurare.

1 *Iurans per membra Chriſti, quando dicatur in contemptum talia proferre uerba. quæſt.3.num.11*

2 *Iurantes dicendo, hoc eſt ita uerum ſicut Euangelium, blaſphemare dicuntur.ibid.nu.44.& 45*

3 *Iurare per falſos Deos eſt blaſphemia, ſic & iurare per creaturam, ut creatura eſt. ibidem*

ibidem num.48

4 Iurare uerum per falſos Deos, an grauius ſit peccatum, quę iurare falſum per uerũ Deũ. ibid.nu 49

5 Iurare per uerenda Chriſti, uel B.Virginis, eſt enormis blaſphemia. quæſt. 7. numero 31. & 32.

Iudex.

1 Iudices non ſeuerè punientes blaſphemos, & eorum ſuſceptores mort.pecc. in Pręfat. numero 28

2 De iudicibus negligentibus in puniendis blaſphemis conqueritur Deus. ibid.nu.31

3 Iudex ob delicti atrocitatem leges, & ſtatuta tranſgredi poteſt, in puniendo, quęſt.5.nu. 58 & ſeq.

4 Iudex in crimine blaſph. poteſt inquirere, & puniri nulla pręcedente infamia. quæſtio.6. num.2

5 Iudex vnus quando puniri poſſit blaſphemum ab alio iudice punitum.ibid.nu.4

6 Iudex ſecularis ab eccleſiaſtico requiſitus contra blaſphemum procedentem brach. pręſtare tenetur.ibi.nu.7

7 Iudices ordinarij aduerſus quos blaſphemos regulariter procedant.ibid.nu.16

8 Iudex an poſſit puniri blaſphematorem cordis, ibid nu 23

9 Iudex quo pacto blaſphemiarum grauitatem, & pęnę qualitatem metiri poterit.ibid.numero 37

10 Iudex quid animaduertere quo ad accuſatores debeat.ibid.nu.38

11 Iudex in foro exteriori ſemper inclinare debet in mitiorem partem, ſecus in interiori.q. 8.num.28

12 Iudicis arbitrium ſic, & boni uiri debet regulari iuxta iuris, & ęquitatis regulas. q. 9. num.9

13 Iudex uarijs exiſtentibus opinionib.quam eligere debeat q 13.nu.43

14 Iudex in opinionibus ęquè probabilib. ex parte facti quid aget.ibi.nu.61.& ſeq.

Irregularitas.

1 Irregularis fit occidendo puer in ſeptennio doli capax q 8.ſub num.45 ſic & ebrius ibi, numero 48

2 Irregulares ſunt cenſendi omnes ſi multi iaciant lapides, & ignoretur quis eorum occiderit q.12.nu.51

3 Irregularis non eſt contra quoſdam occidens aggreſſorem ad ſuam uitam tuendam. q. 13.num.20

Vide Verb.Homicidium.

Ius, uide Canon, Lex.

Impubes, uide Puer.

Lex.

1 Lex Dei, & naturę abrogari nequit. quæſt.5. num.31

2 Authoritatibus magis quàm legibus hodie creditur q.13.num.1

Vide Conſtit.Canon.

Lingua.

1 Linguę peccata quęnam principalia, in Pręf. num. 1

2 Linguę uitiorum regina cur blaſphemia, ibid. num 2

3 Linguam ream non facit, niſi rea mens, quęſt. 1.ſub nu. 24

4 Lingua Sacerdotum eſt clauis aurea, qua infernus clauditur, & cœlum reſeratur, q. 3. num.56

5 Lingua quod loquitur lex pręſumptione uiolenta iudicat eſſe in corde. quęſt.7.ſub numero 12

6 Linguę lubricum ad pęnam facile non eſt trahendum.q.8.ſub nu.5

7 Linguę lubricitas excuſat, ſi appareat non doloſè, aut conſideratè blaſphematum. ibid. num.21

8 Per lingua lubricum hęreſim proferentes, quomodo puniendi.q.12.nu.37

Vide verb.Dicere, Dictum, Verbum.

Loca Scripturæ expoſita.

1 Locus D.Pauli ad Rom.cap. 14. exponitur. in Præf.nu.17

2 Locus Leuit.cap.24.refertur, & exponitur.ibi. num.22

3 Locus D.Matth.cap.26.explicatur, quæſtio.1. nume 18

4 Locus D.Thom.22.q.13.art.1. & 2. explicatur.ibid.nu.34 & 39

5 Locus D Matth.cap.19 & ca.25.expenditur. q.2.nu.20.& ſeq.

6 *Locus Salom Prouer.cap.30.exponitur,nec reprobatur gloſſ.Bern.& Accurſii, quaſtio.3. num.47*
7 *Locus Pſalm.68.Quoniam quem tu percuſſiſti &c.exponitur.q.4.nu.16*
8 *Locus Iobi cap.primo declaratur, ibidem numero 20*
9 *Locus 2.Regum c.12.Veruntamen &c. adducitur,ibid nu 33*
10 *Locus D.Pauli 1.Timot.cap.1.expenditur,& explicatur q.5.ſub nu.8*
11 *Locus Num c.14.adducitur,& expenditur,q. 7.num.10*
12 *Locus Leuit c.24 adducitur,& explicatur,q. 7.nu 22.vſque ad 25.*
13 *Locus D.Aug.ſuper Leuit.q 83. declaratur, ibid.nu.23*
14 *Locus Leuit.c.24.explicatur. ibidem numero 62*
15 *Locus Sac.Conc.Trid.ſeſſ.4.in fi. expenditur. ibid nu 68*
16 *Locus Iſaię cap.52.explicatur. queſt. 8. numero 2.*
17 *Locus D Io.c.10.Multa bona opera, &c. expenditur,q.11.nu.13*
18 *Locus D Pauli c.10.ad Rom.Corde creditur, &c.explicatur.ibi nu.18*
19 *Locus D.Pauli ad Timot.c.1. Peccantem coram omnib.exponitur.q.12. nu.41*
Vide verb.Interpretatio,Textus,Opinio, Doctor.
1 *Locus publicus quiſnam dicatur. queſtione 5. numero 54*

Ludus,& luſores.

1 *Ludus eſt ſeminarium omnium ferè peccatorũ, in Praf.nu.33*
2 *Ludentium ſuſceptores ſunt in continuo mort. pec.ibid.nu.32*
3 *Luſores alearum publicos ad pradones, & latrones aggregat Ariſt.ibid.ſub nu 33*
4 *Luſores fatentur precipuam cauſam ob quam incurrunt blaſphemias eſſe ludum.ibid.numero 34*
5 *Ludens ex conſuet. maledictus dicitur, & domus in qua ludere ſolet ibid.nu.35*
6 *Ludentium ſuſceptorib. nec datur actio furti, uel iniuriarum,ibid.nu.37 & 38*
7 *Ludere permittentes in eorum domo.qua pœna ex Conſtit. Domin. Mediol. plectendi. ibid. nu.39 & 40*
8 *Ludi frequentia quę,q.8.nu.25*
9 *Ex ludo,quę damna proueniant. queſtio. 11. num.33*
10 *Ludus ſub grauibus pœnis prohibitus, quę pęna ob luſorum contumaciam non obſeruantur.ibi.nu.35*
Vide verb. Conſt Pęna,Blaſphemator.
1 *D.Lud.Medę Pap.S.Theolog.&c. encomium. q.10. nume.15*

Maledictio.

1 *Maledicere creaturis quando ſit blaſphemia, uel ocioſum uerbum. q 2.nu.25*
2 *Maledictio aufert timorem, & reuerentiam hominum à Deo q.7.nu 21*
3 *Maledicere Deo,& blaſphemare,non differũt, & quomodo hac uox maledictio ſumitur. q.7.num 25*
4 *Qui maledicit ore, licèt non maledicat corde, oris tamen inquinamenta incurrit. q. 11. ſub num.18*

Malitia.

1 *Malitia duplex eſſe poteſt in eodem actu nempe blaſphemię,& periurij,quę eſt in confeſ. aperienda q.11.nu.10*
2 *Ad malitiam contrahendam non eſt neceſſaria formalis intentio ſed ſufficit interpretatiua, ſi in obiecto eſt ſufficiens fundamentum.ibi. numero 19.*

B.Maria Virgo.

1 *B.Maria Virgo, & res Chriſti qualiter adoranda q.2.nu.50*
2 *B.Maria V. poſt Chriſtum pra cæteris Sanctis honoranda eſt,q.7.ſub nu.32*
3 *B.V.eſt mater miſericordia,Reginā cęli,& porta Paradiſi ibid nu 1.*
4 *B.V omnia poteſt a filio impetrare. ibid.*
Vide verb Adoratio, Sanctus.
1 *Matrimonij,e Veſcouati da Dio ſunt ordinati. vetus prou.q 7.nu 53*
Membrum,vide Deus,Pęna.
Menoch.vide verb. Doctor nu.
1 *Mercatores,& alij artifices ex Conſt.Dom.Mediol.contra famulos blaſph.ad quid teneantur q 12.nu.14*
Metus,vide Conſuetudo.
Miraculum, vide Imago ſacra.

Mona-

Monaſterium Monialis.

1 *Monaſterij monialium clauſuram ingrediens prętextu licentię animo tentandi impudica quando incurrat excommunicationem papalem.q.10.nu.31*

2 *Circa Monaſteria Monialium acceſſum etiam exempta ad Epiſcopum pertinet prouidere, ibid.nu.28*

3 *Moniales quomodo poſſint, & debeant denunciare ad S.Inquiſ.off.q.12.nu.65*

Mulier.

1 *Mulieres, & impubes non excuſantur à blaſphemię pœnis, & à caſu reſeru. quæſtio. 7. num 57*

2 *Mulieres natura ſua ſunt deuotę, ibidem numero 59*

3 *Mulieres, & pueri doli capaces blaſphemantes ex conſuetudine ſunt denunciandi, quæſt. 12.num.47*

Vide verb.Vxor.

Negatio.

1 *Negatio, & affirmatio ad idem genus reducuntur.q.2 ſub nu.2*

2 *Negatio in medio propoſitionis poſita propoſitionem efficit negatiuam.q.3. num.30*

Nobilis.

1 *Nobiles, & plebei qui dicantur arbitrio iudicis relinquitur.q.5.nu.34*

2 *Cum nobili poteſt diſpenſari quo ad pęnas publicas.ibid.ſub nu.27*

Notorium.

1 *Notorium, ſiue publicum pecc. cur publicè puniri debeat.q.9.nu.2.& ſeq.*

2 *Notorium iuris, & notorium facti quid, & ut differant, ibi.nu.4.& ſeq.*

3 *Publicum quaſi populicum dicitur.ibid.*

4 *Notorium facti ex quibus inducatur, & quid ſit ſecundum communem traditionem.ibid. num.6*

5 *Notorium quando aliquid dicatur in dubio iudicis arbitrio in utroque foro relinquitur. ibid.nu.8*

6 *Ad notorium inducendum in omni loco publico ſeptem ſufficiunt perſonæ.ibid.nu.11*

7 *Notorius blaſphemus ut quis dicatur oportet de eius delicto maiori parti collegij conſtare.ibid.nu.18*

8 *Notorius non dicetur blaſphemans in loco publico ubi adſit multitudo perſonarum, ſi à nullo audiatur.q.9.nu.19*

9 *Ad notorium inducendum non ſufficiunt teſtes ex auditu, uel fama publica, ibid.num. 22.& ſeq.*

10 *Notoria non ſunt dicenda, quæ in domo fiunt, cum difficile probari poſſint. ibid.nu.26*

11 *Notorius non dicetur noctu blaſphemans.ibid. nu.29.& declar nu.ſeq.*

Numerus, vide Doctor nu.

Occaſio.

1 *Vxor præbens occaſionem marito blaſphemandi, vide Vxor. Occaſionem homicidij, uide Homicidium.*

2 *Occaſionem præbens ludendi, uel aliter tenetur pęnis blaſphemiarum hac de cauſa prolatarum.q.4.nu.38*

Officium, vide verb. Denunciatio nu.

Opinio.

1 *Opinio communis, quæ fauet religioni, & animarum ſaluti eſt amplectenda. quæſtio. 2. num.28*

2 *Opinio P.Suarez circa uerba (al corpo di Dio) uti probabilior amplectitur ab auctore. q.3. num.10*

3 *Opinio Alex. Ambroſ.de immun. eccl. c.8 non admittitur.q.5.nu.73*

4 *Opinionum cauſa inter ſcribentes quænam ſit. q.13.nu.2*

5 *Circa tot opinionum confuſionem quid ſentiat Io.de Sciſello.ibid.num.3*

6 *Opinionum multitudo plus turbat, quàm illuſtrat ueritatem, ibid.nu.6*

7 *Opinio quid ſit, & aſſertur definitio D.Thomæ, q 13.nu 7*

8 *opinio unde naſcatur, & circa quæ uerſetur, ibid num.8. vt differat à credulitate, & à dubietate, num.9. vt differat à ſcrupulo, numero 10*

9 *Opinio communis quæ dicatur, ibid. num.11. quomodo iudicanda, nu.12*

10 *Opinio magis communis quænam appelletur. ibid.*

ibid.numero 13.
11 *Opinio communis aliquando deſiit eſſe talis, & contr. facta eſt communior. ibi.num.15 quando ſequenda.nu.17.in moralibus facit ualidum argumentum. ibid.nu.18*
12 *Opinio, quæ ſententiæ, vel definitioni fidei innititur, prævalet communi opinioni ibi.nu. 19 ſic quæ in legis ſenſu, uel alicui textui, uel forti rationi innititur ibid.nu.21*
13 *Opinio per conſuetudinem approbata prævalet opinioni communi.ibid.nu.22*
14 *Opinio ſingularis præfertur communi, quę probabilibus rationibus poſſet conuinci. & adducitur exemplum de pollutione Eccleſiæ. ibid.nu.24*
15 *Opinio Gloſſæ, vel Archidiac vel Bart. quando præferatur communi. ibidem num. 25. & 27.*
16 *Opinio pro matrimonio, uel vt actus valeat, ſtatur contra communem contrariam.ibid. num.26*
17 *Inter opiniones an teneamur eligere tutiorē. ibid num 13*
18 *Opinio Doctoris quæſt.ad vtrãque partem diſputantis cur regulariter ſequenda, ibidem num 34*
19 *Opinio mitior. & benignior, ceteris paribus, eſt amplectenda in controuerſis. ibidem numero 40.*
20 *Opinioni peritorum in arte ſtandum eſt, ibid. num 41.*
21 *Opinio Theologi, quando præferatur Canoniſtæ, & Legiſtæ, & è contra. ibidem numero 42*
22 *Opinionem quam ſufficiat eligere in foro conſcientiæ ad effectum non peccandi. ibidem num 44*
23 *Opinio firmata in conſilijs maiorem præfert diligentiam, ibid.nu 55*
24 *Opinionem probabilem relicta probabiliori quando iudex, uel alius ſequi poſſit.ibidem num.63*
25 *Opinionem minus probabilem amplecti an poſſit ſine pec.aduocatus omiſſa probabili.ibid. num.64*
Vide verb.Doctor.
Opera, vide verb.Pœnitentia.

Papa.

1 *Papa Iulius III fuit Papiæ Epiſcopus uocatus Io.Maria de Monte q.6.nu.9*
2 *Papæ Pij V.conſt.aduerſus blaſph.refertur, & declaratur.q.5 nu.32*
3 *Papa an ſolus remittat pœnam blaſphemo debitam in vtroque foro.quaſt.6.nu.32. declar. num 34*
4 *Papæ deciſio ſuper aliqua dubietate tollit opiniones Legiſtarum.q.13.nu.28*

Parentes.

1 *Parentibus maledicentes qua pœna plectuntur. in Præfat.nu.9*
2 *Ob parentum blaſphemias filij quandoque puniuntur.ibid.nu.10*
3 *Pater herus blaſphemantes audiens ad quid teneatur.q.11.nu.14*
4 *Parentes an teneantur filius, uel filia denunciare.q.12.nu.57.& ſeq.*
5 *Parentis primi peccatum quanta poſteris mala intulit.q.13.ſub nu.2*
Vide verb. Filius, Denunciatio.

Peccatum.

1 *Peccata in Spiritum Sanctum quot.quæſtio.1. num.11*
2 *Ad mor.pec.obligat pęna mortis ubi imponitur tranſgreſſori ibid.nu 20*
3 *Peccatum ueniale eſt blaſphemia ex ſurreptione, & indeliberata uoluntate. ibidem numero 24*
4 *Peccatum omne comparatum blaſphemiæ leuius eſt.q.4.ſub nu.1*
5 *In peccato luxuriæ, & auaritiæ quid immediatè prætendat peccator. quæſtione 4 numero 2*
6 *Peccati genus ſceleſtiſſimum illud eſt, per quod in Dei uituperium quis delectatur. ibi.nu.6*
7 *Peccatum blaſphemantis maius, quàm infidelis ratione maioris ingratitudinis. ibidem num.17*
8 *Peccatum maius committit quis blaſphemando, quàm peierando.ibid.nu.29*
9 *Peccatum maius eſt in faciendo, quàm omittendo.ibid nu.30*
10 *Per quæ quis peccat, per ea quoque torqueri debet.q.5.ſub nu 40*
11 *Peccatum blaſphemiæ ab Epiſcopis diuerſimodè reſeruatur, & quare q.7 nu 1*
12 *Peccata eo grauiora, quo pluries condonata, et iterata.q.8.nu.1*

13 *Peccata tot committit non ieiunans per totam Quadrag. quot ſunt ſinguli dies obligantes ad ieiunium.ibid nu.37*
14 *Peccata ſecreta, abſolutione ſecreta, & occulta ſatisfactione purgantur.queſt.12. ſub num.85*
15 *Peccatum primi parentis quanta mala intulerit poſteris.q.13 .ſub nu.2*

Pœna.

1 *Pena eadem plectitur, qui actum delicto proximum facit,ac ſi delictum conſumpſiſſet. q. 3.ſub nu.35*
2 *Penam quã ſtatuerit Nabuchdonoſor Rex aduerſus blaſphemantes.q.5.nu.2*
3 *Pœnis quibus ob blaſphemiam affecti fuerunt Maxentius, Herodes, Iulianus, Pharao. ibid nu.6*
4 *Pena qua puniri debeant blaſphemi de iure ciuili ibid.nu.16*
5 *Pena minor quàm à legibus ſit ſtatuta, cur blaſphemis imponatur.ibid. nu. 19*
6 *Pena qua blaſphemantibus indicta de iure canon.ibid.nu.20.vſque ad 35*
7 *Puniri quis debet in eo membro, in quo deliquit q.5.nu.37*
8 *Pena à Valeſio Gallorum Rege, & ab Hiſp. Regib.indicta blaſphemantibus. queſt. 5. num 38*
9 *in Penis blaſphemantibus imponendis attendenda eſt conſuetudo, & locorum ſtatuta. ibid.nu.41*
10 *Pena pecuniaria ſæpe mulctantur blaſphemi, ibid.nu.47.locis pijs applicanda.n.63.& 70*
11 *Punitio delinquentis in quem dirigatur finẽ. q.6 num.22*
12 *Pena blaſphemo debita,an à Rege, vel Imp. condonari poſſit.ibid.nu.33*

Pœnitentia.

1 *Penitentia peracta poſt blaſphemias denuo recidens non uidetur perſtitiſſe in penitẽtia, q.8.num.8*
2 *Sicuti per penitentiam bona opera per peccata mortificata reuiuiſcunt, ſic mala per penitentiam delata per mala ſequentia reuiuiſcunt.ibid.nu.12*
3 *Penitentia omnes confeſſarij arbitrio remittuntur.q.11.nu.23*
Penitentia quænam à confeſſario blaſphemis imponenda.ibid.num.27. Quæ remedia præuitanda recidiuitate.ibi nu.31. & 36.

Percuſſio.

1 *Percutiens aliquem ferro tricipiti, triaque illi impingens vulnera tripliciter peccat. q. 8. num.32*
2 *Percutiens tres clericos uno impetu, & actu tres incurrit excommunicationes. ibidem. num.38*
3 *Percuſſio clerici in platea facta non uidentib. ad minus ſeptem perſonis, non dicitur notoria.ibid.nu.20*

Periurium.

1 *Periurium minus peccatum eſt quam blaſphemia. queſt.3. ſub num.49. & queſt.4.nu. 29.& ſeq.*
2 *Periurijs,& mendacijs uti nunquam licet pro defenſione reorum.q.12.nu.90*

Plato.

1 *Plato vocat blaſphemos ſacrilegos,queſt.4.ſub num.28*
2 *Platonis præceptum contra negligentes perſequi blaſphematores.q.12 nu.10*
3 *Plato quas conſtituerat penas contra non denunciantes blaſphematores.ibid.nu.17.*

Prohibitio.

1 *Prohibetur aliquid quandoque non propter ſe ſed propter aliud, quod ex illo ſequitur, in Præf.nu.41*
2 *Prohibita non ueniunt in generali obligatione.q.3.ſub nu.17*

Præſumptio.

1 *Præſumi non debet de malo uerbo,& malo homine,niſi malum.q.3.nu.19*
2 *Præſumptione uiolenta lex iudicat eſſe in corde, quod lingua loquitur. queſtione 7. ſub num.12*
3 *In dubio non præſumitur blaſphemiam fuiſſe prolatam animo meditato q.8.nu 22*
4 *Præſumitur retenta qualitas ſemel aſſumpta. q.11.nu.25*
5 *Præſumenda quando ſit emendatio in blaſphemante,*

mante.q.12.num.35
6 *Præſumitur quis ſentire prout loquitur, & ratio adducitur, ibid. nu.39*
7 *Præſumens quem hæreticalia uerba ioco potius, quàm ſerio protuliſſe an deferre teneatur, ibid.nu.48*
8 *Arbor in folijs humorem indicat radicis D. Greg.q.12.nu.49*
Priuilegium, vide verb. Regularis.

Propoſitio.

1 *Propoſitio hæretica, ſapiens hæreſim, erronea, temeraria, malè ſonans, periculoſa, ſchiſmatica, ſeditioſa, & impertinens quę. q.12. num.87. & ſeqq.*

Proteſtatio.

1 *Proteſtatio contraria facto non releuat. quæſt. 3. ſub num.28. quando iuuet. num.31*

Puer.

1 *Puerorum, ſiue infantium retentio in lecto infra annũ quare ſub grauibus pęnis à locorũ Ordin. prohibeatur. in Pręf.nu.42.*
2 *Puer annorum quinque blaſphemare ſolitus ex ſinu patris per dæmones raptus. quæſt.5. num.9*
3 *Puer quinque annorum non ſolet uſum rationis habere. ibid.nu.10*
4 *Pueri, & impuberes non doli capaces, uel ſenes ferè delirantes licet ex conſuet. blaſphement in caſu reſer. non includuntur. q.8.nu.40. decl.nu.46*
5 *Minores ante annos pubertatis non habent perfectum rationis uſum. ibidem numero 41*
6 *Minor in ſpiritualibus agit, ut maior. ibidem num.42*
7 *Impuberes ob delicta an debeant puniri pęna ordinaria, ibid.nu.44*
8 *Puer doli capax dicitur, qui ſeptimum excedit annum. ibid.nu.45*
9 *Puer in ſeptennio doli capax occidendo fit irregularis, ibid.*
10 *Pueri doli capaces blaſphemantes ex conſuet. ſunt denunciandi. q.12.nu.47*

Regula.

1 *Regula affertur generalis quomodo committatur blaſphemia. q.2.nu.26*
2 *Reg. Plura ubi ſimul copulantur ad aliquid, omnia concurrere debent, aliàs impoſſibile eſt illud eſſe. q.10.nu.14*

Regularis.

1 *Regulares confeſſarij uigore ſuorum priuilegiorum à quibus caſibus reſer. abſol. poſſ. q. 10.num.32*
2 *Regularis confeſſarius cur nõ poſſit ratione ſuorum priuil. abſoluere excommunicatum ob clerici percuſſionem etiam leuem. ibidem numero 36*
3 *Regularium priuilegijs per decr. Sac. Congreg. probatur ſatisfuiſſe derogatum, ibid.nu.37. & ſeqq.*
4 *Regularis abſoluens Regularem à caſibus ſuo ſuperiori reſer. non incurrit pęnas decreti, ibid.nu 47*
5 *Facultas Regularibus à Pio V. conceſſa iuxta cap 6. ſeſſ.24. de reformat. quomodo reſtricta, num.51*
6 *Regularium priuilegia, & aliorum omnia reuocata etiam in foro conſcientię in quibus Concilij Trid. decretis aduerſantur. ibidem num.57. & ſeq.*
Reliquię, vide Sanctus.

Reſeruatio Caſuum.

1 *Reſeruatur diuerſimode blaſphemia peccatum ab Epiſcopis, & quare, q.7.nu.1*
2 *In reſeruato caſu hæreticalis blaſphemia, qui regulariter includantur. q.7.nu.44. & 72.*
3 *Sub reſeruationẽ non cadit blaſphemia mentalis, ibid.nu.73*
4 *Caſus reſeruatus atrocis, ſiue enormis blaſphemia ut intelligendus. nu 74*
5 *In caſu reſeruato blaſphemi conſueti includũtur quinquies poſt ult. confeſſ. blaſphemantes, q.8.nu.7. decl num ſeqq.*
6 *Reſeruationem ubi & quando incurrant blaſphemantes ſolum ter poſt ultimam confeſſ. ibi.nu.15*
7 *In caſu reſeruato non cõprehenduntur blaſphemãtes ex conſuet. ſed inaduertẽter. ib n.19*
8 *In reſeruatione blaſphemi conſueti non inclu-*

ditur blaſphemans plures Sanctos vno impetu ibid nu 33.
9 In caſu reſer. blaſphemi noto. quando comprehendatur blaſphemans coram duabus perſonis. ibid. nu. 15 & quando crimen eſt deductum ad forum iudic. ibi. nu. 16.
10 Reſeruationis tota ius pendet ex reſeruantis intentione ad quam eſt recurrendum. q. 10. num. 11.
11 Caſus reſeruatus non incurritur niſi ob aſſignatas actiones, quæ ſtrictim ſunt interpretanda. ibid ſub n. 17.
12 In caſu reſer exprimente Sanctorum blaſphemiam an includatur blaſphemans vnum Sanctum. ibid nu. 18.
13 Caſus reſeruati qua ratione ab Epiſcopis reformandi, & mutandi ibid. nu. 26.
14 Caſus ab Epiſcopo Papiæ anno 1610. reſeruati referuntur, ac nonnullarum dubitationum circa eos ſubinfertur reſolutio. ibid. nu. 27.
15 Caſus immediatè Sedi Apoſtolicæ reſeruati qui; & vbi explicentur. ibid. nu. 34.
16 Reſeruare ſibi caſus poteſt Capitulum Sede Vac. & apponere excommunicationem ipſo facto contra abſoluentes ſine eius licentia. ibid. nu. 63.
17 Reſeruationes pec quæ in animarum tendunt ſalutem, confeſſariorum culpa quandoque proprium non ſortiuntur effectum. q. 11. ſub num. 7.
18 Caſus Epiſcopo reſeruati, ſi error in intellectu concurrat, Sedi Apoſtolicæ reſeruantur. ibi. num. 9.

Rota Romana.

1 Rota Rom. opinio dicitur communis, & plura de eius auctor. q. 13. nu 45.
2 Rota Rom. aud tores quot, & eorum examen, et præſtantia. ibid. nu. 46.
3 Rota Rom loquente cætera tribunalia obmuteſcere debent. ibid. nu. 47.
4 Rota Rom. auctoritas non eſt neceſſaria, nec habet vim legis ibid. nu. 48.
Rubrica vide Textus. nu.

Ruſticitas.

1 Ruſticitas quando excuſet blaſphemiam. q. 7. num. 55.
2 Ruſtici plerunque cæteris peiores, & cuiuſdam ruſtici atrox blaſphemia refertur. ibi. nu. 56.

Sacerdos.

1 Sacerdotes amat colitque qui bona fide Deum colit. q. 2 ſub nu. 23.
2 Sacerdotum lingua eſt clauis aurea, qua infernus claudirur, &c. q. 3. nu. 56.
3 Sacerdotum ratio intelligentia, & claritate abundat, ob eorum, quæ tractant magnificentiam. ibid.
4 Sacerdotum peccata non conuenit vulgo innoteſcere, ne illis offenſi ad delinquendum reddantur audaciores q. 5 ſub nu. 29.
5 Sacerdotes audire non poſſunt confeſſiones, niſi præuio Epiſcopi examine non obſtante quouis priuil. q. 10. nu. 56.
Vide verb. Clericus.
Sacrilegium vide verb. Euchariſtia, Eccleſia.

Sanctus.

1 Sanctorum rebus detrahere, quas fecerunt, antequam tales eſſent, quando ſit blaſphemia. q. 1. num. 30.
2 Sancti Chriſpinus, & Chriſpianus fuerunt ſutores, & Sancti Io. & Paulus germani fuerunt eunuchi. ibid.
3 Sancti Medardus, & Gildadus vno partu editi, & vna die Epiſcopi creati, & vna die mortui, ibid. nu. 31.
4 Sanctus Marcellinus timore ſacrificando idolis peccauit mortal. ſed non hæreſis peccato. ſub num. 39.
5 Sancti ſunt Dei Senatores. q. 2. ſub nu. 18.
6 In Sanctos tribus modis poteſt contumelia proferri. ibid nu. 22.
7 Sancti quomodo, aut cur inuocandi, ibid. num. 52. & ſeq.
8 In conuicio contra Sanctum prolato duæ reperiuntur malitię. q 3. nu 60.
9 Sanctus Stephanus cur fuerit lapidatus. q. 5. ſub nu. 1.
10 Sanctorum imagines inhonorantes, violantes, aut irridentes qualiter puniendi, ibid. n. 80.
11 Sancti habent quatuor præcipua in Paradiſo, & quænam ſint. q. 7. nu. 42.
12 Sanctorum voluntas neceſſario eſt Dei voluntas, ibid. nu. 43.
13 Sanctorum reliquiæ ſingulari munditia ſunt pertractanda. q. 11. ſub nu. 39.

Seruus.

INDEX

Seruus.

1 *Serui boni, & fideles honorem domini ſui ſemper tuentur. q.12. nu.5.*
2 *Serui, & alij inſeruientes tenentur differre dominum blaſphematorem. ibid. nu.60.*

Scriptura Sacra.

1 *Scripturę Sacrę ſenſum litteralem dicere aliquando eſſe falſum blaſphemia eſt hæret. q. 1 nnm 13.*
2 *Scripturæ Sacræ verba trahentes ad ſcurrilia non dicuntur hæreticales blaſphemi. q. 7. num. 67.*
3 *Scripturæ Sacræ verba Dei digito ſcripta dicuntur. ibid. nu 69.*

Sodomia.

1 *Sodomia quàm graue ſit crimen, cui blaſphemia æquiparatur. q.5. nu.17.*
2 *Sodomia, & blaſphemia ſunt peccata, quæ os polluunt, aures offendũt, & aerem inficiunt. ibidem.*
Spiritus Sanctus, vide verb. Peccatum.

Statutum.

1 *Statutum Papienſe 14. in crim. tit. de blaſphemis declaratur. q.2. nu 9.*
2 *Statuta blaſphemias punientia quomodo intelligenda, & extendenda. ibid. nu.21 & 27.*
3 *Ex Statuto Papiæ pęna pecuniaria blaſphemis eſt impoſita. ibid nu 48.*
4 *Statutum Nouariæ contra blaſphemantes eefertur, & declaratur. ibid nu.49.*
5 *Si ex Statuto puniri debet blaſphemans Deum in 30. blaſphemans B. V. in 20 Sanctos in 10. vt puniendus qui vno impetu omnes blaſphemat. q.8 nu.34.*
6 *Statutum requirens præſentiam, oportet probare quod pręſens intellexerit. q.9. nu 20.*
7 *Statutum puniens accedentem cum hominibus armatis an procedat in accedente cum vno homine armato. q.10 ſub nu.18.*
8 *Statutum puniens producentem falſos teſtes an habeat locum in producente vnum falſum teſtem. ibid. nu 19.*

Solitus.

1 *Solitus patrare delicta dicitur, qui per tres vices delicta commiſit. q.8. nu.*[illegible]
2 *Quod bis fit, frequẽter fieri dicitur. ibi. ſub n.3.*
3 *Solitus blaſphemare ſi abſtineat per plures menſes, & poſtea reincidat, an dicatur blaſphemus conſuetus ibid. nu.18.*
4 *Solitus blaſphemare quis dicatur ad hoc vt ſit denunciandus. q.12. nu.75.*
Vide verb. Conſuetus.

Stultus.

1 *Os ſtulti contritio eius. q.4. ſub nu.4.*
2 *Stultus in culpa ſit ſapiens in pęna. q. 12. ſub nu.49.*

Tabella caſ. reſer.

1 *Tabel. Piſana ar.15. declaratur q.1. ſub n.26.*
2 *Tab caſ. reſer. Venet. art 1. Flor. art.5. Neapol. ar.1. Ianuenſ. ar.3. Bergomen. & alia declarantur, q.8. n.13.*
3 *Tabella Fauentina art.3. Viterb arti.2. Aux. ar.4 perpenduntur. ibid nu.20.*
4 *Tabel. Neapol. ar.1. expenditur. q.9 nu.14.*
5 *Tabel. Taur. ar.7. Alex. art.10. Montiſreg. Senog. art.1 & multa alia declarantur à nu. 8 & ſeqq.*

Teſtis.

1 *Teſtis vnus ſufficit ad probandum aliquem oſtendiſſe contritionis ſigna. q.5. nu.77.*
2 *Teſtes qui eſſe non poſſint. q.9 nu 17.*
3 *Coram teſtibus duobus, vel tribus blaſphemãs an dicatur notorius &c. ibid nu.21.*
4 *Teſtis deponens de delicto noctu commiſſo fidẽ facit, ſi probetur quod Luna luceret, vel aliud adeſſet lumen. ibid nu.31.*
5 *Teſtis deponens quem eſſe blaſphematorem probat, vbi rationem reddat. ibid nu.32.*
6 *Teſtis vt probet blaſphemiæ uerba enunciare debet. ibid nu 35.*
7 *Teſtis vnius dicto accedente infamia reus torqueri poterit. q.12. nu.55.*
8 *Teſtium nomina in S. Inquiſ. Officio ſecreta retinentur. ibid. nu.63.*

Textus, & Rubr.

1 *Textus Auth. Iuſt. vt non lux. contr. nat. expenditur. in Præf. nu.21. & q.5. nu.18.*
2 *Rubr & tex. cap. fin. de maledic declaratur. q.2. nu.29. & q.5. nu.25. & q 6. nu.31.*
3 *Text. in c 2. §. ceterum de offic. ord. lib.6. refertur, & explicatur.*
4 *Text. in cap. ſiquis per capillum, 22 q.1. declaratur. q.3. ſub nu.1. & q.5. ſub nu.20.*
5 *Text. in l. præſes, ff. de pęnis explicatur. q. 8. num.35.*

Text.

6 *Text.in c.1.de deliȼt.puer.refertur,& expenditur.q.8.nu.43.*
7 *Textus in cap.cum deteſtabile de ſimon. in extrauag.com.interpret.q.13 nu.23.*

Venia.

1 *Veniæ locus non eſt vbi tã deteſtabiliter Deus offenditur,vt fit blaſphemãdo.in Pref.n.18*
2 *Veniæ facilitas incenſiuum tribuit delinquendi. q.11.nu 7.*

Verba.

1 *Verba generalia, quæ poſſunt inducere blaſphemiam,vel non vt interpretanda. q.3.nu.15.*
2 *In generali verborum probatione non videtur quis comprehendere voluiſſe ea, quæ proferenti eſſent pœnalia. ibid.nu.17.*
3 *Verba,quæ blaſphemiæ aſſimilantur, dicere ex conſuetudine quando ſint vera blaſph. ibid. num.33.*
4 *Verba tam in fauorabilibus, quàm in odioſis debent intelligi in potentiori, & nobiliori ſignificatu. ibid.nu.39.*
5 *Verba pro prima vice intelligi debent pro prima vice punitionis non blaſphemiæ. q.5. num.56.*
6 *Verbum,permiſſum eſt, quando denotet neceſſitatem. ibid nu.57.*
7 *Verbum audeat, vel præſumat de ſui natura, malum importat animum. q.10. ſub nu.44.*
8 *Verborum forma, & ordo inſpici debet in voluntate dubia. q.12. ſub nu.44.*
9 *Verba in dubio in fauorem proferentis ſunt interpretanda.ibid.nu.43.*
Vide verb. Interpretatio.

Veritas.

1 *Non eſt veritas, non eſt ſcientia Dei in terra dicit Oſeas in Præf.nu 6.*
2 *Veritas de Deo, vel Chriſto enunciata contumelioſè eſt blaſphemia. q.2.nu.12.*
3 *Veritates noſtras lubricas cum ſempiternis veritatibus conferre maxima eſt ſuperbia.q.3. ſub nu.44.*
4 *Ad veritatem verborum copulatiue prolatorũ requiritur concurſus omnium copulatorum. q.10. ſub nu.15.*

Voluntas.

1 *Voluntatis deliberatio ad meritum,vel demeritum in momento ſufficiens eſſe poteſt. q. 1. num.25.*
2 *Non quod fit,ſed quo animo fiat inſpiciendum. ibidem.*
3 *Voluntatem declarari factis, uel uerbis nihil refert. q.2. ſub nu.37.*

Vſus loquendi.

1 *Vſus communis loquendi uidetur confundere uerba ad corpus Dei, & ad corpus Chriſti. q.3.nu.4.& ſeqq.*
2 *Vſus communis loquendi poteſt interpretari uerba dubia, ut non ſonent in blaſphemiam q.3.nu.13.*
3 *Ex communi uſu ſumenda eſt uocum ſignificatio, ibid. nu.14.*
4 *Vſus communis loquendi uerborum proprietati præfertur. ibid.*
5 *Vſus communis ſiue patria generalis conſuetudo blaſphemandi in utroque foro non excuſat.ibid.nu.20.& q.8.nu.17.*
6 *Ex uſu loquendi communi dicendo (noſtra Donna) B.V. ſemper intelligitur.ibi.nu.41.*

Vxor.

1 *Vxores præbentes occaſionem blaſphemandi maritis, & ſerui dominis quam grauiter peccent. q 4.nu.34.*
2 *Vxor quando excuſetur à denunciando marito blaſphemare ſolito. q.11.nu.67.*
3 *Vxor receptans maritum hæreticum,quare non punienda.ibid.*
Virgo uide Monaſterium.

FINIS.

XV

Digitized by Google

CANONICARVM, ET PRACTICABILIVM QVÆSTIONVM

Vtriuſque Fori tàm interni, quàm externi.

AVCTORE

PETRO ANTONIO LAZARIO PAPIEN. I. C.
& de Sacro Patriæ Theologorum Collegio Doctore, in Cathedralique Canonico.

QVAESTIONES DVODECIM,

In quibus de enormi, & maximè execrando Blaſphemiæ crimine multa non doctè minus, quàm eleganter, & methodicè pertractantur.

AVCTORIS PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Linguæ peccata quænam principalia.*
2 *Blaſphemia cur linguæ vitiorum regina.*
3 *Blaſphemiæ crimen omnium delictorū grauiſſimum.*
4 *Serpentis Chelydricis natura.*
5 *Pia Domini noſtri lamentatio aduerſus homines.*
6 *Non eſt veritas, non eſt ſcientia Dei in terra, dicit Oſeas.*
7 *Ob blaſphemias quot mala ſæpè immittat Deus in terras.*
8 *Cur Deus aliquando blaſphemos hoc in mundo non puniat.*
9 *Parentibus maledicentes, qua pœna plectantur.*
10 *Filij etiam ob parentum blaſphemias quandoque puniuntur.*
11 *Quænam in hoc tractatu circa blaſphemiam explicentur.*
12 *Auctoris ſcopus in hoc tractatu, & nu. ſeq.*
14 *Turpe eſt militi Principis dicere, non putabam.*
15 *Principes, ac iudices admonētur, vt blaſphemos, prout tenentur, pœnis afficiant*

ciant, & nu. ſeqq. & nu. 29.
16 Gratiæ ſunt Deo agendæ ob magnam eius gloriam.
17 Locus D. Pauli ad Rom. capit. 14. exponitur.
18 Veniæ locus non eſt, vbi tam deteſtabiliter Deus offenditur, vt fit blaſphemando.
19 Veterem qui fert iniuriam, ad nouam inuitare videtur.
20 Iniurias, quæ in nos committuntur facile, & laudabile eſt remittere; quæ in Deum, diſſimulare nimis impiũ.
21 Auth. Iuſtin. vt non luxur. contr. nat. expenditur.
22 Locus Leuit. c. 24. refertur, & exponitur, & nu. ſeq.
23 Blaſphemi quibus circumſtantijs in ueteri lege puniebantur, & quare.
24 Quod in Deum, & diuinam committitur religionem, in omnium fertur iniuriam.
25 Decretum Concilij Lateran. & Conſt. Dominij Mediol. aduerſus iudices negligentes in puniendis blaſphemis, & nu. ſeq.
27 Si ea, quibus offenditur Deus vlciſci differimus, ad iracundiam Dei prouocamus patientiam.
Conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi debent, non occurrit.
28 Officiales, & Iudices non ſeuerè punientes blaſphemos, & eorũ ſuſceptores mortaliter peccant.
30 Suſceptores ludentium, & eis ſubminiſtrantes domum, & alia.
31 Deus conqueritur de iudicibus, qui in puniendis blaſphemis, & eorum ſuſceptoribus ſunt negligentes.
32 Suſceptores ludentium ſunt in continuo mortali peccato.
Epiſcopi aliqui ſibi reſeruant peccatũ publicam exhibendi commoditatẽ ad ludos prohibitos.
33 Ludus eſt ſeminarium omnium ferè peccatorum.
Publicos alearum luſores prædonibus, & latronibus aggregat Ariſt.
34 Luſores fatentur præcipuam cauſam, ob quam incurrunt blaſphemias, eſſe ludum.
35 Maledictus dicitur qui ludit, & domus in qua ludi ſolet.
36 Receptatores tenentur ad pœnas blaſphemiarum per ludentes prolatarum.
37 Luſorum ſuſceptoribus ſi quid in eorũ domo ſubtractum fuerit, non datur actio furti.
38 Ludentium ſuſceptoribus ſi inferatur iniuria, vel percuſſio, dum in eorum domo luditur, percuſſor non punitur.
39 Permittentes in eorum domo publicè ludere, qua pœna ex conſt. Domin. Med. plectendi.
40 A pœna dictæ conſtitutionis quare non excuſandi, & ſi dicant, quòd ibi ludis non prohibitis non ludatur, & nu. ſeq.
41 Aliquid prohibetur quandoque non propter ſe; ſed propter aliud, quod ex illo ſequitur.
42 Retentio paruulorum in lecto infra annum, quare ſub grauibus pœnis à locorum Ordinarijs prohibeatur.
43 Sal benedictum quare in baptizandi os immittatur.

EX peccatis, quæ enormia (pie, & religioſe lector) ac innumerabilia in animarum perditionem à lingua procedunt, & exitium; iuxta illud Diui Iacobi cap. 3. Lingua ignis eſt, & vniuerſitas iniquita-
1 tis, †quatuor ſibi principem vendicant locum; Blaſphemia nempe, Detractio, Maledictio, & turpia, inhoneſtaque verba; quę omnia per illas quatuor beſtias, in ſomno Danieli Prophetæ cap. 7. indicatas, ſignificata fuere; quarum prima leęna erat, aquileq; alas habębat; ad denotandum,
2 blaſphemiam vitiorum† reginā; quoniam non contentus homo in homines lingua abuti, eo temeritatis elatus, audet iniurijs, & conuitijs Dominum D.O. Maximum, creatorem cęli, & terræ, ſacratiſſimamque eius matrem, Virginem Mariam, aliosque beatos ſpiritus, in Paradiſo cum ipſo regnantes laceſcere: iuxta illud Apoc. cap. 13. Aperuit, inquit, D. Ioan. os ſuum in blaſphemias ad Deum, & tabernaculum eius, & eos, qui in Cęlo habitant.
3 Crimen quidem † eſt læſæ maieſtatis diuinæ, atrociſſimum, nefandiſſimum, & omnium quorumcunque aliorum delictorū, & maleficiorum maximum, grauiſſimum, & peſſimum, à quodā impio notho, ſiue baſtardo Hebręo inuentum; fuit enim primus, qui in terris blaſphemauit, ut notatur Leuit. cap. 24. Quod adeo his noſtris ferreis temporibus frequens eſt, & inualuit, vt, proh dolor, plerique mortalium ęternę ſalutis immemores, indies in id incidant, & vniuersè vix verbum proferant abſque maledicta blaſphemia, turpibuſque verbis. Et quidam homines, ne
4 dicam dęmones, † inſtar Chelydricis ſerpentis, ore ſemper patulo incedentis, ſpumamque diffundentis venenoſam, contra Deum, Sanctoſque non ceſſant iniuriarum, & horribilium verborum aconitum, aperto ore iugiter emittere, prout exclamat Dominus per Iſaiam cap. 52. Et iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Et nobilibus quibuſdam (ſi nobiles huiuſmodi dici poſſunt) laudabile videtur; & propterea in familiari congreſſu blaſphemias ad ſermonis ornatū, quaſi ſales, accomodare ſolent.

O magnam hominum impie-
5 tatem; Audite † cęli, & auribus percipe terra, inquit Dominus, per Iſaiam cap. 1. filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerūt me; filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum; ſi ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? ſubdit ipſe clementiſsimus Dominus per Malach. cap. 1.

O peruerſos hominum mores; poſſem quippe dicere cum Oſea
6 cap. 4. Non † eſt veritas, non eſt ſcientia Dei in terra, maledictū, mendacium, homicidium, furtū, adulterium inundauerunt. Quis

quis igitur dabit capiti meo a-
quam; & oculis meis fontem la-
crymarum, ego plorabo die, ac
nocte noſtrorum temporum ini-
quitatem, vt Hierem. cap. 9. ver-
bis vtar, ad animi mei iuſtum ſa-
nè dolorem ſignificandum.

Quocirca iuſtiſsima ira accen-
7 ſus omnipotens Deus, famem, †
bella, peſtem, neces, incendia, ter-
ræmotus, ſubuerſiones, deſolatio
nes, & alia infinita mala in popu-
los ſæpè immittit; quibus ſanè
pœnis ſuum ſanctiſsimum hono
rem, ac maieſtatis ſuę dignitatem
vindicare cogitur, iuxta illud
Pſal. 36. Maledicentes autem ei
diſperibunt: & cant. Annę: Domi
nū formidabunt aduerſarij eius,
& ſuper ipſos in cęlis tonabit. &
tradit D. Io. Chryſoſt. ſuper Pſal.
9. & notant ex Auth. vt non lux.
contr. nat. Sot. de iuſt. & iur. lib. 8.
q. 2. ar. 3. Io. Royas de hæret. par. 2.
num. 178.

8 Quòd ſi fortè † huiuſmodi vi-
tium hoc in mundo diſsimulare
aliquando uideatur, non coercen
do illos, qui præter alia ſcelera ta
li ſunt infecti labe, ſignum quidē
eſt, quòd ī alio ſęculo vult acrius
eos punire, ſuamque exercere iu-
ſtitiam, arg. c. quid ergo. 22. q. 5.
Audi Iſaiam capit. 1. Væ genti
peccatrici, populo graui iniquita
te, ſemini nequam, filijs ſcelera-
tis, dereliquerunt Dominum,
blaſphemauerunt Deum Iſrael,
abalienati ſunt retrorſum, ſuper
quo percutiam vos ultra. & Iob.
cap. 34. Qui addit ſuper peccata
ſua blaſphemiam; inter nos inte-
rim conſtringatur; & tunc multi-
plicet ſermones ſuos ad Deum.
Audi ipſum Dominum per Iob,
cap. 15. dicentem: Docuit iniqui-
tas tua os tuum, & imitaris lin-
guam blaſphemantium, condem
nabit te os tuum, & non ego, &
labia tua reſpondebunt tibi.

9 Si maledicere † patri, aut ma-
tri, cauſa eſt, diuina atteſtante ue-
ritate, Prouer. cap. 20. ut candela
uitæ in medio extinguatur tene-
brarum, quid fiet de blaſpheman
tibus Deum, omnium noſtrum
parentem, qui nobis quicquid
habemus, erogauit? ſi ſuper eam,
& poſteros ſuos deſcendit male-
dictio, eo quòd patris pudenda
detexit, quid expectent Deum
omnium patrem omnipotentem
blaſphemantes?

Mirum uideri non debet, ſi
10 aliquando uidemus † hominem
diuitijs, & opibus affluentem, hu
iuſmodi deplorando uitio macu-
latum, immatura morte percul-
ſum, ſuos deſerere filios, qui di-
uino permiſſu, quaſi in eos tranſ-
lata culpa, in paterni criminis pę-
nam, maxima egeſtate inuoluti,
poſtea mendicare coguntur; Di-
cit enim Dominus Exod. cap. 20.
Ego ſum Deus zelotes, & fortis
uiſitans peccata patrum in quar-
tam generationem: & facit opti-
mè cap. illud uero, §. ecce, de pę-
nit. d. 3.

De huius ſanè execrabilis ui-
tij materia, ad cuius horrendum
nomen homines formidare, tre-
mere, ac pallescere deberent, in
præſentiarum, omiſsis alijs linguę
pec-

peccatis, pro ingenij, & doctrinæ meæ imbecillitate, diuino prius implorato auxilio, cum ſit quotidiana (utinam ita nõ eſſet) ac ualde practicabilis, quam pauci adhuc attigerunt, ex profeſſo, diſſe-
11 remus. Et inprimis † de illius quidditate, ac ſpeciebus, quibuſque modis committatur; de eius grauitate, & atrocitate; quibus pęnis; à quibus iudicibus ſit plectendum; qua pęnitentia, quibusue remedijs in conſcientiæ foro ſit utendum; denique quando audientes huiuſmodi ſacrilegos deferre teneantur; ut unuſ-
12 quiſque † eius ſpeciebus, grauitate, & pęnis intellectis, in poſterum ab ea, ſi non uirtutis amore, ſaltem formidine pœnæ, abſtineat; & iudices tam eccleſiaſtici, quàm ſęculares, Epiſcopi, Inquiſitores, Pœnitentiarij, Confeſſarij, Concionatores, & Parochi, quorum præſertim curæ honor Altiſsimi eſt commiſſus, & animarũ ſalus demandata, iuxta tex. in cap. Petrus. 38. diſt. magis percipiant, quid in hoc agere debeant, ac te-
13 neantur, & † ut puniendo, caſtigando, increpando, monendo, hortando, uel alio modo populos ab iſto deteſtabili ſcelere totis uiribus deterreant, & blaſphemantium temeritatem reprimãt, iuxta tex. in c. non inuenitur, 23. q. 4. cap. Imperatores, 24. q. 3. ne quis prætextu ignorantiæ, poſsit ſe excuſare, illo uerbo, non putabam hoc, uel illud dicendo, faciendo, uel cogitando, eſſe blaſphemiam; nã ſicuti dicebat Scipio Africanus, & ſcribit Io. Bapt. Plot. poſt princ. tract. de blaſph.
14 Turpe † eſt militi Principis dicere non putabam, ita turpiſsimum eſt militi Chriſti in hac militanti Eccleſia, ac Chriſtiana Republica degenti, ut perueniat ad cęleſtem, & triumphantem militiam blaſphemare, uel aliter peccare, dicendo non putabam.

Quinimo non poſſum, zelus diuini honoris comedit me, quin
15 † Chriſtianos Principes, eorumque Magiſtratus, ac Iudices omnes, ad quorum tribunalia ſæpè tales impij deferuntur homines, intimo cordis affectu, moneam, hortter, atq; obſecrem, prout iam conciuis D. Pręſes Menoch. in celeberr. tract. de arbitr. iudic. caſ. 375. & Decian. tract. crim. lib. 6. c. 6. num. 17. ne ſuper tam execrando uitio, conniuentibus oculis, pertranſeant; ſed ut tenentur ipſius Dei honorem ardentiſsimè uindicent; tum per ipſius omni-
16 potẽtis Dei † gloriam, ob quam, ut ſancta canit Eccleſia, ipſimet Deo gratiæ ſunt agendæ, quæ maximè hoc nefario ſcelere uiolatur.

Tum ẽt ob uberrimam mercedẽ, & ampliſsima æternæ gloriæ pręmia, quæ in futuro ſęculo expectare debent; necnon ob infinita, & quotidiana in nos à Deo collata beneficia, ut benè elicitur
17 ex D. Paul. † ad Rom. ca. 14. Non ergo, inquit, blaſphematur bonũ noſtrum, hoc eſt, nullo modo, aut ratione permittendum eſt, ut blaſphemetur ſummum bonum

num,qui eſt Deus, à quo, & per quem omnia noſtra procedunt bona.

18 Tum quia † ueniæ locus non eſt, ubi immediatè, & tam deteſtabiliter diuina offenditur maieſtas,ut rectè tradit Bald.in l.accuſationem,col.3.C.qui accuſ.non poſ. nam ſi temporalis offendatur poteſtas, inultum ſanè crimẽ non dimittitur, ne ulterius in talia prorumpatur uerba.c.j.de maled. ueterem namque ſufferen-
19 do † iniuriam,ad nouam inuitare uidetur. Quanto minus diſſimulandum eſt, quod in æternæ poteſtatis iniuriam tam enormiter committitur; cum lõgè grauius ſit, æternam, quam temporalem lędere maieſtatem, & procul dubio maius delictum ſit,quod contra Deum,quàm ꝙ contra homines perpetratur. ca.uergentis, de hæret.cap.cum ſecundum,eo.tit. lib.6.& in auth.Gazaros,C.de hęret.Alex.conſ.233.incip.Domini Redemptoris,nu.2.uol.6.

Tum quia,ſi iniuriam ſuã,imò cuiuſque priuati acerrimè ad interitum uſque uindicare ſolent, ac debent; quo pacto horrendas blaſphemias eorum,qui ſicut ſerpẽtes acuerunt linguas in Deum Creatorem, Patrem, ac Saluatorem noſtrum, eiuſque puriſsimã Matrem, totius mũdi Reginam, ac glorioſos Sanctos, poſſunt relinquere impunitas? quoniam,ut inquit textus,in cap. ſi is qui, 23.
20 q.4. quæ † in nos committuntur, facilè remittere poſſumus; quæ uero in Deum commiſsa ſunt, non ſine graui cordis contritione, & graui pœnitentia relaxare poſſumus.

Idcircò D. Chryſoſtomus in Matth.hom.5.operis imperfecti, enarrans uerba illa Saluatoris noſtri: Vade retro Satana; in præcedentibus, inquit, non eſt exaſperatus Chriſtus, ſed quando diabolus Dei ſibi præſumpſit honorem, iratus eſt, & increpauit eũ, ut nos illius diſcamus exemplo noſtras iniurias illatas ab impijs magnanimiter ſuſtinere; Dei autem iniurias,nec uſque ad auditũ ſufferre; quoniam in proprijs iniurijs eſſe quempiam patiẽtem laudabile eſt; iniurias autem Dei diſſimulare,nimis eſt impium.ita etiam refert Iacob. Simanch. de Cath.inſt.tit.8.nu.3.

21 Quare † Iuſtinianus Imperator in Auth.ut non lux.contr.& c.ſanctiſſimè prętorem urbis obteſtatur, ut quos talibus delictis irretitos deprehenderit, præterquam, quòd ſeipſos faciunt indignos Dei miſericordia, ultimis ſubdat ſupplicijs, ut non ex contemptu talium,inueniatur, & Ciuitas, & Reſpublica per hos impios actus maximè lędi; nam, inquit, ſi contra homines factæ blaſphemię impunitæ non relinquuntur, qui Deum blaſphemant, multo magis digni sũt ſupplicia ſuſtinere.

Qua de cauſa putatis, ò iudi-
22 ces, Deum, Leuit.† ca.24. à Moyſe interrogatum, quanam pœna plectendus eſſet blaſphemus, reſpondiſſe,quòd huiuſmodi delinquẽs, ſiue ciuis, ſiue peregrinus fuerit

fuerit, extra caſtra educeretur, & ab uniuerſo populo lapidibus op primeretur; eò potiſſimum, ut
23 indicaret primò, in tam graui † peccato non eſſe habendam rationem de quouis genere, ac perſonarum conditione; ſed quem libet eſſe puniendum. Secundò, eſſe uti peſte, ac lue infectũ educendum, ne alios inficiat. Tertiò, opprimendum, ac lapidibus obruendum, tamquam immeritum ſuper terram amplius permanere, & hac frui luce. Quartò: Non erat tangẽdus dum occidebatur, ſicut adulteræ, ut intelligeremus, quàm uitandi ſint huiuſmodi delinquentes. Quintò: Lapides iaciendi erant ab uniuerſo populo, ad denotandum, omnes ex blaſphemia in Deũ læſos fuiſſe; & propterea à nemine diſſi-
24 mulandum fore hoc crimen: † quod enim in Deum, & diuinam committitur religionem, in omnium fertur iniuriam, inquit text. in l. Manichæos, C. de heret. Et ideò mixti eſt fori, ut iudices omnes contra iſtos impios Dei, & Sanctorũ blaſphematores inſurgant.
25 Quare iure merito † Leo X. in Conc. Later. §. ad abolendam, ſtatuit, ut & ſeculares iudices, qui contra tales blaſphemiæ conuictos non animaduerterint, eoſq; iuſtis pęnis minimè affecerint, quantum in eis fuerit, quaſi eidẽ ſceleri obnoxij, eiſdem quoque pœnis, blaſphematoribus impoſitis, ſubijciantur: Qui uerò in illis inquirendis puniendiſque diligentes, & ſeueri fuerint, pro qua-libet vice decem annorum indulgentiam conſequãtur, & tertiam partem multæ pecuniariæ habeant.
26 Et in nouis Dominij † Mediolani conſtitutionibus, tit. de pœnis, §. ſeuere puniendi, præcipitur iudicibus, vt contra blaſphematores etiam facti, criminaliter procedant ex officio, prout in delictis, in quibus pęna ſanguinis ingeritur, procedi ſolet, & animosè procedant, cauſaſque intra menſem expediant, ſub pęna ſoluẽdi pœnam ibidem taxatam ex ſuo ære proprio, & alia grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus. Imponitur etiam ipſis iudicibus, vt in atrocibus blaſphemijs debeant conſulere Senatum, qui ſecundum qualitatem caſuum dignã pœnam, & maiorem imponet.

Cauete igitur, ò iudices, ne ſpretis tot legibus, & conſtitutionibus, veſtra culpa ad iracundiam prouocetur clemẽtiſſimus Deus noſter; nam teſte D. Aug. vt habetur in cap. fina. 23. quæſ. 4. ſi ea,
27 † quibus Deus offenditur, inſequi, vel vlciſci differimus, ad iracundiam vtique diuinitatis patientiam prouocamus; conſentire enim videmini erranti, ſi ad reſecanda, quæ corrigi debent, non occurritis; cap. conſentire, 83. diſ. Et quia non profertis cito contra malos ſententias, abſque vllo timore filij hominum perpetrant mala, inquit Eccleſ. cap. 8. facit c. non inuenitur. 23. q. 4. facilitas quoque veniæ, vel parua, & contemptibilis pœna incẽtiuum

tribuit

tribuit delinquendi, cap. vt clericorum, de vit. & hon. cler.

Ex quibus ſanè rationibus, rectè concludit S. Antoninus Præſul Florent. in 2. par. Sum. tit. 7. c. 5. de blaſph. §. 11. verſ. Officiales
28 † Principes, & Iudices negligentes, nec ſeuerè punientes blaſphemos, & eorum ſuſceptores, mortaliter peccare, & à Deo acriter plectendos; ita etiam tenet Ioan. Baptiſta Plot. tract. de blaſph. nu. 10. & 11.

29 Eia ergo, ò Chriſtiani † iudices, ſupremi, atque omnipotẽtis Principis miniſtri, qui auctoritatem, & iudicandi poteſtatem, non vllis veſtris meritis, ſed ſingulari ipſius munificentia accepiſtis, ſi nõ præceptis, & præmijs, ſaltem grauibus pœnis aduerſus vos comminatis, non ſolum de ipſis blaſphematoribus graues ſumere pęnas debetis; ſed de his etiam qui blaſphemandi cauſam præbent, quippe qui eiſdem pęnis blaſphematoribus debitis, ſunt puniendi, vt probè tradit Io. Baptiſta Plot. de blaſphem. num. 11. Et præ ceteris de infamibus illis, ac ignominioſis,
30 & iniquiſſimis † hominibus, veris, ac naturalibus diaboli miniſtris, qui ad ludos alearum, chartarumque domum audacter aperiunt, ac conſtituunt, & vice hoſpitum, pauperum, & peregrinorum, quoſcunque luſores impudenter admittentes, menſas, candelaſque, & alia ad ludum neceſſaria ſubminiſtrãt; quo loci proh dolor, quot horrendæ blaſphemiæ, & execrabilia in Deum, ac Sanctos conuicia audiuntur, præter alia grauiſſima peccata, quæ ibi perpetrantur, & miror, quod non talia impiorum habitacula funditus euertantur.

O Iudices, ò Principes, ò Prælati vobiſcum loquor, erigite au-
31 res, quid de vobis † negligenter agentibus cõquerendo dicat Dominus noſter per Iſaiam cap. 52. Propter vos, inquit, blaſphematur nomen meum inter gentes. Quia ſeuerè, nec in blaſphematores, nec in dictos receptatores animaduertitis, prout tenemini; Quæſo ne amplius dicta impia, & infamia peccatorum receptacula diſſimuletis; ſed ipſa conſtituentes, iuxta tres leges ff. de alea luſu, & aleator. & l. 1. ff. de recept. & conſt. nouam, Mediol. ſuperius cit. pęnis plectite grauibus.

32 Hi profectò receptatores † in iugi peccato mortali exiſtunt, argum. c. error, 83. diſt. & l. qn̄ multa facinora, C. ad leg. Iul. de iure publ. & expreſſim tenent Nau. in Man. c. 20. nu. 15. Io. Baptiſta Corrad. par. 1. q. 119. c. fi. & cum pergraue crimen ſit, aliqui Epiſcopi talem exhibitionem publicæ commoditatis ludorum prohibitorũ, vulgo *barattaria*, ſibi rectiſſimè reſeruant, vt notat Graff. in prax. lib. 1. cap. 20. vbi declarat. Directè enim iuuant recipiendo luſores ad infinita, & grauia perpetranda
33 delicta. Ludus quippe † eſt ſeminarium omnium ferè peccatorũ, & malorum; quorum viginti enumerat D. Antonin. par. 2. tit. 1. cap. 23. §. 2. & §. 6. & duodecim

recen

recenſet D. Bernardin. Senenſ. ſerm.33.dom.5.Quadr. vbi inter alia dicit, terribiliorem vſuram, quæ ſit in mundo eſſe ludum ; & Arch.Gem.Turrecr.&Præpoſ.in c.1.diſt.35. aſſerunt, luſores eſſe lucri cupidos,raptores,vſurarios, mendaces,periuros,blaſphemos, corruptores proximorum ob malum exemplum, contemptores præceptorum Eccleſiæ, ocioſos, neglectores bonorum, quæ tunc amittunt,fures, violentos, adulatores,luxurioſos,crapulæ, ac vino deditos ; & publicos alearum luſores iure merito ad prædones,& latrones aggregat Ariſt. 4.Ethic. cap. 1. vnde ab ordinum promotione iuſtè repelluntur, per capit. inter dilectos,de exceſſ.prælat.

Inter alia autem peccata, luſores ſæpe horribiles incurrũt blaſ-
34 phemias,& † ipſi fatētur, ludum eſſe huius delicti præcipuam cauſam; blaſphemię namque conſequuntur aleam, inquit tex. in l.fi. §.1. C.de epiſc.aud. & blaſphemare Deũ effectus eſt luſus, inquit tex. in l.3.C.de aleato,& in l.alearum vſus,quæ eſt vlt. C. de relig. dom. & ſumpt. fu. vbi Salicet. & alij doct.& tradunt Angel. de malef. verſic. mettidor de mali dadi, num.6.Gerard. de Petra Sancta ſing.83.num.2. P.Chriſtoph. Silueſtr.in 4.ſent. ſect.41. §.ſecundũ bonum;& luſores ſemper præſumunt blaſphematores.Maſch.de probat. concl.194. nu.12. poſt Gerard.d.ſing.83.nu.2.

Et dicit Auctor Speculi exẽpl. in verbo, ludus,ꝙ maledictus eſt,
35 † qui ludit, & maledicta domus, in qua ludi ſolet; teſtaturque eſſe dictum ſacræ ſcripturæ, quæ mẽtiri non poteſt. Equidem receptatores huiuſmodi rei ſunt cuiuſcunque blaſphemiæ, quæ eorum cauſa, & fauore committitur, ac profertur; nam iuxta reg. iu. Qui cauſam damni,damnum dediſſe dicitur, cap.fin. de iniur. & damn.da.& D.Paul.ad Rom.c. 1.inquit: Digni ſunt pęna,& morte non ſolum,qui ea faciunt; ſed etiam, qui conſentiunt facientibus.

Quare dicit Plot. tract.de bla-
36 ſph.nu.11.in fi quòd † tenentur ad pœnas blaſphemiæ prolatę per ludētes, etiamſi tales receptatores, vel ſuſceptores ludentium non blaſphemauerint, arg. d. l.1.ff.de aleę luſu, & aleat.l.1.ff. de recept. Et per dictam l.1.§. notandum.ff. de aleæ luſor. & aleat. ſancitum eſt,quòd ſi eiſdem ſuſceptoribus aliquid in eorum domo ſurreptũ
37 † fuerit,non detur actio furti. Paris de Puteo de ludo nu. 46. Cæpol.caut.55.Graff. in praxi d.c.20. num.12. D.Menoch.de arbitr.caſ. 399.num.fin. vbi infert pro declaratione, pœnam impoſitam furibus per Ciuitatum ſtatuta, vt ex Papiæ ſtatuto in crim.27.ſub rub. de pęna furis, non habere locum contra eum, qui furto ſubtraxit aliquid e domo ſuſceptoris aleatorum.

38 Quinimò, ſi † eis inferatur iniuria,vel percuſſio,dum in eorum domo luditur, iniuriantem, vel percuſſorem non puniri,conſtitu

tum eſt in d.l.ſ. §. notandum, & tradit Paris de Puteo tract.de ludo nu.46 qui refert, ſe aliàs ita iudicaſſe in ciuitate Neapoli.

39 Et per nouas Dominij Med. † conſtitutiones, titu.de pęnis,d.§. ſeuerè puniēdi, verſ. prohibitum eſt etiā, ne quis permittat in eius domo publicè ludere; & vulgo dicitur à Zarro, nec alio modo ludis prohibitis ſub pœna contrafacientibus, & ludentibus ictuum trium equulei. & per dictā l.alearum vſus, domus, in qua luditur ludo alearum, & taxillorum debet publicari.

40 Nec à dictis pœnis † venit talis receptator excuſandus, ea ratione, quòd ibi ludis non ludatur prohibitis prout cōſtitutio requirit; tum quia veriſimile non eſt, in tot peruerſorum ludētium cętu, qui vnius horæ ſpatio, & vno ictu mille aureos amittunt, quòd ludis ſemper non prohibitis ludatur; tum quia, cum tot hæreticales blaſphemiæ, præter cetera crimina, vt dictum eſt, ſequantur ex tali publica ludendi exhibitione, illa quidem prohibe-

41 ri debet, ſi non propter † ſe, ſaltem propter illud, quòd ex ea ſequitur, iuxta ſing.doct. Præpoſ. in ca. conſuluiſti, 2.q.1. vbi inquit, aliquādo prohiberi debere aliquid non propter ſe, ſed ob illud, ꝙ ex illo emanare poteſt. Ex qua ratione infero, quòd locorum or-

42 dinarij † rectè prohibere ſolent ſub excommunicationis pœna, & caſu reſeruato retentionem paruulorum in lecto infra annū, ne prout ſepiſſimè contingit, illi ſuffocentur.

Longiori quidem ſermone, præfationem hanc in tam grauis peccati, & fautorum, deteſtationem non proſequar; ſed ad præmiſſorum explicationem me accingo; aſſiduis autem, & quotidianis precibus, quales quales ſint à D. O. M. contendam, ad tot, tantaque peccata, ac mala linguæ vitanda, vt blaſphemantium ori cuſtodiam ponat, & oſtium circumſtantiæ labijs eorum, prout ſibi Pſal.140. implorabat Sereniſs.Rex Dauid. Atque

43 effectum † benedicti ſalis, quod ſancta Mater Eccleſia ab ineunte vitæ Chriſtianæ in ſacramento Baptiſmi ori noſtro immittere ſolet, conſequi mereantur, nempe vt lingua à putredine blaſphemiarum præſertim, prauorumq; ac turpium verborum conſeruetur; eorumque labia à Deo aperiantur ad eius laudem annunciandam, quod nobis ipſe concedere dignetur, ad cuius maiorē gloriam, & decus, hæc qualia ſint, typis conſignare volui.

QVAE-

QVÆSTIO I.

Blaſphemia quid, & quot ſint eius ſpecies, & cui præcepto aduerſetur.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemiæ nomen Græcè, Latinè maledictionem ſignificat, ex uſu autem quid importet.*
2 *Blaſphemia quid ſecundum D. Aug. et quid ex Tolet. Suarez.*
3 *Blaſphemiæ definitio ſecundum Nau. traditur, & explicatur.*
4 *Blaſphemiæ prima diuiſio, ubi detrahitur ſapientiæ, omnipotentiæ, iuſtitię, uel bonitati.*
5 *Deus eſt ipſa eſſentia bonitatis, excellentiæ, & perfectionis.*
6 *Blaſphemiæ ſecunda diuiſio in blaſphemiam cordis, & oris ſiue in mentalem, & uocalem, aut internam, & externam.*
7 *Blaſphemiæ tertia diuiſio in hæreticalem, & ſimplicem, & quid vtraq;.*
8 *Blaſphemia tam oris, quàm cordis triplex, & eſt quarta diuiſio.*
9 *Blaſphemiæ quinta diuiſio, & quot modis in ſpiritum ſanctum contingere poſſit, & nu. ſeq.*
11 *Peccata in ſpiritum ſanctum quot.*
Peccetne in ſpiritū ſanctum, qui audet dicere falſum ad reum defendēdum.
12 *Blaſphemare dicitur in ſpiritum ſanctum de ſacris obloquens canonibus.*
Conſtitutiones canonicæ per ſpiritum ſanctum ore Pontificum, & Sanctorum promulgatę fuerunt.
13 *Scripturæ ſacræ ſenſum literalem dicere, aliquando eſſe falſum, blaſphemia eſt hæreticalis.*
14 *Blaſphemia in Spiritum ſanctum regulariter accipitur pro finali impœnitentia.*
15 *Quando & quare irremiſibilis dicatur blaſphemia in Spiritum ſanctū, & nu. ſeq.*
16 *Blaſphemia in Spiritum ſanctum, eſſe peccatum irremiſſibile per pœnitentiam, eſt hęreſis.*
17 *Blaſphemia quando dicatur filia ſuperbię, uel iræ, & nu. ſeq.*
18 *Locus D. Matth. c. 26. explicatur.*
Blaſphemia communiter procedit ex ira.
19 *Blaſphemia ex ſuo genere mortale eſt peccatum, fallit in quatuor caſib. vt in ſeqq. num.*
20 *Pœna mortis ubi imponitur tranſgreſſori, obligat ad mortale.*
21 *Ex leuitate materiæ nunquam blaſphemia eſt uenialis, & cur.*
22 *Blaſphemiam materialiter referens, uel ex animi lęuitate proferens non peccat mort.*
23 *Ad blaſphemiam licet neceſſe ſit, quòd uerba ſeriò proferantur, non tamen requiritur formalis indignatio in Deum.*
24 *Blaſphemia ex ſurreptione, & indeli-*

libera uoluntate eſt ueniale pec.

25 *Deliberatio ad meritum,uel demeritũ in momento ſufficiens eſſe poteſt.*

Ream linguam non facit,niſi rea mens, ſub nu.24.

Non quod ſit,ſed quo animo fiat,inſpiciendum,ſub nu.24.

26 *Homicidium committens motu repentino correptus, quando mortaliter peccet.*

Calor iracundiæ is excuſat, qui dementiæ æquiparatur.

27 *Blaſphemia ex indeliberatione,etſi procedat ex ludo,uel ebrietate,mortale peccatum non inducit; contradicentium opinio diſtinctione ſaluatur.*

Tabella Piſana art. 15.declaratur ſub num.26.

28 *Blaſphemare inaduertenter ex quadã conſuetudine, quando mortale ſit pec.& nu.ſeq.*

Blaſphemantem ex conſuetudine difficile eſt non blaſphemare.

30 *Detrahere Sanctorum rebus,quas fecerunt,antequam tales eſſent, quando ſit blaſphemia.*

SS.Chriſpinus,& Chriſpinianus fuerũt ſutores;& SS.Io.& Paulus germani fuerunt eunuchi.

31 *SS.Medardus, & Gildadus uno partu editi,& una die Epiſcopi creati, & una die mortui.*

32 *Blaſphemiam eſſe contra primũ, uel ſecundum Decalogi præceptũ cõtrouertitur,uel diſtinguitur nu.34.*

33 *Fidei confeſſio ſumitur dupliciter, & quando fidei confeſſioni aduerſetur blaſphemia.*

34 *D.Tho.2.2.q.13.art.1.& 2. explicatur & nu.39.in fin.*

35 *Blaſphemia, nempe hæreticalis,ſtare poteſt cum fide,& ſi contraria ſit fidei cõfeſſioni,& quomodo, & n.38.*

In fide duo reperiuntur.

36 *Infidelitas in quo propriè conſiſtat, & in quo blaſphemia nu.ſeqq.*

39 *Fidem negans exterius, non negando interius, cur peccet contra fidei confeſſionem.*

B.Marcellinus timore ſacrificando idolis peccauit mortaliter, ſed non hæreſis pecc.

40 *In blaſphemia hæreticali duplex reperitur malitia.*

CVM omnis, quę à ratione ſuſcipitur de aliqua re, inſtitutio debeat à definitione proficiſci, vt intelligi poſſit id, de quo ſermo habẽdus eſt, vt ſcriptum reliquit M.Tul.lib.j. de offic.in princ. quem ſequũtur Doct.in l.omnis diffinitio,de reg. iur.Ideò in primis præmitto,blaſ-
1 phemiæ† nomen Græcè, Latinè maledictionem, vel execrationẽ boni alicuius præſertim excellentis ſignificare, vt tradit D.Hier. ad Epheſ.c.4.Ex vſu tamen Theologorum maximè ſumitur pro maledictione,ſiue actu,quo quis diuinæ excellẽtiæ,& bonitati conuiciatur; vt benè ſcribit D.Auguſt. lib.2. de morib. Manichęo-
2 rum cap.10.dicens; Eſt aũt † blaſphemia,cum aliqua mala dicuntur de bonis ; itaque iam vulgò blaſphemia nõ accipitur, niſi mala verba de Deo dicere;& ſubiungit optimam rationem accommodationis vocis; quia de hominib. dubitari poteſt,Deus autem ſine con-

controuerſia bonus eſt.

Quare Tolet. in Sum. lib. 4. cap. 13. num. 5. rectè dicit, blaſphemia eſt maledicentia quædam contra Deum ex malo voluntatis affectu. & Suarez tom. de Statu Relig. trac. 3. lib. 1. cap. 4. num. 1. definit, eſſe verbum maledictionis, conuicij, ſeu contumeliæ in Deũ; quam ſanè definitionem per partes explicat. Et concludit, propriã blaſphemiæ rationem conſiſtere in maledictione, & conuicio Dei.

Nec diſcrepat definitio tradita à Nau. in Man. cap. 12. num. 81. ex D. Ambroſ. lib. de Paradiſo
3 ſumpta, dicens: Blaſphemia † eſt dicere tacitè, vel expreſsè verbo, vel ſcripto contra Deum, aut Sanctos aliquid contumelioſum; Quod quidem fit, cum tribuitur Deo, quod ei non conuenit; vel remouetur, quod ei congruit; vel tribuitur creaturæ, quod ſolius Dei eſt; & hæc definitio probatur in c. ſi quis per capillum, 22. q. 1. & eam notant omnes in c. vlt. de maled. & Iul. III. in ſua cõſt. incip. In multis deprauatis. & S. Thom. 2. 2. q. 13. ar. 1. ea vſus eſt in ſua definitione explicãda, cum ibi dixerit: blaſphemiam eſſe diuinæ bonitatis derogationem; & tradunt communiter omnes Summiſtæ in verb. Blaſphemia; Couar. in ca. quamuis. par. 1. §. 7. num. 8. de pac. lib. 6. D. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 375. num. 3. Io. Bapt. Plot. trac. de blaſph. num. 1. vbi quamplures Doct. allegat Iacob. Ramirez de cuſtod. ling. c. 3. in princ. Gregor. à Val. tom. 3. diſp. 1. q. 13. p. 1. & vide in ſeq. q. vbi declaratur prædicta definitio.

4 Secundo præmitto tres eſſe † blaſphemiæ ſpecies, quarum prima eſt, cum quis derogat ſapientiæ Dei; ſecunda, quando detrahit omnipotentiæ; tertia, vbi derogat eius iuſtitiæ. B. Anton. par. 2. ſum. tit. 8. §. 2. Boer. deciſ. 301. nume. 2. qui iſta pluribus comprobat; Adde quartam, quando quis detrahit Dei bonitati. D. Menoc. d. caſ. 375. nu. 1. vbi ita ſcribit, qui derogat diuinæ maieſtati eius detrahens poteſtati, iuſtitiæ, aut bonitati, blaſphemus eſt, & quidem propriè, facit pulchrè, quod ſcribit D. Dionyſ. de diuin. nomi. c. 1. & concordat S. Ioan. Chryſ. ſuper
5 Pſal. 95. nempè † Deum Dominũ noſtrum eſſe ipſam eſſentiam bonitatis, excellẽtiæ, & perfectionis, vnde attribuens ei aliquid non ſummè perfectum, aut aliquam negans perfectionem, directè offendit ſuam bonitatem, quod eſt ſumma impietas, & malitia: ſed in ſeq. q. latiùs declarabitur.

6 Diuidit ſecundò in † blaſphemiã cordis, vt cum quis corde tantum diuinæ maieſtati derogat, de qua mentionem facit Dauid Pſal. 13. ibi, dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Et oris, cum talis derogatio exterius progreditur per locutionem, & prima mentalis, ſecunda verò vocalis appellatur. D. Tho. ar. j. Nau. d. nu. 81. Decian. loc. cit. c. 2. num. 2. Tolet. d. cap. 13. nume. 6. Vtroque enim modo Deus blaſphemari poteſt, ſicuti etiam mente, & ore

laudari

laudari poteſt. Interior autem blaſphemia dicitur, quando ſola mente fit locutio; exterior verò, quando fit corpore, & per ſenſibile verbum, & tunc cenſetur eſſe cōſūmata blaſphemia, vt optimè notat Suarez loc.cit.num 2. & de vtraq; loquitur D.N. Ieſus Chriſtus, dum in Matth. ait ex corde exeunt &c.

7 Diuiditur tertiò in † blaſphemiam hæreticalem, & non hæreticalem, ſiue ſimplicem; ſimplex ea dicitur, quæ non repugnat ijs, quæ tenemur credere. Hæreticalis verò, quando aliquid dicitur directè contra articulos fidei, de qua infra; Nulla quidem blaſphemia ſecundum ſe eſt hęreſis; quia blaſphemia in dicendo, hæreſis in credendo pertinaciter aliquid contrarium fidei conſiſtit. Nau. ibid. nu. 82. Rodriq. in ſum. par. 1. capit. 34. num. j. D. Dominic. Anfoſſ. diffusè in ſuo eruditiſſimo tract. de cultu & vener. ſacrarum reliqu. §. 29. numer. 17. & ſeqq. & propterea notant gloſ. & doct. ex cap. 2. de maled. blaſphemiam dici vitium linguæ diuino honori contrarium, hoc enim peccatum in locutione propriè committitur, vt notat Suarez tom. de ſtatu religionis tract. 3. lib. j. cap. 4. nu. 2. & Paul. Comit. in reſponſ. mor. lib. 4. q. 9. c. j. in fi.

8 Diuiditur quartò † tàm cordis, quàm oris blaſphemia tripliciter: Vel eſt cum falſo intellectus aſſenſu tantum: Vel tantum cum impia voluntatis deteſtatione, & affectu, vel concreta vtrãque amplectens: Prima comitem habet hæreſim: ſecunda odium Dei: tertia omnium peſſima rem amplectens vtramque: prima opponitur fidei: ſecūda charitati erga Deum: tertia vtrique virtuti. Comit. loc. cit. c. 2. ex Alph. de Caſtr. de iuſt. hær. pun. lib. j. c 12. & Suarez loc. cit. vbi probè declarat, affectum; blaſphemiæ diſtingui à blaſphemia interna.

Diuiditur quintò in duas alias ſpecies nempe Dei, inquantum Deus, quæ fit multis modis; de quibus infra in ſeq. q. Alia Dei, in quantum Spiritus ſanctus, quæ duobus modis poteſt contingere; primò, quando † opera, quæ quis operatur, vel operatus eſt; 9
mediante Spiritu ſancto, attribuimus homini, vel alteri creaturæ; & huius blaſphemiæ peccatum concurrente pertinacia, & obſtinatione nunquam remittitur, vt dixit Chriſtus Saluator noſter Iudæis apud Matth. c. 12. qui miracula, quæ faciebat, & virtute propriæ diuinitatis, & per operationem Spiritus ſancti attribuebant principi dęmoniorum. Quicunque ergo Spiritui ſancto quid detrahit certè dicitur Spiritum ſanctum blaſphemare. vide Paul. Comit. lib. 4. reſponſ. mor. q. 9. cap. 10. vbi diffusè.

10 Secundò modo † blaſphemia in Spiritum ſanctum fit, quando quis ſtudiosè, & ex certa malitia vult peccare, remouens, uel remouere tentans omnia impedimenta, quæ poſsent ipſum abſtrahere à peccato, & vſque in finem vitæ impe-

impęnitẽs delectatur in hoc peccato, vel de venia deſperat; ſunt enim hæc contra remiſſionem peccatorum,& bonam inſpirationem, vt pulcrè declarat D. Tho. 2.2.q.14.ar.j.& ſic accipitur pro fi
11 nali impęnitentia. Et ſex † modis fieri poteſt, nempè deſperatione veniæ, pręſumptione propriarum virium, vel nimiæ miſericordiæ Dei, impęnitentia doloſa, obſtinatione malitioſa, impugnatione falſa veritatis agnitæ, & inuidentia fraternæ gratiæ, vt habetur lib. 2.ſent.diſt.43.& declarat D.Tho. d.q 14.artic.2.Lęl.Zecch.in ſum. mor.par.j.c.26.Graff d.par.j.c.26. optimè Greg. à Val. tom.3.diſp.j. q.14. p.2. Hinc D. Io.Petr. Ala in trac.verè aureo de Aduoc.Chriſ. p.j. q. 73. rectè infert, peccarę in Spiritum ſanctum, qui impudenter abiecto timore à Spiritu ſancto elargito, quo ſolent homines deterreri, falſum audent dicerę in iudicio ad reos defendendos; nimium quippe de diuina miſericordia præſumendo, quam in cõfeſſionis ſacramento poſtea experiri ſperant, ipſius Dei iuſtitiam abijciunt. Quod ſanè grauiſſimũ, ac quotidianum peccati genus, optima ratione, mirum in modũ reprehendit, ac damnat doctiſſimus ille, atque animarum ſalutis zelantiſſimus doctor Ala. Spec. quoque in trac. de mod. general. concil.par.j.rubr.3.nume.7.rectè
12 infert, † contra ſacros canones aliquid obloquentem, blaſphemare dici in Spiritum ſanctum, modò per contemptum id faciat, ita etiam notat Andr. Sicul.in c.j. de cõſt.nu 47.& ratio eſſe poteſt; quia canonicę conſtitutiones per Spiritum ſanctum ore Pontificũ, & Sanctorum promulgatæ fuerunt, vt probatur ad litteram in c. violatores. 25 q.j.per quem textũ inquit Arnald. Albertin.tract. de agnoſc.cathol.aſſert.q.6.num.15.
13 blaſphemum eſſe, atque † hæreticum dicere ſenſum litteralem ſacræ ſcripturę aliquando falſum eſſe; eſt enim literalis ſenſus ille verè, & propriè, quem Spiritus ſanctus ſpecialiter intendebat, & qui ex circumſtantijs literæ ſcripturæ ſacræ trahi poteſt, & debet; ſicuti ſcriptores ſacri fecerunt, atque docuerunt; alioquin omnis ſoliditas probationis à ſacra ſcriptura periret, vt notat Io. Gerſon par.j.in alph.quem citat, & multis comprobat Arnal. Albertin. loc. cit.& nouiſſimè tradit perquàm doctus P. Aloyſ. Bariola in fine flor. comm. Pegnæ ad direct. Inquiſit.tit.de varijs propoſ.vbi ſubdit nequaquam mendacia officioſa admitti in ſacra ſcriptura, nihil enim auctoritatis in ea remaneret.

14 Regulariter † autem blaſphemia in Spiritum ſanctum accipitur pro finali impęnitentia; & ideò dicitur peccatum irremiſſibile; quod intellige, niſi blaſphemans ſufficienter pęnituerit, cap. ferrum, 50.diſt.ca.j.§.pen. de ſum. Trin.& fide cathol. vide Bar. in l. qui ea mente, nume.3.de furt.& latè declarat Nicol. à Grana in explicatione eorum, quæ pertin. ad

pęnit.

pœnit & confeſſ. lum. 4. q 40. ubi concludit, tale blaſphemiæ peccatum, ſicuti quodlibet aliud peccatum iuxta diuerſos reſpectus eſſe remiſſibile, & irremiſ-
15 ſibile: Et dicitur † irremiſſibile ex parte ſua, iuxta illud Matth. capit. duodecimo, in quantum directè excludit ea, per quæ homo retrahitur à peccato; ſed ex parte Dei eſt remiſſibile, qui per ſuam omnipotentiam, & miſericordiam aliquando conuertit peccatores in profundo maris, vt ſcribit S. Tho. 2. 2. q. 14. art. 3. ad 3. & ſequitur Franc. Suarez to. 3. de pœnit. diſp. 8. ſect. 1. quo loci rectè dicit; nullam blaſphemiam eſſe irremiſſibilem; ſed prædictam ita appellari; quia directè opponitur neceſſariæ diſpoſitioni ad peccati remiſſionem, & propterea reddit illius remiſſionem valde difficilem; & quoniam propter illius nimiam malitiam Deus illi auxilium ſuum ſubtrahat, ſine quo pœnitentiæ fores nō patent.
16 Imò aduertendum venit, q† dicere, præfatum blaſphemiæ peccatum eſſe irremiſſibile per pœnitentiam, eſt hæreſis, vt probat Paul. Griſald. in deciſ. fidei cath. verb. Blaſphemia nu. 2. vbi eam confutando plures affert doctorum interpretationes; & ſubiungit, intelligi debere de illo, qui cum animo perſeuerandi in blaſphemijs ex hoc mundo diſcedit; de tali enim dici poteſt, quòd fiat irremiſſibile; quia habet intentionem in mortali peccato perſeuerandi, vide Lud. Carb. in Sum. tom. 3. lib. 3. capit. 61. vbi per tot. pulchrè explicat, & reſoluit difficultates à doctoribus allatas.
17 Tertiò præmitto, qñ† blaſphemia prouenit ex mente deliberata, & doloſa, filiā dici ſuperbiæ; tunc enim per ſuperbiam erigit ſe homo, uolens Deo detr here, ut ſi dicat, Deus nō eſt iuſtus, hoc permittendo; uel Deus hoc facere nequit, & his ſimilia, quæ ſanè ſunt uerba imperij, & ſuperbiæ, facit illud Eccleſiaſtici, cap. 10. initium ſuperbię hominis apoſtare à Deo, et idem recedere ab eius cultu, & ueneratione.
18 Hinc eſt, quòd cum † Caiphas (vt habetur D. Matth. capit. 26.) Princeps Sacerdotum adiuraſſet Ieſum, vt diceret, an eſſet filius Dei, cumque Chriſtus Saluator id affirmaſſet, reſpondens, tu dixiſti, ſtatim ſcindens Caiphas veſtimenta ſua, dixit; blaſphemauit, quid adhuc egemus teſtibus; ecce nunc audiſtis blaſphemiam: Iudæi enim ſua excæcati malitia id non credebant; ſicuti quando Chriſtus dixit Paralytico, vt habetur Luc. c. 5. remittuntur tibi peccata tua, ipſi quoque dixerunt; Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis enim poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? & hoc, quia blaſphemiam putabant, facere ſe filium, & æqualem Deo, quod videbatur eis à ſuperbia prouenire. Si verò proferatur blaſphemia non ex mente deliberata; ſed ex impetu iræ abſq; præcogitatione, tunc dicitur filia iræ, ex qua communiter procedit,

dit, & oritur hoc deteſtabile, &
abominabile vitium: ita tradit D.
Thom. 2. 2. q. 158. ar. 7. & ſequun-
tur Boer. deciſ. 301. num. 3. & De-
cian. d. lib. c. j. nu. fi. Gaſpar Loar-
tes in tract. de remedijs blaſph. in
præfatione.
19 Quartò præmitto, blaſphemiã†
ex genere ſuo mortale, & grauiſ-
ſimum peccatum eſſe; nam mor-
tale eſt, per quod homo ſeparatũ à
primo principio ſpiritualis vitæ, ꝙ
eſt charitas Dei; blaſphemia autẽ
ex genere ſuo diuinæ charitati re-
pugnat; quia diuinæ bonitati de-
rogat, quæ eſt charitatis obiectũ;
ergo. Probatur etiam ex Leuit. c.
20 24. vbi blaſphemis † pœna mor-
tis imponitur, ſed huiuſmodi pœ-
na, niſi pro mortali peccato infer-
tur: D. Tho. 1. 2. q. 92. ar. 1. & 2. Na-
uar. in cap. fraternitatem; de lege
pœn. nu. 18. & in puncto blaſphe-
miæ, Summiſt. omnes in ver. Blaſ-
phemia. Nau. c. 12. nu. 82. Coron.
de Blaſph. nu. 86. D. Dionyſ. Car-
tuſ. in Sum. to. 2. art. 35. §. 2. Viu.
deciſ. 275. num. 17. lib. 2. Azor. par.
1. Inſt. mor. lib. 9. c. 28. q. 16. Sair.
in Claui lib. 6. c. 13. nu. 5. Bann. 2. 2.
q. 13. art. vbi affirmat, blaſphemiã
in Deum, & Sanctos, quatenus
Dei amici ſunt, & diuinæ ſancti-
21 tatis participes nunquam †poſſe
eſſe peccatũ veniale ratione ma-
teriæ; & colligitur ex c. Deus quã
do. 24. q. 3. Vnde nec ob leuitatẽ
materiæ à mortali excuſatur; nã
quælibet falſitas graui Deum in-
iuria afficit. Gregor. à Val. tom. 3.
diſp. 1. q. 13. p. 1. Frãc. Suarez tom.
de Statu relig. trac. 3. lib. j. c. 6. n. 2.

22 Reſtringitur primò, vbi quis †
materialiter referat verba blaſ-
phemiæ; conſtat enim de ſe nul-
lum eſſe peccatum, ſi verò ex le-
uitate animi ioco illo proferat,
eſſe quidem poterit veniale pec-
catum leuitatis, & alicuius irreue-
rentiæ, aſſumendo nomen Dei in
vanum; non tamen eſt propriè
blaſphemia; nam ad blaſphemiæ
23 † rationem, & ad eius propriam
malitiam neceſſarium eſt, vt ver-
ba blaſphemiæ formaliter, ſeu ſi-
gnificatiuè, & ſeriò proferantur
per modum conuicij, aut maledi-
ctionis in Deum; non eſt quidem
neceſſaria ad eam formalis indi-
gnatio in ipſum Deum, vt aduer-
tit Suarez d. c. 6. nu. 1. & 11.
24 Reſtringitur ſecundò, vbi bla-
ſphemia † ex indeliberatione, &
ſurreptione proueniat, vt, cũ quis
ex ira aliqua, vel ex alia motus paſ-
ſione, non aduertens verba, quæ
proferat, in blaſphemiam prorũ-
pat. D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 2. ad 3.
facit c. homines, 22. q. 2. vbi ex D.
Aug. habetur, ream linguam non
facit, niſi rea mens; & c. 1. 15. q. 6.
vbi, non quod fit, ſed quo aĩo fiat
inſpici debet, iuxta illud vulgatũ,
*Quicquid agunt homines intentio iu-
dicat omnes.*
Sed aduertendũ, ꝙ ſi perturbatio
talis ſit, ꝙ omnem rationis delibe-
rationem anteuertat; ſiue aufe-
rat, tunc nullum omninò pecca-
tum erit; ſi verò aliquantulum
rationis iudicium ſequatur, &
plenum præceſſerit, peccatum
erit veniale. Vbi autem illa tan-
ta non ſit, quin aduertat, id eſſe

blaſphemiam, verborum ſignifi-
25 cationē conſiderando, quod eſſe † nō poteſt ſine rationis deliberatione, quæ quidem in momento tēporis ſufficiens eſſe poteſt ad meriti, vel demeriti rationem; tunc à mortali blaſphemans non excuſatur; ſicuti nec ille, qui ex ſubito iræ motu aliquem occidit iuxta ſe ſedentem; quia homicidium regulariter non ita fit repente, quin homo poſſit deliberatione
26 uti; ſi quis † tamen motu repentino correptus adeo, vt non ſit rationis compos, occideret, non eſſet verè mortale, niſi conſenſus in facto poſt ſequatur, ex S. Tho. dict. q. 13. ar. 2. ad 3. Alex. de Ales par. 2. Sum. q. 131. memb. 3. Caiet. in verb. blaſphemia vbi. Summiſ. omnes, Nau. Coron. & alij ſup. cit. Sair. d. cap. 13. num. 6 optimè Tolet. in Sum. lib. 4. cap. 13. num. 7. & lib. 5. cap. 6. nume. 31. D. Dionyſius Cartu, & Viu. loc. cit. Alberic. in diction. in verb. Blaſphemia. Albertin. de agnoſc. cath. aſſert. q. 27. nu. 2. & ſeqq. ubi multis comprobat exemplis. Et regulariter calor iracundiæ excuſat, qui dementiæ æquiparatur, ut dicit Hoſtienſ. in Sum. tit. de maled. §. qualiter, col. 2. & ſic declarat Tab. Piſana ar. 15. ibi, niſi hoc furore iracundiæ acciderit.

Quod extende, etiamſi blaſ-
27 phemia ex indeliberato motu † proueniens procedat ex ludo, ebrietate, vel alijs iniuſtis de cauſis; quia mortalem culpam non inducit, vt ex Angel. blaſphemia, §. 6. Nau. Lopez ubi ſupra, tradit Sair. d. num. 6. Contrarium verò ſentiunt Coron. d. nu. 86. Medic. in Sum. pecc. tit. 4. q. 40 Pan. in ca. 2. de maled. Fab. à mōte Leon. in ſua Praxi arbitr. par. 4. nume. 774. & ſeq. quorum opinio in foro conſcientiæ falſa eſt; quamuis in foro exteriori quo ad criminis punitionem, vera eſſe poſſit, ut declarat Sair. d. num. 6. ſed uide infra q. 7. in fine.

28 Reſtringit̄ tertiò, ubi † blaſphemia ex praua quadam conſuetudine inconſideratè, & inaduertēter proferatur, ſi inconſideratio ſola fuit cauſa prolationis; ut prius loquatur homo, quàm aduertere poſſit, quid loquatur; & ſit in uia emendationis; quia blaſphemia in hoc caſu eſt tātum materialis, nōn formalis; ſecus autem in illo eſt dicendum, qui blaſphemare eſt aſſuetus, & communiter nihil curat ſe emendare, & conſuetudinē extirpare; talis enim blaſphe-
29 mia † eſt mortale peccatum in ſua cauſa neglecta, id eſt, ex conſuetudine praua, quæ habet culpam præcedentem, & pro comite proprię ſalutis contemptum, cū eam corrigere negligat. Caiet. in Sum. uerb. Blaſphemia. in fi. Nau. in Man. ca. 12. nu. 84. Lud. Lopez in inſtru. conſc. par. 1, c. 51. Sayr. in Claui lib. 6. cap. 13. nu. 6. Zecch. in Sum. morali par. 1. ca. 25. nume. 5. circa med. Io. Capeauil. caſ. 19. q. 1. in fi. Tolet. in Sum. lib. 4. ca. 13. num. 7. Paul. Comit. in reſp. mor. lib. 4. q. 9. nume. 13. facit pulchrè Decian. d. c. 5. num. 11. Hinc dicit S. Thom. opuſc. 1. c. 28. blaſphe-

man-

mantem ex conſuetudine difficile eſt nõ blaſphemare. Quinimò dicit Tolet.loc.cit.eum,qui aſſuetus eſt peccato blaſphemiæ, nec laborat de conſuetudine extirpãda,peccare, quamuis non intelligat ſe blaſphemare; quia habitus prauus,quem aliquis non deteſtatur implicitam, & uirtualem habet deliberationem. Quare iſte cum peruerſo habitu nõ pugnat, mortaliter peccat, quoties blaſphemat; quamuis ad blaſphemiã animum non aduertat: Is uerò qui nulla cogitatione ſuſcepta blaſphemiam pronunciat, quem habitus pœniteat, leuiter peccat. Comit.loc.cit.

30 Reſtringitur quartò, ubi quis† detraheret Sãctorum rebus, quas fecerunt, antequam tales eſſent; nõ enim habetur ꝓ blaſphemia, niſi fiat ad extenuandam ſanctitatem, quam nunc habent, prout tradunt Nauar.in com. cap.inter uerba,11.q.3.concl.6.nume.469. Gregor.à Val.tom.3.diſp.1.q.13. punct.2.ut ſi quis diceret de Sancto Chriſpino, & Chriſpiniano ꝑ iocum,quod fuerint Sutores,aut de S.Io.& Paulo germanis, quod fuerũt eunuchi, uel quod aliquis Sanctus fuerit homo infimus, uel artem exercuerit infimam, quo ẽtĳ fortaſſe modo peccabant Iudæi,qui Chriſtum fabri filium uocabant, ſi inuincibiliter ignorabant eſſe Dei filium,& ex Spiritu ſancto natum; ut exemplificant Lud.Carb.in Sum.tom.3. lib.1.c. 59.uerſ. Quintum dictũ, & Sayr. loco cit.num.5.in fi. Graue quidem peccatum eſſet, & blaſphemiæ ſpecies negare, quod ſcribit Sim.Maiol.de Irregul. lib.2.ca.3.

31 † de Sanctis Medardo Epiſcopo Nouiodunenſi, & Gildado Epiſcopo Rothomagenſi fratribus, quòd uno partu editi, & una die Epiſcopi creati, & una die mortui, & ſub una alia die Sanctis adſcripti non fuerint; quorum quidem feſtiuitas celebratur 6. Idus Iunĳ: ſic enim legimus preter alios apud Fulg.lib.1.& And.Eboren.titu. de Miracul. In quorum laudem hæc carmina ſcripta fuerunt.

Vna dies peperit,mitras dedit altera, mortem
Altera, & in Sanctos lectus vterque fuit.
Fœlices fratres, quorum communis origo,
Vita,corona, obitus, gloria, feſta dies.
Quin communis erat mens,& cor; dicite ſed nos
Corde uno, vt poſſint corpora bina regi.

Quintò præmitto, quòd etſi S.Thom.2.2.q.13.art.1.& ar.2.ad 2.& Sot.lib.de iuſt.& iu. q.2.ar.3. concluſ.1.doceant,blaſphemiam confeſſioni fidei opponi, & eſſe

32 contra † primum Decalogi præceptum, quo Deum adorare iubemur, ipſum per internũ actum cognoſcendo, ut ſummum omnium dominum, illique tãquam domino nos ipſos per internum uoluntatis actum ſubĳciendo, & noſtram hanc ad illum ſubiectionem per actus externos oris, &

ceterorum membrorum proteſtando,& confitendo. Vnde blaſphemia dicitur cōtra illud, quod homo confiteri, & proteſtari debet ad ipſum Deum adorandum, vt primum principium, & ſummum omnium dominum; attamen Nau.in Man.c.12.nume.82. Bannes,2.2.q.12.ar.1.not.3.Greg. à Val.d.tomo 3.diſp.1. quæſt.13. p.2.Ioan.Azor. par.1. Inſt.moral. lib.9.cap.28.quæſt.1.Cath.Roma. in fin. 2.præcepti: quos ſequitur Sairus in Claui lib.6.cap.13.nu.1. Lud.Carb.in Sum. tomo 3.lib.1. ca.58. verſ. Quartum notandum docent opponi Religioni, cuius eſt honorem, & laudem Deo tribuere, & ſic repugnare ſecundo Decalogi præcepto.

Pro conciliandis verò horum Doctorum opinionibus, notan-
33 dum eſt, fidei † confeſſionē ſumi dupliciter. Primò, pro aſſertione fidei; Secundò, pro laude,& honore Diuino; Primo modo infidelitas,& hæreſis contrariantur confeſſioni fidei; Secundo modo blaſphemia: & ita exponendi ſunt D.Tho.& Sot.loco cit. dum
34 dicunt,†blaſphemiam aduerſari cōfeſſioni fidei hoc ſecundo modo; quia blaſphemia formaliter, & per ſe contrariatur Religioni; non confeſſioni fidei: vnde prohibita eſt in ſecundo præcepto: Non aſſumes nomen Dei tui in vanū: declara tamen, niſi ſit blaſphemia hæreticalis, quia tunc aduerſatur confeſſioni fidei in foro exteriori, & etiam interiori, ſi ita credatur affectu; vt deducitur ex Sairo loco cit.& Tolet. d. lib.4.c. 13.in prin.& Zecch. in Sum.mor. cap.25.ſub nume.4. Suarez tomo de ſtatu Relig.tract.3. lib.1.cap.6. nu.6.vbi putat D.Th. non in vniuerſum de blaſphemia locutum fuiſſe, ſed de blaſphemia hæreticali, quod probabile eſt,& tenent Azor,loc.cit.Paul.Comit.in reſp. mor.lib.4.q.9.nu.12.vbi exponit, talem fuiſſe quoque ſententiam D.Tho.quando d.q.13.ar.3.ſcripſit, grauiſſimum peccatum eſſe blaſphemiam, ideo quod ad infidelitatem pertineat, & eam augeat.

35 Hinc facilè reſponderi pōt†ad quęſitum, quomodo blaſphemia poſſit ſtare cum fide, cum ſit contraria confeſſioni fidei. Nam reſpondetur, ꝙ in fide duo reperiūtur: Primum eſt, aſſentire intellectu articulis fidei: Secundum, dicere loquutione interiori, vel exteriori, ea, quæ ſunt fidei: Primū pertinet ad fidei eſſentiam: Secūdum ad eius confeſſionem, iuxta illud Pſal. 115. Credidi, propter quod loquutus ſum.

Infidelitas autem, quæ primo
36 præcepto aduerſat, propriè† conſiſtit, tum in aſſenſu aliquo interno falſo de Deo, tum in externa aſſeueratione falſi ex tali aſſenſu interno proueniente, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè, ſcilicet, dicendo aliquid Deo ineſſe, quod verè illi non ineſt, vel nō ineſſe, quod ineſt; vel attribuendo creaturæ, quod Deo conuenit,. At blaſphemia nempe hæreticalis (nam alię, per quas contra fidem nihil profertur,

fertur, ſed ſolũ oſtenditur prauus affectus erga Deũ, fidei cõfeſſio-
37 ni contrariç non ſunt) non † conſiſtit propriè in ipſo aſſenſu, vel aſſeueratione falſi; ſed in dictione, ſeu ſignificatione falſa de Deo, quæ longè differt ab aſſenſu falſi; ſiquidem poteſt quis deliberatè velle dicere, & ſignificare aliquid falſi, etiamſi nihil falſi ipſe ſẽtiat, aut aſſeueret; dicendo v.g. Deus non eſt trinus, & vnus, vel eſt iniuſtus, & impotens; ſi huic quòd dicit, non aſſentitur; ſed credit Deum eſſe trinum, & vnum, iuſtum, & omnipotentem; hoc verò dicit, vt iniuriam Deo faciat, vel de illo vindictam, aut in illo mendacio delectationem ſumat; quatenus poteſt, non dr̃ peccare peccato infidelitatis, ſed tantum blaſphemiæ, quia, vt dictum eſt, blaſphemus credit, & ſcit, oppoſitum eius, quod dicit eſſe verum, & tali oppoſito aſſentitur. Albertin. de agnoſc. Cath. aſſert. q. 27. nu. 17. in fi. Suarez loc. cit. & ideo dicit Comitol. in reſponſ. mor. lib. 4. q. 9. c. 1. & bene peccatum infidelitatis diſſentit ab ijs, quæ fidei ſunt; blaſphemia aũt cõtraria dicit rebus fidei, & dr̃ contraria confeſſioni fidei, non autẽ fidei. Lud. Carb. in Sum. to. 3. lib. 3. c. 58. verſ. primum dictum.

38 Quod exemplo humano † apertè declaratur: interdũ. n. vt vnus homo alteri cõtumeliam faciat, eum vocat ſtultum, vel Iudæum, etiamſi ita de illo nõ ſentiat: imò etiamſi ſciat eſſe mendaciũ; quia de hoc nihil curat, dummodo illi iniuriam faciat: Ita quoque ſe habet huiuſmodi blaſphemus erga Deum; & ita ẽt dçmones blaſphemant Deum, & vt credibile eſt, eum vocant iniuſtum, inuidum; licet re vera hæc de ipſo non credant: & ſic dr̃, blaſphemiam ſtare cum fide; ſic ẽt manifeſtè diſtinguitur, & ſeparatur blaſphemia hæreticalis ab infidelitate, & hæreſi; ſemper quidem vr̃ hæc blaſphemia contraria confeſſioni fidei; quia ſemper continet negationem fidei ſaltem exteriorem;
39 qui † autem exterius negat fidẽ, non negando interius, licèt infidelis, aut hçreticus non ſit, peccat tamen contra fidei cõfeſſionem; quia ex intrinſeca fidei obligatione tenemur, non negare fidem ẽt exterius. Hinc B. Marcellinus cũ idolis timore victus ſacrificaſſet, illum peccaſſe quidem mortaliter, ſed non hæreſis peccato, probat, & rectè Turrecr. in c. poteſt, de pçnit. diſt. 1. Atq; ita intelligi poteſt, quod D. Tho. loc. ci. dixit blaſphemiam includere infidelitatem nempè exteriorem.

Hoc tamen non obſtat, vt ſcri-
40 bit Suarez d. c. 6. n. 8. quo minus † in illomet actu præter malitiam contrariam confeſſioni fidei, ſit etiam malitia contraria laudi, & honori debito Deo, quæ propriã blaſphemiam conſtituit, & opponitur Religioni, cuius munus eſt Dei honorem tueri.

QVAE-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVÆSTIO II.

Blaſphemiæ peccatum, quibus committatur modis.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemia varijs modis contingere poteſt, quod in num. 2. 5. ac ſeqq. explicatur.*

Affirmatio, & negatio ad idem genus reducuntur, ſub nu. 2.

3 *Blaſphemare formaliter, uel uirtualiter quando quis dicatur.*

4 *Blaſphemia eſt reuocare in dubium, quod ad Diuinam pertineat perfectionem.*

6 *Puellarum laſciui amatores ſæpe incurrunt blaſphemias, eis tribuendo nomina, quibus Dei proprium ſignificatur.*

7 *Attribuere Deo, quod non conuenit, eſt contra eius bonitatem; remouere quod congruit, eſt contra iuſtitiam; tribuere creaturæ illius proprium, eſt contra maieſtatem.*

8 *Blaſphemia eſt, ſi deteſtentur diuina, uel fiat in Deum imprecatio.*

9 *Statutum Papienſe 14. in Crim. tit. de blaſphemis, declaratur.*

10 *Blaſphemiæ per modum irridentis quænam dicantur.*

11 *Deum laudare tribus fit modis, ſic & ipſum blaſphemare.*

Deo incarnato tribuere aliquid uerũ, & honeſtum tanquam quid opprobrioſi, eſt blaſphemia.

12 *Veritas de Deo, vel Chriſto enunciata contumelioſè, eſt blaſphemia.*

13 *Blaſphemia eſt, dicere: Dio pouerinazzo.*

14 *Blaſphemare dicitur, qui membra Chriſti uerenda, uti contemptibilia nominat.*

15 *Blaſphemus eſt, qui promittit peccatum facere in Dei honorem.*

Blaſphemat, qui dicit, ſi adulterium commiſero, ingrediar religionem; an teneatur ad uotum adimpleta conditione.

16 *Blaſphemare Sanctos, quomodo contingat.*

17 *Blaſphemia in Sãctos, quare in ipſum Deum tendat, & num. ſeqq.*

18 *Senatores Imperatoris priuilegijs ipſius gaudent.*

Sancti ſunt Dei Senatores,

19 *Iniuria facta uni, cenſetur facta omnibus de ſua agnatione, & affinitate.*

20 *Locus Matth. c. 19. & c. 25. expenditur, & nu. ſeq.*

21 *Statuta blaſphemias punientia, quomodo intelligenda, & extendenda, & ſub nu. 9. 27. & 30.*

22 *In ſanctos tribus modis poteſt contumelia proferri.*

23 *Blaſphemia in res ſacras, Chriſtianam fidem, & in Prælatos ut committatur, & nu. ſeq.*

Laicus ob uerba in contemptum Eccleſiæ, & Sacerdotum prolata, fuit publicè

blicè fuſtigatus.
Qui bona fide Deum colit, amat, colitq; Sacerdotes.
25 *Maledicere creaturis, quando ſit blaſphemia, uel ocioſum uerbum.*
26 *Quomodo committatur blaſphemia, generalis affertur regula.*
27 *Canones, leges, ſtatuta aduerſus blaſphemos quomodo interpretanda.*
28 *Opinio communis, quæ fauet religioni, & animarum ſaluti, eſt amplectenda.*
29 *Rubr. & cap. fin. de maled. declaratur.*
30 *Blaſphemia non in homines, ſed in Deum, & Sanctos propriè infertur.*
31 *Blaſphemia non tantum locutione, ſed facto committi uidetur.*
32 *Blaſphemare dicitur, quouis modo imagines Dei, Chriſti, Virginis, & Sanctorum, aut Crucem ſanctam lædēs.*
33 *Iudæi abradentes in Biblijs verba, quę Chriſto conuenire poſſunt, blaſphemare dicuntur.*
Iudæi tripudiantes in die Veneris ſanctę hebdomadæ dicuntur blaſphemare.
34 *Miraculū de quodam impio, qui Mediolani pugione transfixit Chriſti imaginem.*
35 *Imaginis faciem B. Virg. ac Saluatoris, quem in brachijs tenebat, ſacrilegus quidam conſcidit.*
36 *Blaſphemantes facto quomodo puniendi, & nu. ſeq.*
37 *Blaſphemare facto maius crimen eſt, quàm ore.*
Percutientes imagines ſacras de hæreſi ſunt ſuſpecti.
Nihil refert factis, uel uerbis uoluntatem declarari.
38 *Ex facto iniurioſo contra ſacras imagines puniri quis debet, etſi mala deſit intentio.*
39 *Blaſphemia facti cur impropriè blaſphemia dicatur.*
Blaſphemia linguæ uitium ſignificat.
40 *Vti Euchariſtia, tanquam pane communi, non eſt blaſphemia, ſed ſacrilegium.*
41 *Blaſphemia in ſcriptis etiam conſiſtit.*
42 *Tex. in c. 2. §. ceterum, de offic. ord. lib. 6. refertur, & explicatur.*
43 *Signum Sanctæ Crucis conculcantes, uilipendentes, aut in terram ſculpentes pœna mortis puniendi, & num. ſequen.*
45 *Imagines Dei, & Sanctorum non debent uiolari, deturpari, uel frangi.*
46 *Imagines ſacræ quo cultu adorari debeant, & nu. ſeq.*
48 *Pulchre dictum ad pedes imaginis Crucifixi ponendum.*
49 *Adorationis tres ſpecies.*
50 *B. Virgo Maria, & alię Chriſti res qualiter adorandæ.*
51 *Adorationis perfectæ duplex actus.*
52 *Sancti quomodo, & cur inuocandi, & num. ſequen.*

1 BLaſphemiæ peccatum† varijs poteſt contingere modis, & facilius incurritur, quā vulgò exiſtimatur, vt ex ſecundo Decal. præcepto, Non aſſumes, &c. colligi poteſt. Et primò, cum aliquid mali, quod Dēo non ineſt, nec ineſſe poteſt, expreſsè illi tribuitur, aliquid falſi de eo affirmando, ut ſi quis ſit tam impius, qui dicat, Deum eſſe crudelem, ignauum, proditorem, peccatorem, & ijs ſimilia,

milia, prout in initio præcedẽtis quæſtionis dictum fuit.

2 Vel cum † aliquid boni, quod ineſt, à Deo remouetur, negando de eo, quod eſt verum: v.g. dicendo, Deum non eſſe iuſtum, pium, miſericordem, vel non poſſe facere hoc, uel illud; præſertim quod in ſe eſt factibile. Vel nõ potuiſſe, aut non debuiſſe hoc, vel illud prohibere; uel de hominum caſibus aduerſis, uel proſperis nihil curare; aut neſcire hæc terrena; & his ſimilia, cum eius prouidentia omnia gubernentur.

Sed notandum eſt primò quòd hic blaſphemandi modus conuenit ferè cum ſuperiori, præter negationem, & affirmationem; ille enim affirmatiuè, hic negatiuè concipitur, & affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus, l. ſi mora, ff. de verb. oblig. Nauarr. in Man. præl ud. 7. nu. 6. negatiuus quidem modus ex quodam imperio, & ſuperbia proficiſci videtur.

3 Secundò, ſi negando, vel affirmando quod eſt falſum, expreſsè, & apertè malè Deo quis dixerit; tunc formaliter dicetur blaſphemare; virtualiter autem, ſi occultè maledicat Deo, ut declarauit Franc. Tol. in Sum. lib. 4. cap. 13. nume. 6. Suarez tomo 7. de ſtatu Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 5. nu. 7.

4 Tertiò notandum, ad † huiuſmodi blaſphemiæ genus pertinere non ſolum falſum aliquid de Deo proferre; ſed etiam in dubium reuocare, quæ pertinent ad eius perfectionem, vt, ad omnipotentiam, ſapiẽtiam, iuſtitiam, etc. vt benè aduertit Franc. Suarez d. tract. 3. lib. 1. cap. 4 ſub nume. 8. & conſtat ex illis verbis Pſal. 77. & malè loquuti ſunt de Deo, dixerunt, nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? &c.

5 Secundò blaſphemare † accidit, tribuendo creaturæ, quod ſoli Deo competit, vt dicendo dæmones creaſſe mulieres; Fatum regere omnia; diabolum omnia poſſe; ſi Deus non vult ſuccurrere, ſuccurrat diabolus; Sanctũ diabolum uocare prout Siculi ſolent; maiorem habere poteſtatẽ, quàm Deum; prout Iudæi dixerunt, Chriſtũ in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dæmonia, Matth. c. 12. c. eos qui, 1. q. 1. quod ſapientiſſimè exponit *Illuſtriſs.* Cardin. Bellarm. in explan. Pſalm. 68. verſ. 12. Talis etiam fuit blaſphemia eorum, qui Exodi c. 3. dixerunt: Iſti ſunt Dii tui.

6 Hunc verò blaſphemiæ † modum ſæpè incurrunt effœminati, & laſciui puellarum, & mulierũ amatores, quas cæco amoris libidinoſi, igne inflammati, ita ardenter amant, & ita immodicè laudant, ac prædicant, ut eas non uereantur nominibus quibuſdam appellare, quibus Dei proprium ſignificatur; vt notant Io. Azor. par. Inſtit. moral. lib. 1. cap. 28. q. 3. doctiſſimus Gregor. Sair. in Claui Regia lib. 6. c. 13. nu. 3.

7 Sed notandum eſt; Primò, quod † ſi attribuatur Deo, quod ei non conuenit, dicitur peccare contra bonitatem, & miſericordiam; ſi verò

verò ab eo remoueatur, quod ei conuenit, dicitur peccare contra iuſtitiam. Si autem creaturæ attribuatur, quod illius eſt propriũ, & hoc eſt, ipſam Deum dicere, vt declarat S. Tho. 2.2. q.13. ar.1. ad 3. dicitur contra maieſtatem, Deiq; potentiam peccare, vt notat Arnal. Albertin. de agnoſc. aſſert. Cathol. q.6. num.13. & q.27. nu.1. Et in primo, & tertio laudatur falſitas; in ſecundo verò vituperatur veritas; vt tradit Alex. de Ales in Sum. par.2. q.131. memb.2. & ad dictos tres modos reuocantur, & reducuntur alij modi creaturas blaſphemandi directè, vel indirectè, immediatè, vel mediatè, vt not. Gulielm. Cantarell. var. qq. lib.1. c.28. nu. 191.

Secundò notandum, duobus modis aliquis blaſphemando diuino derogat honori; primò, cũ directè, & ex intentione vult aliquid de Diuina bonitate detrahere, quo quidem modo damnati Deum blaſphemant; ſecundò, cum hoc non intenditur directè; ſed tamen id dicitur, vnde re vera Diuina maieſtas imminuitur, quo ferè modo homines blaſphemare ſolent. Lud. Carb. in Sum. ſum. tomo 3. lib.1. ca.58. verſ. Tertium, circa princ.

Tertiò blaſphemare contin-
8 git, ſi appetitus deteſtetur † Diuina, ſiue fiat in Deum imprecatio, vt qui dicit, maledictus ſit Deus, pereat Deus; vel veniãt illi hæc, vel illa mala, & huiuſmodi: quaſi Deus qui eſt impaſſibilis, inſtar creaturarum, huiuſmodi malis, & imprecationibus ſubijci poſſit, Boer. deciſ.301. Sair. Azor. loc. cit. poſt Bar. in l. item apud Labeonẽ, §. ait prætor, ff. de iniurijs, ubi inquit, omnem maledictionem in Deum, vel Sanctos relatam eſſe blaſphemiam: ita Anton. Sola, ad nouas Sabaud. Conſt. tit. de Blaſphem. gloſ.2. num.4. poſt Socin. conſ.119. num.2. vol.4. Gram. deciſ.50. num.7. & 10. vbi alios adducit. Decian. vt infra c.2. nu.9.

Et hanc eſſe uerã blaſphemiã, tàm in foro conſcientiæ, quàm in foro fori, probat Menoch. de ar-
bitr. caſ.375. nu.19. & ſubdit † ſta- 9
tutum Papienſe 14. in Crimin. ſub rubr. de blaſphemis, procedere etiam in maledicentibus Deo, vel Sanctis; quamuis tales minimè exprimat, vide Proſper Farin. in Praxi, lib.1. tit.3. q.20. num.27. ſicuti etiam ſtatutum, loquẽs de blaſphemante Deum, vel Sãctos, habet locum in dicẽtibus turpia de illis; Angel. & Imol. in l.1. §. his verbis. ff. de hæred. inſtit. Decian. vt infra, c.2.

Vel fiat per modum irridẽtis,
10 iuxta illud Matth. c.27 † vbi Phariſæi videntes Chriſtum crucifixum, prętereuntes blaſphemabãt eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah, qui deſtruis tẽplum Dei, & in triduo illud reædificas; ſalua temetipſum; ſi Filius Dei es, deſcende de Cruce. Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & Senioribus, dicebãt: alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere; ſi Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de Cru

ce, & credimus ei; confidit in Deo, liberet nunc eum, ſi vult: dixit enim, quia filius Dei ſum. Omnia verba hæc irriſionem, & contemptum denotant, & blaſphemiæ appellantur. Tolet. in Sum. lib. 4. c. 13. nume. 6. Decian. tract. Crim. lib. 6 c. 2. num. 11. to. 2.

11 Ex quibus collige, ꝙ ſicut † laus erga Deum tribus potiſſimum fit, uidelicet per modum enunciationis, cum dicimus, Deus eſt omnipotens; per modum deprecationis, ut ſi dicatur: Laudate pueri dominum; & per modum admirationis, prout ſi quis dicat: O quàm bonus es domine; ita blaſphemia iiſdē fieri poteſt modis, nempe, per modum enunciationis, deteſtationis, & irriſionis, vt ſuperius dictum fuit, & notat Lud. Carb. tom. 3. lib. 1. verſ. Quarto notandum.

Quartò, ſi Deo † incarnato tribuitur aliquid verum, & honeſtum, quod ei inſit; ſed tamen irreuerenter, & tanquam quid opprobrioſi, ut dicendo ad corpus, vel ad ſanguinem Chriſti, vel Dei cum aliquo contemptu, ſecundū communem ſententiam; quia
12 † veritas de Deo, vel Chriſto enūciata per contemptum, & contumelioſè, eſt blaſphemia. Azor. d. q. 3. in fi. cum communi. Gregor. Val. tom. 3. diſp. 1. q. 13. p. 1. gloſ. in c. qualis, 25. diſt. Viuius deciſ. 275. num. 3. lib. 2. Suarez d. nu. 8. in fin.

Idcircò rectè infert Claud. Bertaz. in addit. conſ. crim. 553. eius patris, lib. 2. verſ. ex his conſtat, & ſequitur Baiard. in addit. ad Clar. in §. blaſphemia, nume. 4. illum in hoc crimen incidiſse, qui dixe-
13 rat, † *Dio pouerinazzo*; nam licet intellexerit de Chriſto, qui in hoc mundo pauper eſse noluit, & paupertatem, paupereſque dilexit, & amplexatus eſt: attamē, illud uerbum, deſinens in azzo, ut quotidiana uidemus obſeruatione, denotat contemptum. Idem eſt dicendum, ſi quis utatur diminutiuo, uel ſi feminino uocabulo maſculum appellet, aut è contra, per l. ſi ita ſcriptum, ff. de leg. 2. & ea quæ ſcribit Alciat. ad illū text. lib. 2. Parerg. c. 48. ut declarāt Decian. d. ca. 2. nu. 3. & 10. Farin. d. q. 20. nume. 16. Loartes de blaſphe. remed. 8.

Quod extenditur multo magis
14 primò, in nominante † membra ipſius Chriſti pudenda, vti contemptibilia. Tuſchus Card. poſt alios ſup. cit. tom. 1. pract. Cōcluſ. 95. num. 7. lit. B. & multis comprobant rationibus Decian. d. num. 3. & Gulielm. Cantarel. var. qq. lib. 3. c. 38. & in ſeq. q. dicemus.

15 Secundò in † promittente Deo peccatum aliquod in eius honorem facere; quia nō ſolum eſt iniquus in male promittendo, ſed ēt blaſphemus; illud enim magis eſt verbum conuitij, quàm honoris, potiuſque uidetur eſse comminatio, quam promiſſio, ut ſcribit Suarez d. trac. 3. lib. 1. cap. 6. nu. 17. Quare in facto dixi eum blaſphemaſse qui ita uouit; ſi tale adulterium commiſero, ingrediar Religionem; quia referebat illud malum ad tale opus promiſſum, & con-

conſequenter ad Deum;& ſic nō votum, ſed blaſphemia fuerat; vt bene aduertit Greg. à Val. tom. 3. diſp. 6. q. 6. p. 2. qui tamen addit, ꝙ ſi quis non referat vt circumſtantiam vitiantem opus, ſed tanquā conditionem, qua exiſtente & nō aliter, uoueat religionis ingreſsū, maximè ſi ita uoueret in pœnam eius delicti, ualere tunc uotum. Sà in aphoriſ. verb. votum, nu. 4.

16 Quintò affirmando, vel negādo, aut deteſtando aliquid prædictis modis de B. Virgine Maria, de Sanctiſſimis Apoſtolis, & alijs Sanctis; quia cū ſemper blaſphemia tendat propriè in vituperationem, & contumeliam, ſemper etiam falſum eſt, quòd in Sanctis ſit aliquid vituperabile, vel contumelia dignum: ſpernendo etiā non ſolum eos, ſed eorum imagines, reliquias, vel miracula, & ſanctitatem calumniando, vt qui Apoſtolos magos, impoſtores, & alijs impuris nominibus vocant; Deus enim in ipſis Sāctis hoc pacto inhonoratur, & blaſphematur; Vnde ſic dicens, blaſphemus cenſetur, ac ſi contra Deum blaſphemaſſet, vt probatur in c. vlt. de maled. & Apoc. c. 13. verſ. 6. Aperuit, (inquit D. Ioannes) os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitant. D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 1. vbi

17 ſic ſcribit: † Sicut Deus in Sanctis ſuis laudatur, in quantum laudantur opera, quæ Deus in Sāctis ſuis effecit; ita & blaſphemia, quæ cōfertur in Sanctos, in Deum conſequenter tendit, præſertim ſi in Beatiſſimam Virginem Mariam, ita Bar. in Auth. Vt nō lux. contr. natur. Alex. conſi. 233. lib. 6. & tradit Montal. de Serit. Pilati, nu. 3. Plot. tract. de blaſph. nu. 2. ante fi. & nu. 7. vbi teſtatur de communi opinione tam Theologorū, quā Legiſtarum.

18 Facit primò, quia ſicut ſocij, † Senatores Imperatoris gaudent multis priuilegijs Imperatoris, & eſt crimen læſæ Maieſtatis eos offendere, l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. ita & multo magis Sancti, qui ſunt Senatores Dei, debent gaudere Chriſti priuilegijs, & erit crimen læſæ Maieſtatis eos blaſphemare, qui relictis omnib. ſequuti ſunt ipſum Chriſtum, arg. Auth. multo magis, C. de ſacroſ. Eccleſ. iuncta Auth. Gazaros, C. de hæret. & c. quanto, de iudic. & ſcribit Bald. d. conſ. 6. inter conſil. Crim. tomo 2. nu. 9. Hoſt. & Io. de Anan. in d. c. vlt. in princ.

19 Facit ſecundò, quia ſi iniuria † facta vni priuato cenſetur facta omnibus alijs de eius cognatione, aut affinitate, & domo, vel parētela, adeo quod remiſſio, & trāſactio principaliter offenſi nō nocet alij de agnatione, cognatione, & domo, volenti accuſare criminaliter, vt latè probat perquàm doctus D. Plot. tract. de Blaſphe. num. 8. Quanto magis debet cenſeri facta D. O. M. omnis blaſphemia, vel iniuria, quæ corde, aut verbo, vel opere fit contra B. Virginem Mariam, cuius glorioſam Conceptionem hac die, in qua

hæc ſcribo anno 1612. celebramus, aut aliquem Sanctorum, qui ſunt in cœlis Dei gloria fruentes; & pro hoc facit d. Authen. multo magis.

20 Hoc autem eis promiſit † ipſe Saluator Matth. c. 19. in fin. dum inquit; Amen dico vobis, quòd vos, qui ſequuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicātes duodecim Tribus Iſrael: quod etiam habetur Lucæ c. 22. Et ideo idem Saluator, apud eundem Luc. 10. loquens ad Apoſtolos, & Sanctos ſuos inquit; Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit; qui autē me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me; quod etiam repetūt D. Io. 13. & Matth. 10.

Præterea Matthæi cap. 25. circa fin. loquens de iudicio extremo, inquit, quòd tunc dicit Chriſtus: Amen dico vobis, quodcunque feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Ex quibus ſatis apertè colligitur, blaſphemiam in Sanctos, & multo magis in B. Virginem dici, factam in ipſum Saluatorem, & per conſequens in Deum Patrem omnipotentem.

21 Hinc eſt, quòd † ſtatuta omnia Italiæ punientia blaſphemias debent intelligi, non tantū de blaſphemijs in Deum; ſed in Beatiſs. Virginem Mariam, & in Sanctos; quamuis maior pęna eſſet inferēda blaſphemantibus glorioſam Virginem, quàm Sanctos, cum ea grauior ſit blaſphemia, vt infra dicemus; ita tradunt Abb. in cap. vlt. de maledic. not. j. & ibid. Io. de Anan. col. j. in fine.

Aduertas autem pro maiori prędictorum intelligentia, tribus

22 modis † poſſe contumeliā in Sanctum proferri. Primò, expreſsè cogitando ſimul de Deo, & intēdendo honori eius detrahere in Sancto ſuo; & tunc eſt formaliſſima blaſphemia Dei, ut per ſe conſtat; quia non ex ſono verborum, ſed ex ſignificatione, & animi intētione malitiam ſuam deſumit. Secundò poteſt quis cogitare de Sanctorum aliqua expreſſa habitudine ad Deum, ſcilicet peculiaris amici, aut miniſtri eius, uel qd ſimile; & nihilominus voluntariè in Sanctum proferre uerba contumeliæ; & tunc etiam cenſetur iniuria tranſire in Deum, ratione vinculi, quod inter hanc perſonā, & Deum conſideratur; etiamſi hoc formaliter non intendatur. Tertiò, fieri poteſt, ut cogitatio de Sancto non ſit expreſsè reſpectiua in ordine ad Deum; ſed ſolum de illa excellentia ſanctitatis, in qua talis reſpectus fūdatur, & tunc etiam indirectè participare videtur eandem malitiā; quia ad hanc ſufficit uoluntas talis obiecti, quod de ſe cedit in opprobrium Dei; ut explicat Suarez tomo de ſtatu Relig. tract. 3. lib. j. ca. 5. num. 6. ſed re uera credo, blaſphemantem Sanctos rarò dictas cogitationes, & intentiones habere, ſed communiter talia proferre uerba ad explendum ſuum inordina-

ordina-

ordinatum affectum, & ut ſuo ſatisfaciat furori.

23 Sextò eodem modo aliæ† res ſacræ blaſphemantur, quatenus ſunt diuinitus inſtitutæ, ut infamando Chriſti Sacramenta ſacrum Euangelium, & huiuſmodi, c. cum caput, 33. q. 5. vel impijs vocibus talia irridendo, contemnendo, & abijciendo, vel ſignificãdo aliquid falſi circa res ſacras; detrahitur enim Diuinæ gloriæ, ex D. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 1. ad 2. Extẽditur primò, ſi quis dicat aliquid iniurioſè in Chriſtianam fidem, vt de quodam Iudæo ſcribit Couar. in c. quamuis pactum, par. j. §. 7. num. 9. contra quem conſuluit Socin. ſen. conſi. 119. lib. 4. & referunt D. Menoch. de arbitr. caſu 375. num. 16. & Farin. d. q. 20. nu. 40. vbi refert etiam de alio Iudęo, qui dixit, fidem Chriſtianorum eſſe fidem caninam, vt per Albertin. de agnoſc. aſſert. Cath. q. 6. nume. 23. & ratio eſt; quia, licet in verbis nulla fiat mentio Dei, vel Chriſti, aut Sanctorum, attamen, quia fides Chriſtiani eſt in Chriſto, iniuria dicitur illata ipſi Chriſto, ut ibi per Socin. & Couar. Se-

24 cundò, extenditur † in blaſphemãtẽ Papam, vel Cardinales, Epiſcopos, Sacerdotes, vel religioſos modo prædicto. Frater Matthęus Corradon. in Speculo Confeſſor. in 2. præcep. Vnde Prax. Archiep. Neapol. ca. 8. nu. 8. refert quendã laicum propter uerba prolata in contemptum Eccleſiæ, & Sacerdotum fuiſſe publicè fuſtigatũ de ordine dictæ Curię. Qui enim bona fide Deum colit, amat, colitque & Sacerdotes, inquit Statius Papinius, lib. 5. Siluarum, & refert Simanc. de Cath. inſt. tit. 8. num. 14. in fine.

25 Septimò blaſphematur† maledicendo creaturis, quatenus creaturæ Dei ſunt, & opera manuum eius, & ſic habita ratione ad Deũ, ex c. ſi igitur, 24. q. 3. & eſt cõmunis ſententia Theologorum, Caſſan. conſ. 1. ubi docet, locuſtas, quæ anno 1538. deuaſtarunt multas regiones in Italia, non eſſe execrandas, ſiue maledicendas; quia blaſphemia foret: ſecus verò eſſet, ſi quis maledicendo creaturis, uti per ſe iam creatis, non intẽderet illis maledicere; niſi quatenus eis offenſionem afferunt, ut ſi deambulando pedem impingentes in lapidem maledicãt ſimpliciter lapidi offendenti; aut ſentientes uentum frigidum, moleſtum maledicerent uento, uel patientes aliquas tentationes maledicerent diabolo; uel homini ſolicitanti, aut diei, menſi, uel anno, & huiuſmodi; erit enim tunc verbum otioſum, & uanum, & peccatum ueniale tantum. Lud. Lopez in inſtr. conſc. par. j. cap. 51. Coron. Azor. Tolet. & alij ſupra cit. Sair. in Claui d. lib. 6. c. 13. nu. 3. Caſſan. d. conſ. 1. maximè num. 54. & ſeq. Maſchar. de probat. concluſ. 195. num. 7. Lud. Carb. in ſum. tom. 3. lib. j. c. 59. verſ. ſeptimũ, qui ſubdit, vbi aliquid eſt occaſio mali ſpiritualis, poſſumus ei maledicere, ſiue illud abominari; qua ratione B. Iob, ut aliqui uolunt, diei natiuitatis

uitatis ſuæ maledixit.

Ex prædictis autem concludo iuxta communem ſacrorũ Theologorum,ac Canoniſtarum,& Legiſtarum opinionem, de qua teſtatur Plotus tract. de blaſphem.
26 nume.2.quòd blaſphemia † ꝓpriè loquendo,committitur,& eſt,dicendo contra Deum, vel Sacratiſſimam Virginem matrem Mariam,aut Sanctum, vel Sanctam, vel res ſacras, uerbum perperam dictum, aut contumelioſum, opprobrioſum, iniurioſum, turpe, obſcęnum,maledicum,ſeu maledictum,ſceleratum,inhoneſtum, vel vituperoſum, indignum, uel falſum,pudibundum, uel in contemptum, in deſpectum, in uilipendium,aut paruipendium, deriſionem, conuitium,uel iniuriã, vt ſupra.

27 Et omnes Canones,† & Leges ciuiles, Statuta, Conſtitutiones, Proclamata, & Ordines, quibus pœna imponitur contra blaſphemos,vel pro blaſphemia, cenſentur loqui in quolibet caſu, quo vnum ex prædictis uerbis fuerit dictum;nec eſt aliqua differentia inter blaſphemare, & maledicere, ſeu aliquod ex præmiſſis verbis proferre,vt ſupra,ita cum Bar. Bald. Alex.Angel.Socin.& communi rectè tradit Io.Baptiſt.Plot. loco citato.

28 A qua communi † opinione nullus Chriſtianus, & verus Dei cultor, & amator debet recedere in conſulendo,diſputando, & iudicando,ac decidendo,c.ne innitaris,de Conſt.præſertim, cũ hæc opinio faueat Religioni diuinæ, ac pietati erga Deum, ac B.Virg. & Sanctos, & conſulat ſaluti animarum: nam conſtat ſummam eſſe rationem, quæ pro religione facit,l.ſunt perſonæ,in fi.ff.de Relig.& ſumpt. funer.

29 Et hæc omnia probari † poſſunt ex Rubr.iuncto cap.fin. de maledic.in quo quidem cap. fit mẽtio de pœna contra blaſphematores, & tamen Rubrica eſt de maledicis,& non de blaſphematoribus, ad denotandum, quòd blaſphemare,& maledicere, uel aliud verbum inhoneſtum, ut ſupra diximus,eſt idemmet, quòd blaſphemare,etiam propriè loquendo, & ita arguit Io.de Anan. in d.cap.fi. num.17.in fine.

30 Hic tamen notandum venit,† quòd blaſphemia non hominibus; ſed Deo propriè, & Sanctis infertur, vt communis loquendi vſus comprobat; quare ſtatuta blaſphemantes punientia,non extenduntur ad blaſphemantes homines,ſed Deum, Sanctos, & res ſacras, iuxta ſuperius declarata, prout teſtantur Iulius Clarus in praxi,§.blaſphemia, in principio. Proſper Farinac. d.q.20. num.24. Maſchard.de probat.concluſ.195. num.4.

31 Octauò,non tantum † verbis, ſed facto blaſphemia committi uidetur,arg.à contrario ſenſu in l. non contrahit.ff.ad leg.Iul.maieſtat.& facit Sacra Scriptura,lib.2. Eſdræ,cap.9.ibi:Cum feciſſent ſibi vitulum conflatilem, & dixiſſent iſte eſt Deus tuus; ſubiungitur,

tur, fecerũtque blaſphemias magnas. & habetur D. Matth. ca. 27. Blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah, &c. & multa adducit argumenta Suarez tomo de ſtatu Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 4. num. 3. & expreſsè tenent Plot. tract. de blaſph. num. 5. Alph. de Caſtro, in primo lib. de iuſta heret. punit. cap. 12. & Graff. in Praxi, lib. 1. cap. 10. ſub nu. 42. vbi pro indubitato credit, ſic blaſphemantes comprehendi in caſu reſeruato.

32 Quare ſacras † Dei, Chriſti, B. Virginis Mariæ, vel Sanctorum Imagines, aut Crucem ſanctam, qui ſeriò, ſiue dedita opera, & ex induſtria lædit, fœdando, inſpuendo, percutiendo, frangendo, lacerando, in terram proijciendo, aut ſacras reliquias ſpernendo, ſimileſque actus nefarios peragendo, etiam abſque aliquibus uerbis, dicitur blaſphemare, & incidit in crimen blaſphemiæ, & læſæ maieſtatis diuinæ ſecundum Montal. de ſentent. Pilati, num. 6. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 2. num. 15. tomo 2. Cordub. in quæſtionar. lib. 1. q. 17. §. 15. not. 3. Graff. in praxi, lib. 1. cap. 10. ſub nume. 4. Plot. tract. de blaſph. nu. 5. ubi multos citat. Iodoc. in praxi, c. 61. num. 25.

Idcirco etiam dixit Alex. conſ. 233. num. 6. uolum. 6. quod Iudęi
33 † in Sacris Biblijs, uerba, quę Chriſto conuenire poſſunt, aut ipſius Chriſti, uel Sanctorum eius imagines abradentes; ſic & ornatè procedentes, & tripudiantes in die Veneris ſanctæ hebdomadæ, dicuntur blaſphemare, Soc. conſ. 102. circa med. volum. 1. Decian. loco citato. Vnde in dubium reuocandum non uidetur, quin factis blaſphement ſcelerati illi, qui ludendo pecunias amittentes, ſacras Chriſti Saluatoris noſtri, uel Beatæ Mariæ ſemper Virginis, aut Sanctorum imagines percutiunt, & pugionibus transfigere
34 non uerentur, ut ter † impius quidam Mediolani perpetrare auſus fuit; quippe, qui ſacram Chriſti imaginem in muro depictam pugione transfixit, dicens; Vtinam Chriſte potuiſſem ita te in matris utero transfigere; quibus quidem uerbis, & facinore horrẽdo, ita Dei concitauit iram, ut ex illa ſacræ imaginis ſciſſura, per pugionem facta, miraculosè uiuus efflu xerit ſãguis, & ſceleratus ille propriã ingreſſus domũ, ſtatim illius ruina oppreſſus in infernũ ad condignas luendas tanto ſceleri pœnas coniectus fuit; ita referunt Caſſan. conſi. 1. num. 69. Menoch. de arbitr. caſu 376. nu. 5. Decian. d. lib. 6. cap. 2. ſub nu. 16.

35 De alio, qui amiſſa pecunia † in ludo, Eccleſiam ingreſſus cultro conſcidit faciem Venerandę imaginis B. Virginis Mariæ, ac Saluatoris, quem ipſa in bracchijs tenebat, ſcribunt Vincent. de Franch. 3. parte, deciſ. 504. nume. 3. & ſeq. & Petr. Cabal. in reſol. Crim. caſu 91. nume. 1. et plura alia narrat exempla Reuerendiſs. D. Marcus Anton. Genuenſ. in ſua utiliſſima Praxi Archiepiſcopali Neapol. capit. 18. præſertim in annot. nu. 17.

De

De his ſane rectè inquit Apoſtol. ad Timoth.cap.1. Confitentur,ſe noſſe Deum, factis autem negāt.

36 Tales verò † ſunt puniendi, ut blaſphemi;ita expreſsè tenent Io. de Anan.in cap.2.de maled.nu.9. Angel. in l. ſi ex Senatu, de ſicar. & in diſputat.ſua,incipienti,In re fulgenti deliciarum,vbi dicit,nullam eſſe differentiam,an quis linguæ,uel facto blaſphemet; ſequitur Afflict.in Conſt. Blaſphemantibus,num.9.

37 Imò maius crimen † eſſe facto, quàm ore tantum blaſphemare, tradunt Crau.conſi.6.nume.3.& ſeq.vol.1.Menoch.de arbitr.d.caſu 376.& confirmatur ex decreto nouarum Mediol.Dominij Cōſt. titu.de pœnis.§.ſeuerè puniendi, vbi ore blaſphemantes pęna pecuniaria plectuntur,facto autem blaſphemantes corporali, ibi: ſacras aūt.& prædictos eſſe regulariter vehementer ſuſpectos de hęreſi,circa ſacrarum imaginum venerationē, probè ſcribit Auctor dictæ Praxis Archiepiſc.capit.28. num.11. & 17. nihil enim refert, factis, uel uerbis uoluntatem declarari,cum factis ſicuti uerbis animus declaretur,l.Paulus reſpōdit ff.rem rat.haberi.

38 Quinimò, etſi † mala abſit intentio,attamen ex facto iniurioſo contra ſacras imagines puniri qs debet,prout definitur in cap.2. in fine,de offic. ordin. lib.6. de illis Canonicis, qui vt ulciſcerentur iniurias ſibi à dięceſanis illatas, ponebant Crucem,& uenerādas imagines inter urticas, & ſpinas.

39 Aduertendum verò eſt, † talē facti blaſphemiam, quam Tolet. in Sum.lib.4.c.13.in fine,impietatē uocat, impropriè dici blaſphemiam, cum blaſphemia exteriori in loquutione propriè conſiſtat, & in peccatis oris numeretur, ut ex D.Thoma,Alenſi,Nauarra,loco cit. probant Franc. Suarez tomo de ſtatu Relig.trac.3.lib.1.c.4. nume.4. Paul. Comit. in reſponſ. moral. lib.4. q.9. cap.1.in fine, & patet ex communi uſu, ex quo ſumi debet uocum ſignificatio,blaſphemia etenim linguæ uitium ſignificat.

Nec obſtant Scripturæ loci ſuperius adducti; quia ibi etſi tribui uideatur nomen blaſphemiæ facto; attamen non ratione facti; ſed uerbi adiuncti ſit, ut exponit Suarez ubi ſupra,qui dicit, licet

40 † blaſphemia ſit verbo dicere Euchariſtiam eſſe communem panem; & idem uideatur facto id ſignificare,ponendo illam in mēſa communi; in re enim uidetur iniuria eiuſdem rationis; attamē, hoc non ad blaſphemiam, ſed ad ſacrilegium pertinere demōſtrat. Eſt ſanè uerum,vt ipſe ſubiungit, blaſphemiam exteriorem non ſolum in uerbo prolato, ſed etiam

41 † in uerbo ſcripto cōſiſtere; quia verbum ſcriptum,tàm expreſſam habet ſignificationem,quàm prolatum,& loco illius ſubſtituitur; & ita de utroque uerbo dicitur de Senacharib lib.2.Paralip.c.32. ibi: Alia multi locuti ſunt ſerui eius contra Dominum Deū.Epiſtolas quoq; ſcripſit plenas blaſ-

phemiæ

phemiæ in Dominum Deum Iſrael, & locutus eſt aduerſus eum, & vtramque blaſphemiam exprimit in definitione blaſphemiæ, Nauar. in Man. cap. 12. nume. 81. quam in præcedenti quæſt. in initio retulimus.

42 Colligitur quoque ex d. c. 2. † §. ceterum, de offic. ord. lib. ſexto, quòd prædicta facere, nõ dicitur propriè blaſphemare; nam ibi Greg. X. non blaſphemiam, ſed horrendam indeuotionem appellat, dicendo; Ceterum deteſtabilem abuſum horrendę indeuotionis illorum, qui Crucis, B. Virginis Mariæ, aliorumque Sanctorũ imagines, ſeu ſtatuas irreuerenti auſu tractantes, eas in aggrauationem ceſſationis huiuſmodi proſternunt in terram, & vrticis, ſpiniſque ſupponunt, penitus reprobantes, aliquid tale fieri de cetero diſtrictius prohibemus; ſtatuẽtes, ut in eos, qui contra fecerint, ultrix procedat dura ſententia, quæ delinquentes ſic puniat grauiter, ut alios à ſimilium præſumptione compeſcat. Hæc ibi.

43 Ex quo textu pro † corollario notandum eſt, ſignum ſanctæ Crucis, in qua pepẽdit Saluator mundi, & Redemptor, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, debere honorari; & conculcans illud, uel de ea aliter faciens in uilipendium, debet morti adiudicari, & ultimo ſupplicio tradi; & ita conſuluit Bart. conſ. 6. incip. Mulier ſtriga, num. 8. verſ. item confitetur, ubi concludit, quandam mulierem, quæ dedita opera cõfecerat Crucem ex paleis, ut illam pedibus conculcaret, prout fecit, debere ultimo affici ſupplicio, per tex. in

44 l. 1. C. nemini liceat ſignum † Saluatoris Chriſti humo, uel in ſilice, uel in marmore humi poſitis inſculpere, aut pingere, quod à Theodoſio, & Valentin. Impp. ſub pœna grauiſſima, id eſt mortis, ut exponunt ibi Gloſſ. & Salicet. præcipitur, per quem tex. ipſe Salic. loc. cit. exclamat contra Religioſos, qui permittunt ſuper lapidibus ſepulchrorum, ſculpi ſignum ſanctæ Crucis.

Ex eodem textu cap. 2. §. ceterum, in uerbo, Sanctorum imagines, & ſtatuas, colligo cum Ioan. Bapt. Ploto, tract. de blaſph num.

45 quinto, in fin. quod imagines, † & ſtatuæ Dei, & Crucifixi, uel Beatæ Virginis Mariæ, vel Sanctorũ, aut Sanctarum non debent uiolari, nec vituperari, nec deturpari, nec frangi, ita ex S. Greg. Papa, ad Seuerum Epiſcopum Maſſilienſem, habetur in cap. perlatum, de conſecr. diſt. 3. Et quamuis Felix quidam hæreticus, & Leo Tertius Imperator, & Ioãnes Vvicleſ, ac Martinus Lutherus prolapſi fuerint in hæreſim, deleri faciendo Dei, ac Sanctorum imagines: in omnibus tamen Sacroſanctis Catholicis, & Generalibus Concilijs condemnati fuere, & in eis ſãcitum fuit, imagines, ac ſtatuas, picturasque Dei, B. Virgin. ac Sanctorum permanere debere, ut refert Domin. Soto, tit. de iuſt. & iu. quæſt. 4. de præceptis Decalogi, ar. 2. & ſolenn. author Vualdẽſis,

tomo 5.de Sacram.cap.150.

46 Sed hic aduertendum, dictas † imagines ad memoriam,& recordationem eorum,quos repręſentant,debere venerari, ſed ipſis nō eſt ſeruiendum cultu *Diuino*, d. c.perlatum,c.venerabiles, de conſec.diſt.3. Quocirca ſi adorentur cultu *Deo* debito, hoc eſt adoratione latriæ, quæ ſoli *Deo* debetur, ac ſi Numē in ipſis Diuinum inſit, eſt idololatriæ impietas, q̄ à Deo prohibetur tanquam nefandum crimen,primo præcepto contrarium; & ob id ſimul dicitur, non facies tibi ſculptile,neq; adorabis ea, ideſt non facies, ut tanquam Deum adores, & hoc modo intelligendus eſt textus S. Gregorij ad Seuerum Epiſcopū Maſſilienſem,relatus in d.c.perlatum, vbi laudat dictum Seuerū, quòd imagines adorare vetuerit, inſimulare autem videtur, quòd illas fregerit;adorabantur enim à Maſſilienſibus tāquam *Dij*; ideò munus erat Epiſcopi,docere,non ita fore adorandas, frangere autē nequaquā, vt rectè declarat Sot. loc.cit.circa fin.

47 Vbi verò adorentur † ea conſideratione,quatenus in illis Deus ipſe, & Sancti repręſentant; ſunt enim imagines,ſtatuæ,& picturæ Dei,B.Virginis,& Sanctorū quędam vulgarium ſcripturæ, Diuos ipſos in memoriam reuocantes; tum vt ipſos de ſuis claris geſtis veneremur; tum etiam, ut nos ipſos eorum exēplis informemus; & hac ratione ſunt adorandæ, & venerandæ; Aliàs adoratio ſine vlla ad Sanctos ipſos relatione, vel expreſſa, vel tacita, & ſine reſpectu, quòd repręſentent ipſos Sanctos,vel ipſum Deum, illicita eſt, ca.venerabiles, de conſ.diſt.3. *D*.Tho.3.par.q.25.ar.1.Sot.loc.citato,Nauar.in Man.c.2.nume.32. Corrad.in reſp.caſ.conſc.par.2.q.15. Synod. Nicęna ſexta, vbi habentur hi duo verſiculi,nempè:

Nam Deus eſt,quod imago docet, ſed non Deus ipſa
Hanc uideas,ſed mente colas,quod cernis in ipſa.

48 Quare ad pedes † ſacræ Imaginis D.N.Ieſu Chriſti,filij *Dei* omnipotentis poteſt hoc pulchrè dictum exſcribi;

Chriſtum non iſtum;ſed Chriſtum adoro per iſtum.

Vel hæc duo carmina,quæ refert Plot.loc.cit.nu.6.in fin.& ſunt ex D.Aug. de viſit. infirmorum, lib. 2.c.3.tom.9.

Nec Deus eſt,nec homo, præſens quam cerno figura;
Sed Deus eſt & homo, quem ſignat ſacra figura.

49 Aduertendum quoque eſt primo tres eſſe adorationis † ſpecies, quarum prima eſt Latria, quæ,vt ſupra diximus, ſoli Deo debetur, necnō Saluatori noſtro Chriſto, & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, d.ca. venerabiles; Concil.Trid.ſeſſ.13. cap.5.& ibid. Can.6. Secunda eſt *Dulia*, quæ eminentioribus perſonis tribuitur,qua Angeli,& reliquiæ Sanctorum adorātur. Tertia eſt hyperdulia, quæ exhibetur creaturis, quæ ſpecialem ad *Deū* habent affinitatem, qua B. Virgo

† Maria.

50 † Maria, ratione filij adoratur, ratione autem ſui Dulia, nunquam tamen Latria; Quæ quidem ſanctæ Cruci exhibenda eſt, inquantum repreſentat Chriſtũ, in quantum verò eſt res Chriſti, adoratur hyperdulia. Idem dicas de alijs rebus Chriſti, vt, lãcea, ſpinis, clauis, flagellis, nempe veris, non de alijs ex alia materia factis, cum nõ ſint ſigna, uel imagines, quæ Chriſtũ referant; quis crux, etiam ex alia quacunque materia facta, cũ ſemper nobis Chriſtum referat, ac repræſentet, Latriæ cultu ſit adoranda, ex D. Thom. 2.2.q.103.ar.3.& par.3.q.25.art.3. Bonau. in 3. ſent. diſt.9.ar.1.q.2 Tolet. in Sum. lib.1. c.1.num.4. Gregor. Sair. in Claui lib.4.c.3.num.5.& ſeqq. Io. Baptiſta Corrad. in reſp. caſ. cõſc. par.2. q.14 Azor. par.1. Inſt. moral. lib.9. cap.16.q.2. Illuſtriſſimus Cardin. Bellarmin. contr.3. de imag. lib.2. c.3. tomo 2.

Secundò aduertendum eſt, 51 adorationis perfectæ † duos eſſe actus, vnus interior, & alter exterior, primus eſt deuotio mentis, alter humiliatio corporis; & vterque actus eſt neceſſarius ad completum Dei cultum; Adoratio quidem principaliter conſiſtit in actibus internis; & licet actus externi, quibus adoratur Deus, Sancti, & ſacræ imagines, poſſint eſſe ijdem; actus tamen interni ſunt lõgè diuerſi; nã flectimus genua Chriſto Domino, recognoſcẽdo ipſum eſſe uerum Deum, Saluatorem, & Redemptorem mundi. Flectimus genua Sãctis, recognoſcendo, ipſos Dei amicos, & interceſſores noſtros. Flectimus genua Papæ, recognoſcendo, illum eſſe miniſtrum, & Vicariũ Chriſti in terris. D. Tho. vbi ſupra, Catan. in Sum. verb. Adoratio, §.3.

Tertiò ex Illuſtr. Card. Bellar. Controu. tom.2. de beatit. Sanct. 52 lib.1.c.17. tres perſonæ † poſſunt conſiderari, dum oramus Deum, prima ipſius Dei, à quo beneficia poſcimus, altera Chriſti, per cuius merita ea cupimus nobis dari; ideò ĩ ſingulis Collectis ſolet Eccleſia concludere per Chriſtum Dominum noſtrum; tertia perſõna eius, qui petit beneficia ꝑ Chriſtum; hæc conuenit Sanctis, cum nihil ab eis petamus, niſi ut intercedant apud Deum, quo nobis Chriſti meritum applicatur, ut per Chriſtum gratiam, & gloriã conſequamur.

53 Nec vllo modo dicendum † eſt ſuperuacaneum eſſe Sanctorum patrocinium, & inuocationẽ, eo quòd ſine interprete precibus occurrat; quia, ut bene reſpondet D. Aug. Multa Deus non concedit, niſi mediatoris, ac deprecatoris opera, & officium acceſſerit; ſic etiam notat R. admodum D. Dominic. Anfoſ. in ſuo eleganti, ac perutili tract. de reliq. ſanct. in præfat. ſub num.48.

QVÆSTIO III.

Permultis vulgaribus blaſphemijs examinatis grauiores maioresve indicantur.

SVMMARIVM.

1 *Dicere iurando ad corpus, aut ad ſanguin. Dei, quando ſit blaſphemia, uſque ad num. 11.*

Cap. ſi quis per capillum, 22. quæſt. 1. declaratur.

2 *Hæreſis eſt Anthropomorphitarum aſſerentium Deum habere membra.*

3 *Dicere (por uida de Dios) an ſit blaſphemia.*

4 *Communis loquendi uſus uidetur confundere uerba (al corpo di Dio) & (al corpo di Chriſto) & nu. ſeqq.*

6 *Dicentes, ad corpus, ad ſanguin. Dei, ferè ſemper peccant mortaliter.*

Dicere aduertenter uerba ad blaſphemiam pertinentia, mortale eſt peccatum.

8 *Dicentes ad corpus, aut ad ſanguinem Dei, de eorum intentione interrogandi.*

9 *Vera dicere de Deo, aut Chriſto irriſoriè, aut cum indignatione, blaſphemia eſt.*

10 *Opinio P. Suarez circa uerba (al corpo di Dio) uti probabilior, amplectitur ab auctore.*

Boſſ. in tit. de inquiſit. num. 130. declaratur.

11 *Iurans per membra Chriſti, quando dicatur in contemptum talia proferre uerba.*

12 *Blaſphemia non uidetur dicere (può far Dio) aut (poſſanza di Dio) declaratur nu. 14. in fin.*

13 *Communis loquendi uſus poteſt interpretari uerba dubia, ut non ſonent in blaſphemiam.*

14 *Ex communi uſu ſumenda eſt uocum ſignificatio.*

Communis loquendi uſus uerborum proprietati præfertur.

Dicere, ad conſpectum Dei, an ſit blaſphemia.

15 *Verba generalia, quæ poſſunt inducere blaſphemiam, uel non, ut interpretanda, & nu. ſeq.*

16 *Dicere (al diſpetto di quel becco, che mi ſoſtiene al mondo) non uidetur blaſphemia.*

17 *In generali prolatione nō uidetur quis comprehendere uoluiſſe ea, quæ proferenti eſſent penalia.*

In generali obligatione non ueniunt prohibita.

18 *Ex perſonæ qualitate dicta ſunt ponderanda, quod exemplo cuiuſdam Iudæi comprobatur.*

19 *De malo uerbo, & malo homine, non debet preſumi, niſi malum.*

Dicens (Dio becco diauolo) uti blaſphemator in utroque foro puniendus.

20 *Communis uſus, ſiue patriæ generalis conſuetudo blaſphemandi, in utroq; foro minimè excuſat.*

Praui

Pravi uſus non ſunt fouendi.

21 Conſuetudo, uel metus non excuſat à pęna, nec à peccato in ijs, quæ ſunt de ſe mala.

22 Dicere, nec ét Deus hoc facere poteſt, quando blaſphemia, uſque ad nu. 27

23 An blaſphemauerit Iudæus, dicendo, (non lo potrebbe far Iddio, ch'io haueſſi cambiato queſto pegno.)

24 Blaſphemia eſt omne, quod in contumeliam Creatoris, uel Sanctorum eius profertur.

25 In blaſphemia conſideratur non ueritas circa rem, ſed modus, & affectus loquentis.

Impotentia aliqua non eſt ex parte Dei; ſed aliquando ex parte rei.

26 Factibilia non ſunt, quæ implicant contradictionem.

Deus cuncta, uti præſentia, ab æterno proſpicit, teſte D. Seuerino Boet.

Facta infecta à Deo effici non poſſe, cur non arguat in eo impotentiam.

27 B. Seuerinus Boetius S. Dionyſio comparatur, qui abſciſſo capite præ manibus illud portauit, & ſacra percepit.

28 Dicere (al diſpetto) vel (al corpo, che non uoglio dir di Dio) an ſit blaſphemia.

Proteſtatio contraria facto non releuat.

29 Dicens alicui, tu mentiris, ſaluo honore tuo, an dicatur iniuriam inferre.

30 Negatio in medio propoſitionis poſita propoſitionem efficit negatiuam.

31 Proteſtatio contraria facto quando iuuet.

32 Dicere (mal habbia non dico Iddio) an ſit blaſphemia.

33 Verba, quæ blaſphemiæ aſſimilantur dicere ex conſuetudine, quando ſint uerę blaſphemiæ.

Dicentes (al diſpetto di D. bacco, put. di Zio, & ſimilia) quando uerè blaſphement, & nu. ſeqq.

34 Ad ignem ſępe approximans quandoque ab eo comburitur.

35 Affectus cum principio facti facto æquiparatur; & idem iudicium ſit, quod de facto ipſo.

Eadem plectitur pœna, qui actum delicto proximum facit, ac ſi delictum conſumpſiſſet.

36 Proferentes blaſphemias non integraliter, an debeant puniri pœna ordin. blaſphemiæ.

Dicere (al diſpetto di Di) an ſit blaſphemia.

37 In crimine læſæ Maieſtatis ex ſolo tractatu quis punitur.

38 Dicere, ad deſpectum Virg. non addendo Marię, uel ad deſpectum della noſtra Donna, an ſit blaſphemia, & nu. ſeqq.

Quilibet poteſt ſua uerba ambigua interpretari.

39 Verba tàm in fauorabilibus, quàm in odioſis debent intelligi in potentiori, & nobiliori ſignificatione.

40 Appellatione dominii in dubio intelligitur de directo, & non utili.

41 Ex communi loquendi uſu, dicendo, noſtra Donna, la Madona, ſemper intelligitur de B.V.M.

42 Dicere (non piaccia à Dio) quando blaſphemiam importet; & quando inter enormes connumeretur, nu. 43

44 Diuinam ueritatem humanæ æquiparantes, ut affirmando, hoc eſt ita uerum, ſicut Euang. blaſphemare dicuntur, quod uti uerum firmatur, nu. 45. & declaratur nu. 46.

Veritates noſtras lubricas in ſempiternis.

nis ueritatibus conferre, maxima eſt ſuperbia ſub num. 41.

47 *Salomonis locus Prouer. 30. exponitur, nec reprobatur glo. Bernar. & Accurſii.*

Salomon, licèt ſapientiſſimus, ignorauit tamen prorſus Incarnationis myſterium.

48 *Iurare per falſos Deos, eſt blaſphemia, ſic & iurare per creaturam, ut creatura eſt.*

49 *Iurare uerum per falſos Deos, an grauius ſit peccatum, quàm iurare falſum per uerum Deum, & nu. ſeq.*

Blaſphemia eſt maius peccatum, quàm periurium.

51 *Blaſphemiæ omnes an ſint eiuſdem ſpeciei, & num. ſeqq.*

52 *Blaſphemiæ hæreticales differunt ſpecie ab alijs, non tamen inter ſe, num. ſeq.*

54 *Quibus modis una blaſphemia ſit alia grauior, & explicantur earum gradus, num. 57. & 58.*

Blaſphemiarum gradus.

55 *Atrocior eſt blaſphemia in ore Prælati, Clerici, uel Religioſi, quā laici.*

56 *Lingua Sacerdotum eſt clauis aurea, qua infernus clauditur, cælum reſeratur, conſcientiæ illuminantur, et conſecratur Deus.*

Nugæ clericorum blaſphemiæ dicuntur.

Sacerdotum ratio intelligentia, & claritate abundat, propter eorum, quæ tractant magnificentiam.

59 *Blaſphemia, quæ omnium leuiſſima cenſetur.*

60 *In conuicio contra Sanctum prolato, duæ reperiuntur malitiæ.*

61 *Malitia blaſphemiæ, quomodo explicanda in confeſſione.*

VLgaria quædā blaſphemiæ verba, quæ à nonnullis impijs ſæpè proferuntur, præter ea, quæ in alijs quæſtionibus examinata fuerunt, in præſenti ex vſu expendenda propoſuimus: & in primis. Nunquid
1 blaſphemia † ſit dicere iurando, vel aliquid affirmādo, per, vel ad corpus, aut ſanguinem, caput, vel alia Dei membra? Reſpond. cū Deus huiuſmodi membra non habeat, ſed ſpiritus ſit, Ioan. cap. 4. Spiritus autem nec carnem, nec oſſa habeat, conſequenter ſic dicentes tribuant Deo, quod ei nō conuenit, blaſphemi poſſe appellari videntur, vt in c. ſi quis, 22. q. 1. apertè ſupponit Pius Papa, dicens; ſi quis per capillum Dei, vel caput iurauerit, uel alio modo blaſphemia contra Deum vſus fuerit, &c. & ibi Arch. infert, ꝙ ideo prohibita ſunt huiuſmodi iuramenta, ne incurramus hære-
2 ſim † Anthropomorphitarum, qui tenebant, Deum habere mēbra, vt in cap. quidam, 24. q. 3. & blaſphemiam eſſe, latè probat Albertin. de agnoſc. Cathol. aſſert. q. 27. num. 24. & ſeqq. Hinc dicit Couar. in d. cap. quamuis, de pactis, lib. 6. par. 1. §. 7. à nume. 9. per legē
3 Hiſpaniæ verba hæc, *Por † uida de Dios*, eſſe connumerata inter blaſphemias. Et poſſe Inquiſitores procedere contra blaſphemātes per membra Dei, tenet Albertin. d. q. 27. nu. 36.

Contrarium tamen verius videtur

detur

detur, & communiter receptum à Theologis, ea potiſſimum ratione; quia poſtquam Verbum caro factum eſt, Deus habet corpus, ſanguinem, & alias humani cor-
4 poris partes; & hodie † communis loquendi vſus videtur confundere iſta verba, *al corpo di Dio*, & *al corpo di Chriſto*, cum etiam Chriſtus Deus ſit; vnde ſi quis id dicat de Chriſto, cum veritate, iuſtitia, & iudicio, eſt iuramentum, & licitum; vel veniale, ſi aliqua parua adſit irreuerentia, ex Caiet. Ang. Syluestro, & communi Summiſt. in verbo, blaſphemia, Nau. in Manual. cap. 12. num. 85. Lel. Zecch. in Sum. Moral. par. 2. c. 25. num. 3. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 2. num. 13. vide aureum conſ. Bar. nempe conſ. 7. editum poſt eiuſdem tract. vbi additio Io. Baptiſtæ Ziletti.

Quocirca infert Decian. loco
5 cit. cap. 5. num. 3. qui ita † diceret, *al corpo di Dio*, non eſſet puniēdus, vti verus blaſphemus; nam dato, quòd huiuſmodi verba ex ſui natura blaſphemiam importarent, cum tamen non ſint ita nota vnicuique, & aperta, vt blaſphemiā importent, communis loquendi vſus excuſat à blaſphemia, & conſequenter à pena; licet communis vſus blaſphemandi in vtroq; foro minimè excuſet, vt infra declarabimus.

Quod procedit præſertim, cū quis ita diceret, nō ſolum animo iurandi, ſed per quādam indignationem, & animo iniurioſo, & cōcitato non in Deum; ſed in quēpiam alium.

6 Animaduertendum verò eſt, † quòd ſic dicentes ferè ſemper ob irreuerentiam peccant mortaliter, ſecundum Tolet. in Sum. lib. 4. c. 13. poſt Nau. in Man. c. 12. nu. 85. quicquid dicat Caiet. in Sum. verb. blaſphemia. Quinimò quādo aliquis plenè animaduertit, verba aliqua ptinere ad blaſphemiam, nec abſtinet ab illis, ſemper eſt mortalis culpa, ex ſententia D. Th. 2. 2 q. 13. ar. 3. ad 3. Greg. à Val. 3. diſp. q. 13.

7 Eſſet autem blaſphemia † primo, quando ſic proferentes haberent ſenſum erroneum; nempe, quòd Deus nō incarnatus habeat corpus, ſanguinem, vel caput, &c. ſecundum omnes; quia attribueretur Deo incorporeo corpus; & tales dicerentur hæretici ſaltem materialiter. Hoc tamen nullus ferè intendit regulariter, uel cogitat.

8 Propterea ſic dicentes † videñt quòd ſint interrogandi, ut declarent, an cum talia verba protulerunt, intellexerint Deum non incarnatum, vel Chriſtum; quia ſi de Chriſto, vel de nemine cogitaſſe, dixerit, prout poteſt eſſe veriſimile in calore iracundiæ, iuxta l. quicquid calore. ff. de reg. iur. & illud Catonis,

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

tunc hmōi declarationi ſtandum erit, etiam in exteriori foro, per tex. in l. ſi quis intentione ambig. ff. de iudic. & ita cōcludit Franc. Vegius lib. primo, conſi. 48. in fi.

Secun-

Secundò iurando, talia verba, &ſi de Chriſto intelligat, in contemptum, uel per modum ſpernentis dicerent, quod procedit in iurante, uel ſic nominante membra Chriſti; nam † vera dicere de
9 Deo, aut Chriſto irriſoriè, aut cũ indignatione, blaſphemia eſt, ſi irriſio, aut indignatio ad Deum ſpectet. Gregor. à Valent. cum communi tomo 3. diſp. 1. quæſt. 1. p. 1. Tolet. d. capit. 13. Boer. deciſ. 301. nu. 14. D. Menoch. de arbitr. Caſu 375. num. 17. Decian. d. capit. 5. num 7. Farin. d. q. 20. nume. 20. & 21. in fin. vbi teſtatur de communi, Io. Royas de hæret. par. ſecũda, num. 179. Suarez tom. 7. de ſta. relig. tract. 3. lib. 1. cap. 6. num. 11. vbi
10 ita inquit, † quando abſque forma iuramenti per modum iniuriæ, & indignationis aliquis dicit, ad corpus Dei, vulgo, *cuerpo de Dios*, mihi videtur in rigore blaſphemia grauis, niſi per inaduertentiam excuſetur; quia eſt uerbum contumeliæ, & contemptus in Deũ, cujus quidem opinionẽ uti magis probabilem, nos libenter amplectimur; eo magis, quia plerique blaſphematores habent hæc uerba pro blaſphemia, & ut tales confiteri ſolent, prout teſtari nos poſſumus, qui per ſeptennium Pœnitentiarij deputati officio fungimur, & ſic intelligenda arbitror tradita per Albertin. de agnoſc. aſſert. d. num. 34. & ſeqq. Et ſic declarandus eſt Boſſ. in tit. de inquiſ. nu. 130. verſ. ſed ſi quis iurat; vbi indiſtinctè tenuit, quòd iurans per membra Dei, uel Chriſti, debeat puniri pęna vltimi ſupplicij: nam eius opinio eſt nimis dura, & contra communem; propterea diſtinguendum eſt vt ſupra, nempè, ſi verba in iniuriam, et contumeliam, ſeu contemptum dicta fuerint, an ſimplex fuerit iuramentum aſſertorium; nam primo caſu, vtique tãquam blaſphemus eſſet puniendus; in ſecundo autem, non ſolet puniri in foro ſęculari, neque etiam eccleſiaſtico, niſi falſum iuraret, ut notat Decian. in d. c. 2. nu. 14. in fin.

11 Dicitur aũt in contemptum, † primò: ſi iuratur per membra pudenda D. N. Ieſu Chriſti, vel ſanctiſſimæ eius Matris, uel aliorum Sanctorum, uel Sanctarum: tunc enim dicitur blaſphemare, cum fiant iuramenta ſcelerata, Guliel. Bened. 3. p. de homi. q. vni. nu. 49. Hoſt. in d. cap. 2. num. 1. Plot. trac. de blaſph. ſub num. 2. circa fi. Nec abeſt mortale peccatum, etiamſi iocandi gratia id fiat. Secundò, ſi iuratur etiam per membra honeſta in actu illicito, uel cũ ira, aut extra actum illicitum, ſed ſine propoſito & irreuerenter: quandoquidem hoc non eſt mẽbra in teſtimonium afferre, ſed uituperijs Chriſtum ſordidare, ex Soto, de iuſt. lib. 8. q. 2. ar. 3. & Nauar. in Man. cap. 12. num. 85. Sylueſt. Couar. & alijs ſupra citatis. Boer deciſ. 301. num. 14. ubi inquit; quòd tunc dicere ad corpus, uel ſanguinem Chriſti eſt blaſphemia, ac ſi diceretur, ad corpus Dei; quæ ipſe parificat, ſic tenet Io. de Anan. in c. nonnullis, de Iudęis, col. pen.

quem

quem ſequitur Foſſan. deciſ. 141. num. 3. vide Farin. d. q. 20. nu. 21.
12 Secundò, an blaſphemiam importent verba illa, *Può far Dio*, aut *Poſſanza di Dio*, & videntur ſonare in blaſphemiam, quaſi præ ſe ferant: quid poteſt Deus facere; ego eo inuito hoc faciam; & ſic videtur proferens detrahere Dei potentię; attamen contrariũ mihi probabilius videtur, niſi quis eo proferat animo Dei potentiæ detrahendi; tum quia talia uerba regulariter proferuntur per modũ admirantis rem inſperatam: tum quia ex communi loquendi uſu talia uerba pro blaſphemia non
13 habentur; & † communis loquẽdi uſus poteſt interpretari uerba dubia, ut non ſonent in blaſphemiam; ſed recipiant aliam ſignificationem, Decian. d. lib. 6. c. 5. nu. 3. in fine, Maſchard. de probation. concluſ. 194. num. 3. Ex commu-
14 ni enim † vſu ſumenda eſt vocum ſignificatio, Suarez tom. 7. de ſtatu Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 4. nu. 3. Quare talis communis loquendi vſus præfertur proprietati uerborum, Felin. in prooem. Decret. nu. 3. & 5. Philip. Maſſin. ad l. 1. C. de eden. ſub nu. 51. & optimè faciunt tradita ſupra, num. 5. Sic etiam dicere, *al coſpetto di Dio*, in rigore verborum, & attento communi loquendi uſu, non dicitur blaſphemia; niſi in Dei contemptum, & iniuriam quis; talia proferat uerba, quæ uidentur ex quadam prouenire ſuperbia.
15 Quibus adde, ꝙ ſi quis ꝓferret † verba generalia, quę poſſent inducere blaſphemiam, & non inducere, amplectendus eſſet ſenſus ille, per quem non induceretur, & eſſet excuſandus; quod uenit notandum. Ita in puncto conſuluit Corn. conſ. 181. vol. 1. Alex. conſil. 233. nume. 14 lib. 6. quia verba in dubio ita ſunt interpretanda, ut non ſonent in delictum, uel ſaltẽ in minus. Boſſ. tit. de mandato, nu. 49. Io. Royas de hæret. par. 1. num. 200. & ſeq. poſt Gloſs. & Scrib. in l. 1. C. de his quib. ut indign. D. Polyd. Ripa, de act. in mor. art. ca. 69. num. 2.

Vnde Franc. Vegius Papienſ. conſ. 48. conſuluit mulierem inquiſitam, quod protulerit verba,
16 † *Al diſpetto di quel becco, che mi tiene*, aut, *ſoſtiene al mondo*, non poſſe dici blaſphemaſſe Deum; tum ꝗa huiuſmodi uerba generalia ſunt apta comprehendere etiam homines, & ſic alios, quàm Deum, & Sanctos, patet; quia homines, qui alteri præſtant alimenta; dicuntur alimentatum ſuſtinere, & manu tenere uiuum in hoc mundo; ſicuti è contra denegando alimenta dicuntur necare, l. necare
17 vr̃, ff. de lib. agnoſc. tum quia † in generali uerborum prolatione quis non vr̃ voluiſse comprehendere ea, quorum prolatio ipſi proferenti eſſet pęnalis, uel prohibita. Bart. in l. codicillis, §. inſtituto. ff. de leg. 2. facit tex. in l. obligatione ff. de pignor. ubi in generali obligatione non ueniunt prohibita; & in term. blaſphemię Alex. cõſi. 233. incip. Ponderatis, col. 5. lib. 6. facit Bar. ĩ l. turpia, ĩ prin. ff. đ leg. 1.

Hoc tamen declarandum eſt, niſi qualitas perſonę proferentis, locus, tempus aliud ſuaderēt; nā
18 † ex perſonis hominum, prſertim dicta ſunt penſanda, l. 1. C. ſi quis Imper. maledix. Decian. d. c. 5. nu. 15. Ripa, in l. fin. C. de reuoc. don. num... D. Philip. Maſſin. ad l. 1. C. de eden. num. 52. prout in caſu, quem refert Hoſt. in ſum. tit. de iudic. §. & in quib. circa fin. de quodam Iudæo, qui faciens computa cum vno Chriſtiano, iratus dixit, potius vellem eſſe ſuſpēſus, ſicut ille, attollens manum verſus Crucem, quàm reddere aliū computum; cum verò eſſet accuſatus de his verbis in opprobriū Crucifixi prolatis, ſe excuſabat, ꝙ non dixiſſet illa verba de Ieſu Crucifixo: ſed de quodam latrone, qui ſuſpenſus erat extra portā ciuitatis in eamet regione Septētrionali, in qua etiam Crucifixus erat poſitus: nihilominus fuit cōdemnatus, quia erat Iudęus, & de
19 † malo verbo, & malo homine non debet præſumi, niſi malum, vt per eundem Hoſt. ibi, quem ſequitur Felin. in c. auditis, ſub nu. 53. de præſcript. Decian. d. c. 2. nu. 10. & lib. 9. cap. 34. num. 6. tom. 2.

Hinc in facti contingentia inferebam illum, qui dixit, *Dio becco, diauolo,* in vtroque foro vti blaſphematorem eſſe puniendum; quia etſi verbum illud iniurioſū poſſet referri ad diabolum; attamen, quia ipſe erat ſolitus atroces proferre blaſphemias ad Deum referenda, dictis rationibus affirmaui; Contra verò mihi videbatur dicendum in caſu illius viri, qui multis detētis negotijs dixit, *è manco male, ch'io uada a meſſa;* quāuis enim videret ex verbis inferre, quòd malum eſſet ad ſacrum accedere; attento nihilominus communi vſu loquendi, & honeſtæ perſonæ qualitatibus prout dicebatur, non erat præſumendū, talem virum eam prauam habuiſſe intentionem; nec conſequenter de reliqua hæreſi ſuſpectum fuiſſe.

Animaduertendum quidē eſt, ꝙ licet communis loquendi vſus poſſit dubia interpretari verba, vt non ſonent in blaſphemiam, prout ſupra dictum fuit: attamen vbi verba de ſui natura manifeſtè inducant blaſphemiam, neque
20 aliter excuſari poſſint, † communis vſus, ſiue generalis conſuetudo patriæ blaſphemandi in vtroque foro non excuſat, tum, quia eſt abuſus, & praui vſus non ſunt fouendi, glo. in §. ad hoc, in Auth. vt nulli iudic. tum quia, vt tradit Innoc. in c. ſanè, de offic. ord. quē ſequitur Bald. in l. de quibus. ff. de legib. tum, quia conſuetudo,
21 ſiue † communis vſus, non ſic & metus non excuſat à pęna, nec à peccato in ijs, quæ ſunt de ſe mala, & excuſari non poſſunt, vt hoc, quod de ſe eſt immane ſcelus; ita in terminis tenent Iaſ. in l. 3. §. iurari, nu. 16. in fi. ff. de iureiur. Petra ſancta ſing. 83. Clar. in §. blaſphemia, nume. 7. Menoch. de arbitr. caſu 375. num. 34. Decian. d. cap. 5. num. 4. Azor. par. 1. Inſt. mor. lib. 9. cap. 28. q. 17. Farinac. d. q. 20. num. 44.

44. cum ſeq. Io. Baptiſta Corrad. in reſp.caſ.conſc.q.189. par.1.

22 Tertiò, an dicere, † *Ne anco Dio lo può far*, aut, *Non lo potrebbe far Iddio*, ſit blaſphemia, & videtur dicendum quod non, vbi ſubiecta materia ſit de ijs, quæ fieri nō poſſunt; ſecus verò, ſi ſit de ijs, quę fieri poſſunt; quia in hoc caſu per hæc verba abnegatur Dei potentia, contra primum fidei Symbolum; ita diſtinguunt D. Menoch. de arbitr.caſu 375.num.5. & Decian.d.lib.6.c.2.num.6.

Hinc concludunt Menoch. &
23 Decian.ibid. non blaſphemaſſe † Hebręum, qui dixerat, *Non lo potrebbe far Dio, ch'io haueſſi cambiato queſto pegno;* ſi verum erat, vt ſupponit, & certò ſciebat Hebræus, quòd ipſe non permutauerat pignus illud; quia verba erant prolata ſuper facto, quòd nec ipſe Deus poſſet facere, quod eſſet factum, cum non eſſet factum, vt dicitur in c.ſi Paulus, 32.q.5. de virgine ſemel corrupta, & tradit Tiraq.de iure conſtit.par.1.lim.7. num.6.& 7.& pro dicto Hebræo conſuluit Alex.conſ.15.vol.3.& dicta ratione excuſandus videbatur à blaſphemia ruſticus, qui faciens computa cum hero ſuo, dixit, Deus facere non poſſet, quòd eſſem debitor tot operarum, de quo per Farinac. in Praxi, libro 1. tit... q.20.nu.48. quia ruſticus verè nō erat debitor tot operarum.

Ego tamen probabilius arbitror, quod ſcribit Claud. Bertaz. in addit.conſ.crim.eius patris, cōſil.553.lib.2.nempe, prædicta verba, blaſphemias eſſe in ſuo gene-
24 re, ea ratione; quia cum † blaſphemia ſit omne, quod in contumeliā Creatoris, vel Sāctorum eius profertur, vt ex D.Thom. cōmuniter recept. ſupra dictum eſt, in præcedenti quæſt. ſic dicens, præſertim ex aliquo contemptu, uel indignatione, non addit Dei potentiam, ſed rei impoſſibilitatem, ſiue impotentiam contumelioſè in Deum conijcit, & illam contēdit eſſe teſtem ſuæ opinionis, quod eſt grauis irreuerentia, & nefanda execratio, & blaſphemia; & ſic proferenti contra Deum, & eius potētiam, dici poteſt quod habetur Iob c.15.circa fin. Tetendit aduerſus Deum linguam ſuam, & contra omnipotētem roboratus eſt; Alioquin liceret etiam dicere, inuito Deo, rem non fuiſſe permutatam; quia verè, eo inuito, res facta non poteſt eſſe nō facta; Con-
25 ſideratur † ergo non veritas circa rem, ſed modus, & affectus loquētis; & ideò aduerſus prædictum Iudæum rectè conſuluit Socin. conſ.102.vol.1.vbi uoluit, ſic dicentem puniendum pœna blaſphemantibus debita; quicquid dicat Decian.loc.cit.

Nec verum eſt, quòd ex parte Dei ſit aliqua impotētia, vel Deus priuetur aliquo; quia apud Deū omnia poſſibilia, Matth. & Marc. ca.10. Quòd ſi facta non poſſunt eſſe non facta, illud euenit non defectu ſui; ſed defectu paſſiuæ rei, quæ huiuſmodi eſt, ut fieri ne-
26 queat; nam factibilia † non ſunt, quę implicant contradictionem,

vt rectè docet D. Tho. part. 1. q. 3. art. 25. & D. Auguſt. lib. 26. contra Fauſtum c. 5. ait: ſi dicis, Deus nõ eſt omnipotens; quia quæ facta ſunt, non poteſt facere, quin facta fuerint, &c. impiè quidem loqueris, dum rei impotentiã in Deum conijcis, qui eſt omnipotens, & ſummæ, ac infinitæ poteſtatis, vide Theolog. lib. 1. ſent. diſtin. 42. pulchrè Bald. in l. eam quam, de fideicommiſſis, verſ. circa quintum.

Accedit, quòd cum Deus ab æterno cuncta proſpiciat, ſintque ei omnia præſentia, quoad illum non conſideratur prǽteritum, vel futurum, ut egregiè explicat do-
27 ctiſſimus D. Seuerinus † Boetius, quem Illuſtriſſimus Card. Baronius Annal. tomo 7. anno 526. num. 17. magno illo Areopagitæ Athenienſi D. Dionyſio, non tantum peritia literarum, ſed genere mortis, & miraculi operatione, iure prædicat comparandum; nam ait, cum Ticini regius ſpiculator lethale vulnus ei intuliſſet, & vtraque manu diſſectum caput ſuſtinuiſſet, interrogatus à quonam percuſſus fuiſſet, ab impijs reſpondit; atque ita cum in vicinũ templum veniſſet, & flexis genibus ante altare ſacra percepiſſet, poſt paululum expirauit, cuius corpus in Eccleſia Sancti Petri in cœlo aureo, uel Sancti Auguſtini nuncupata, requieſcit, eiuſque feſtum celebratur decimo Idus Nouembris, is, inquam, *D.* Boetius de Conſolat. lib. 5. metro. 2. ita ſcribit.

Puro clarum lumine Phœbum
Melliflui canit oris Homerus;
Qui tamen intima uiſcera terrę
Non ualet, aut pelagi radiorum
Infirma prorumpere luce;
Haud ſic magni conditor orbis,
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ mole reſiſtunt
Non nox atris nubibus obſtat,
Quæ ſint, quæ fuerint, ueniantque
Vno mentis cernit iniectu.
Quem, quia reſpicit omnia ſolus,
Verum poſſis dicere ſolem.

Quartò occurrit quæſtio, an verba illa, quę ab aliquibus frequenter uſurpari ſolent, nempe,
28 † *Al diſpetto, che non vò dir di Dio; Al corpo*, vel, *putana che non voglio dir di Dio*, aut, *al diſpetto, che non vò dir di S. Paolo*, & ſimilia, ſint inter blaſphemias connumeranda; & uidetur affirmatiuè eſſe reſpondendum, prout expreſsè tenet Io. Baptiſta Plotus, in tractatu de blaſphemia, num. 17. ea potiſſimum ratione; quia proteſtatio, ſiue negatio eſt contraria facto, quę non releuat, cap. ſollicitudinem, de appell. cap. olim, de cenſib. nõ enim intentionem facto contrariam arguit, ut notat Nauarr. conſ. 7. de temp. ordin. nu. 7. Quare dicens
29 † alicui (tu mentiris, ſaluo honore tuo) vel (ſalua reuerentia tua) dicitur inferre iniuriam, ita Bart. in l. ſi quis extraneus, in princip. ff. de acquir. hær. Alberic. de Roſate, in 2. par. ſtatut. q. 42. ſed quid ſi aliquis dixit (tu mentiris ſaluo honore tuo) *D.* Abb. in c. cum T. de re iudic. *D.* Iaſon, in l. ut uim, colum. pen. in fine, num. 37. uerſi. & ta-

& tamen, dicere alicui, tu mentiris, & ibi Dec. Bartol. in l. itē apud Labeonē, §. ait prætor, ff. de iniur.

Sed in rigore verborum contrarium uerius eſſe arbitror; quia
30 †cum negatio in medio propoſitionis ponatur, propoſitionem efficit negatiuam, arg. cap. 1. de offic. deleg. lib. 6. & l. 3. C. quibus ad libertatem proclam. non licet; & optimè cōfirmari poteſt ex regula illa philoſ. quòd negatio poſita ante verbum, regulariter inducit propoſitionem negatiuam.
31 Et licet videatur proteſtatio † contraria facto, attamen eſt proteſtatio animi declaratiua, quæ operatur, vt actus dubij conſequentes intelligantur ſecundum illā, iuxta omnes, in cap. cum M. de conſtit. l. nō ſolum §. morte, ff. de oper noui nunc. Nauar. conſi. 34. de Regul. Graff. conſi. 1. num. 10. de Regul. D. Menoch. de arbitr. caſu 86. nu. 9. ubi dicit, declarationi expreſſæ potius ſtari, quam facto contrario, in his, quæ ab animo noſtro pendent.

Verum quidem eſt, ut bene tradit Graf. in Praxi, lib. 1. c. 10. nu. 72.
32 proferentes verba, † *mal habbia non dico Iddio*, grauiter eſſe arguendos, cum ſine culpa huiuſmodi verba proferri nequeant; imò verè blaſphemarent, vbi malitioſè ſic dicerent ad occultandā ſuam prauam blaſphemandi intentionem, ut infra latius ſub nume. 34. declarabimus.

Quintò dubitatur, an dicens
33 ex conſuetudine † aliqua verba, quę blaſphemię aſſimilantur, v.g. *per il corpo de dieci, ò diera*, aut, *al ſangue, ò puttana di Dio bacco*, vel, *al diſpetto di Chriſtoforo*, aut, *della Vergine Giouana*, vel, *puttana di Zio*, & ſimilia turpia, incidat in blaſphemiam? Reſpondet Iacob. Ramirez tract. de cuſtod. linguæ, cap. 3. in fine, talem non blaſphemare; ſed malè facere: nam ſicuti, inq̄t,
34 qui † ſe ad ignē ſæpe approximat, quandoque ab eo comburitur; ita etiam, qui ex conſuetudine huiuſmodi profert verba, aliquādo verè blaſphemat. Quare ſubdit, ratione periculi, cui ſe exponit, non eſt laudabile, talem prauum habere vſum; accedit, quia audientes nō ſemper percipiunt quod profertur, & ſcandalizantur, putantes blaſphemari. Hæc ille.

Quibus addo, quòd blaſphemare conſuetus, puta luſor, ſi in prædicta verba prorumpit, ferè ſemper blaſphemat, ut ſingulariter tradunt Petr. Gerard. ſing. 83. nume. 2. incip. de mente Papienſ. Maſchard. de probat. concl. 194. nu. 12. quinimò ſemper blaſphemare dicendum eſt, ubi ad ſuam occultandam malitiam, & prauā blaſphemandi conſuetudinē, uel ad euitandas pœnas doloſè adiungat dicta verba, *bacco*, *foro*, & ſimilia, aut mutet dicendo, *Zio*, vel *dieci*, vel dicat, *al diſpetto di Dio, non dico del uero*; aut, *al diſpetto di Chriſto di legno*.
35 Tum quia affectus, † ſiue animus, cum principio facti, facto æquiparatur, & idem de eo iudiciū fit, quòd de facto ipſo, l. ſi quis ſer

uo

vo alieno,de furt.l.1.iuncta gloſſ. & ibi Bart. & Alex. in addit. tum quia in atrocioribus eadem pęna plectitur, qui actum delicto proximum facit,ac ſi delictum perpetraſſet; Bald.in l.ſi quis nō dicam rapere,de epiſco. & cler.nume.5. Felin.in tract. quādo conatus puniatur,vel non,num.1.& 2.D.Philippus Maſſinius in Rubr.C. de eden.num.82.verſ.tertio idem.

Quæ profectò confirmari poſſunt, & probè ex adductis per Io. Baptiſtam Plot. tracta. de blaſph. num.12.vbi tenet,proferentes bla-
36 ſphemias † non integraliter, verbi gratia,dicendo, *al diſpetto di Di*, & non expreſſerunt,o, aut dicendo, *Renego Di*, non finiendo *Dio*, vel ad deſpectum Virginis *Ma*,nō perficiendo malum ſermonem proferendo Mariæ,debere puniri pœnis ordinarijs blaſphemiæ, dicta ratione; quia in atrocioribus punitur ſolus conatus,ſeu principium mali faciendi,etiam non ſecuto effectu, d.l. ſi quis nō dicam rapere,C.de epiſ.& cler.& l.is qui cum telo, C.ad leg.Cornel.de ſicar.Conſtat enim de mēte, & voluntate proferentis talia verba, ꝙ volebat blaſphemare, ex quo deuenit ad actum blaſphemię, valde proximum, incipiendo prædicta uerba; licet ea non perfecerit, quæ ſanè mala uoluntas ſufficit, vt pœna blaſphemiæ ordinaria puniatur,arg. cap.excommunicamus,§.credentes,de hæret. Bal.in in d.l.ſi quis non dicam rapere.

37 Et cum in crimine † læſæ maieſtatis humanæ quis incidat in illud, ſola ordinatione, & tractatu, & puniatur affectus, etiamſi non ſequatur effectus, tex.& Doctor. communiter, in l. quiſquis, C.ad legem Iul.maieſt. quanto magis incidere debet in crimē læſæ maieſtatis Diuinæ, & ſic in pęnam blaſphemiæ,qui incepit dicta uerba;licet ea non perfecerit,cū longè grauius ſit,æternam, quā temporalem lædere maieſtatem, Authent.Gazaros,C.de hæret.

Et facit,quòd de iure is qui cū telo ambulauerit, uel cuius dolo malo factum erit commiſſum, punitur pœna legis Corneliæ de ſicarijs,quę eſt canonizata in cap. quiſquis cum militibus,de pęnit. diſt.1.eadem enim ſeueritate uoluntatem ſceleris, quo effectum, puniri iura uoluerunt;& in cap.ſi quis cum telo,de pęnit. diſt.1.

38 Sextò quæritur, aliqs impius † dixit, *putana vergine*, nec ſubdit Maria,aut dixit,*al diſpetto della vergine*,nec protulit Mariæ,vel dixit, *al diſpetto della noſtra donna*, an dicatur per præmiſſa verba blaſphemaſſe,an verò excuſari debeat eo prætextu, quòd dicat intellexiſſe de aliqua virgine, uel donna, uel madona,ſiue ſignora in hoc mundo uiuente,non ſancta; & non de Sacratiſſima Virgine Maria, matre D.N.Ieſu Chriſti; quia quilibet poteſt uerba ſua ambigua in ſui fauorem interpretari, l.ſi quis intentione ambigua, ff de iudic. & quilibet præſumitur bonus; & verba,actus,& geſta debent in dubio interpretari in bonā partem, l.merito,ff.pro ſocio.

Attamen

Attamen reſpondeo cũ Plot. loco cit.nu.13.ſic proferentẽ cenſeri,& dici blaſphemum; & ratio eſt;quia appellatione Virginis, & Donna,& Madonna,ac Dominę, & Signora, intelligitur in dubio de excellentiori, & ſic de Sacratiſſima Virgine Maria,tanquam excellentiori,& nõ de alia; maximè vbi adiũgeretur, noſtra;illa enim dictio operatur, quòd magis clarè fuit intellectum de Beatiſſima Virgine Maria, quæ eſt omnium Aduocata noſtra,ut cantat Eccleſia in Antiphona Salue Regina, dum inquit; Eia ergo Aduocata noſtra.

39 Tum quia † verba tàm in fauorabilibus, quàm in odioſis, ſemꝑ debent intelligi in potentiori, & nobiliori ſignificatu, Gratus conſil.9. incip. Inuocato Diuino ſuffragio facti ſpeciem ſubijciam nume.27.volum.1. per tex. in cap. ſi quem,de ſenten.excom.& glo.in l.minor 25. annis, in §. ſi ſeruus, uerſ.ſupererit,ff.de euict.& tex.in cap.ſi pater,de teſtam. lib.6. iũcta doctrina Bartoli,in l.1.C.ſi plures una ſent.condem.fuerint.

Vnde cum dicitur(ius) intelligitur Romanorum, non autem ius municipale, puta Mediolani, Papiæ,Cremonæ,& ſimilium; ſic cum dicimus Poetam, apud Græcos, intelligitur egregius Homerus; & apud nos doctiſſimus Virgilius Mantuanus,per excellẽtiã, & Antonomaſiam, text. in §. ſed ius quidem ciuile, verſ. ſed quoties non addimus; Inſt.de iur.nat. gent.& ciuili.

40 Ita etiam † appellatione Dominij, in dubio intelligitur de directo,& non de utili, l.1.§. ſi in perpetuum ff.ſi ager vectig. uel emphyt.pet. ubi tex. gloſ.& Doct. & Iaſ.in l.fin.num.12. C.de ſacroſan. eccleſ.concludunt, uerbum, Dominium,ſimpliciter prolatum intelligi debere de directo,& ſic de potentiori, iuxta ſuperius notata per Gratum d.conſ.9.

Tum,quia ex regula generali, in omni materia tàm fauorabili, quàm odioſa,& pœnali,uerba debent intelligi ſecundum communem loquendi uſum, qui potius attenditur, quàm propria uerborum ſignificatio,l.liberorum.§.ꝙ tamen Caſſius. ff.de legat.3. Barr. & Doct. in Rubr. ff.de oper.noui nunc. Lanfr. Orianus in c.quoniã contra falſam, in gloſs. uerbo, teſtium depoſitiones,num.176.uerſ ſic.quæritur,in fine, de probatio. Dom. Menoch.noſter conſi. 709. numero16. & conſilio 566. num. ſeptimo.

41 Ex communi aũt loquẽdi uſu † ſic dicimus Noſtra Donna,la Vergine,la Madonna, & Galli dicũt, Noſtra Dãma, Hiſpani uerò, Noſtra Signora; & ſemper intelligitur de B.Virgine Maria, Dei matre, ergo qui præmiſſa uerba dixit, etiamſi non expreſſerit nomẽ Virginis Mariæ, debet cenſeri blaſphemus,& puniri,ut benè cõcludit Plot.loco cit. & confirmatur ex decreto Excellentiſs. Dominij Mediolani Senatus,qui cõdemnauit, ultra pœnam ordinariam,quendam Valentinum, qui dixit

dixit, *al diſpetto della noſtra Donna*, in duobus ictibus eculei in publico dãdis, vt patet in eius ordinib. in noua addit. mihi fol. 19. Addo, quòd dicere talia verba, ſicuti ẽt proferre, *al diſpetto di Di*, & ſimilia, eſt res mali exempli, & ſcandali, quę infert malam proferentis voluntatem, & iuxta c. excommunicamus, §. credentes, de hæret. pœna ordinaria blaſphemiæ puniendam; argum. l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, aut amatoriũ poculum dant; etſi dolo non faciãt; attamen, quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in inſulam, amiſſa parte bonorum, relegãtur, ff. de pœnis.

42 Septimò, an blaſphemia ſit † dicere, *non piaccia à Dio?* & reſpondetur affirmatiuè ſi talis imprecatio ſit circa bonum aliquod, ut ſi quis dicat; Diſpliceat Deo, quod ego remittam vnquam hanc iniuriã Franciſco, uel diſpliceat Deo, quod unquam indebitè per me ablatum reſtituam, uel concubinam iſtam relinquam, & ſimilia; ſecus verò ſi diſplicentiam Dei in malis imprecaretur, ut dicẽdo; Diſpliceat Deo, ut fęnus exerceam: uel nõ placeat Deo, me unquam inimicum occidere, uel furari, aut adulterium committere, & huiuſmodi; quia certè neque eſſet blaſphemia, neque turpe dictum, ſecundum communem.

43 Vbi uerò † talia uerba proferrentur, ut bonum, & benefacta, uel facienda Deo diſplicerent, inter execrãdas blaſphemias eſſent connumeranda, ſecundum Couar. in cap. quamuis, par. 1. §. 7. nu. 9. & D. Menoch. de arbitr. caſu 375 num. 11. Decian. d. cap. 2. nu. 8. Bertaz. loc. cit. vbi benè ſubiungit, blaſphemiam quoque eſſe, ſi quis per uerba affirmatiua diceret, Placeat Deo, ut fenus exerceã, & ſimilia. Optimè huc faciũt tradita per Suarez tom. de ſtatu Relig. trac. 3. lib. 1. c. 6. nu. 17.

44 Octauò, An diuinam † ueritatẽ humanæ æquiparantes, ut affirmando dicere, hoc eſt tam uerũ, quàm eſt uerum, Chriſtũ natum eſſe ex Maria Virgine; uel quàm eſt uerum Euangelium, & his ſimilia, incurrant blaſphemiæ peccatum. Sot. lib. 8. de iuſt. & iure, q. 2. art. 3. dicit hanc iurandi formã non longè diſtare à blaſphemia; ſed proximè ad eam accedere; & maximam ſuperbiam eſſe, coercẽdamque arrogantiam, ſubdit uelle, noſtras ueritates lubricas, ac fluxas conferre cum ſempiternis illis ueritatibus, omnium ueritatum fontibus. Zecch. uerò tract. de caſib. reſeru. in princ. & Tolet. in Sum. lib. 4. cap. 13. tenent, ſic dicentes peccare mortaliter, ſi irreuerentia accedat, ac etiam blaſphemiam incurrere, ubi falſum dixerint; & tunc quoque grauiſſimum committere periuriũ. Sed

45 mihi uidetur uerius, quod ſentiunt Claud. Bertaz. in addit. d. cõſil. 553. & Suarez tomo de ſtatu Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 6. num. 12. nempè talia uerba etiam ſine periurio ad blaſphemiam pertinere; & ratio eſt; quia comparatio illa multum

multum derogare uidetur Diuinæ bonitati, & ueritati; nam per illã tribuitur humanæ ueritati tãta infallibilitas, & certitudo, quãta eſt in Diuina, & ita tribuit creaturę id, quod eſt proprium creatoris; quod certè in rigore uerborũ ad blaſphemiæ crimen ſpectat.

46 Etſi uerum quidem ſit † hoc multum pendere ex loquentium intentione, qui ſæpe loquuntur per exaggerationem, & non intẽdunt facere omnimodam æquiparationem, uel intendunt aliam ſignificationem, cuius illa uerba ſunt capacia, ut optimè aduertit Suarez loco cit.

Attamen in dicta præſertim uerba, nempè, Hoc eſt ita uerum, uti Chriſtus natus eſt de Maria Virgine, Chriſtianum os prolabi, mirum in modum dedecet; ſuppoſita etiam dicta intentione, ob uenerationem, maximè tanti myſterij, nempè Incarnationis D.N. Ieſu Chriſti, de quo Iſaias dixit: Ecce Virgo concipiet, &c. Quod

47 quidem altiſſimum ſecretum † Salomon tanta ſcientia, & ſapientia præditus omninò ignorauit, ut ipſemet Prou. c. 30. confeſſus eſt, dicens; Tria mihi ſunt difficilia, & quartum penitus ignoro,

Viam Aquilæ in cælo.
Viam colubri ſuper petram.
Viam nauis in medio maris.
Viam viri in adoleſcentula.

Et iſtud quartum, ut dicit Nicol. de Lira ibi, & approbatur ab alijs Doctoribus, debet legi adoleſcentula, quod eſt uirgo; nã Salomon, tunc loquebatur de dicto Incarnationis myſterio, ſibi prorſus ignoto; Hebræus enim textus habet uiam uiri in aalma, pro quo intelligitur dictum myſterium Incarnationis; & iſte uidetur uerior intellectus, & litera, ut poſt alios tradit Auctor Repert. Inqſ. in uerbo, Via. Non eſt tamen reprobandus Bernard. in gloſ. cap. ex ſtudijs, de præſump. & Accurſ. in Inſt. de iuſt. & iu. in gloſ. incip. nota contra conſtantiam, &c. ubi allegarunt dictam auctoritatem, dicentes, uiam uiri in adoleſcentiam, quæ plerunque iuuenes auertit.

48 Nonò, an iurare † per falſos Deos, ſit blaſphemia? reſpondeo cum Sot. & Suarez loco cit. nu. 13. affirmatiuè, ſicuti etiam iurare per creaturam, ut creatura eſt; tũ quia per tale iuramentum tribuitur creaturæ, uel idolo; quod eſt proprium ueri Dei, hoc autem blaſphemia eſt; tum quia illud iuramentum eſt contrarium confeſſioni fidei; nam per illud in actu exercito confitetur, qui iurat, aliquid aliud eſſe primam ueritatem in teſtificando, pręter uerum Deum, ergo eſt blaſphemia. Graſ. in Praxi, lib. 1. c. 10. nu. 56.

49 Sed obijci põt, grauius ergo † erit peccatum iurare uerum per falſos Deos, quam iurare falſum per uerum Deum; quia blaſphemia maius peccatum eſt, quàm periurium, ut ſentit D. Thom. d. q. 13. art. 2. ad 2. & docet expreſsè ar. 3. ad 2. afferens gloſſ. ſuper ad Epheſ. 4. & tradit apertè D. Aug. lib. contra mendac. cap. 19. dicẽs;

Ideò peius eſt blaſphemare, quã peierare, quoniam peierando falſæ rei adhibetur teſtis *Deus*, blaſphemando autem de ipſo dicuntur Deo; ſed conſequens eſt falſum; nam idem Auguſt. epi. 154. ad Publicol. & habetur in capit. mouet, 22. quæſt. 1. dicit, Sine vlla dubitatione minus malum eſt per falſos Deos veraciter iurare, quam per Deum verum fallaciter; quanto enim per quod iuratur magis eſt ſanctum, tanto magis eſt pœnale periurium; Ergo ſignum eſt, iuramentum per falſos Deos non eſſe blaſphemiã.

Ad hoc reſpondeo cum Sua-
50 rez loco cit. iurantem † verum per falſos Deos ſimpliciter, & intenſiuè (vt ſic dicam) grauius peccare, iurantem autem falſum per verum *Deum*, peccare grauius, ſecundum quid, & extenſiuè; nam prior uno tantum modo peccat; poſterior autem duobus; quia & mentitur, & contra humanam iuſtitiam peccat, ad quam pertinet fides in pactis humanis; de quo iuramento ibi loquitur D. Auguſt. Et præterea peccat contra *Deum*, illum adducendo in teſtem falſitatis, pluribus ergo modis peccat, & hoc vocamus extenſiuè grauius; comparando autem priorem malitiã idololatriæ, ſeu blaſphemiæ cum periurio, ut eſt contra Deũ verum, ſine dubio prior eſt grauior malitia, ut benè ſentiunt Alenſ. 3. par. quæſt. 31. memb. 3. artic. 2. §. 2. Bon. in 3. d. 39. dub. 4. Turrecr. in dicto cap. mouet, q. 4. Suarez loco cit. Quod ſatis eſt ad reſpondendum obiectioni. Grauiſſimè quidem peccant, qui per Deum ſanctum, & uerum iurant ſcienter falſum; Quam Diuini nominis violationem excludere uolens Chriſtus, inquit Matth. cap. 5. Ego dico, nolite iurare, &c.

51 Decimò quæritur; an omnes † blaſphemiæ ſint eiuſdem ſpeciei, ſeu (quod idem eſt) eiuſdem grauitatis eſſentialis? & reſpondetur affirmatiuè, quia ſicuti omnia periuria, & omnes hæreſes ſunt eiuſdem ſpeciei, ſic & omnes blaſphemiæ, vt notat Suarez tract. de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 6. nume. 18. Præterea, hoc peccatum, vt diximus, Religioni opponitur, quæ vna eſt, ſiue Deo, ſiue Sanctis, ob ipſum Deum cultus iſte tribuatur; eadem enim ſpecie peccatum eſt, maledicere Deũ, vel in ſeipſo, vel in Sanctis ſuis, & ideò non differunt, niſi ſecundũ affirmationem, vel negationem, quæ non faciunt diuerſitatem ſpeciei: ita Graff. in Praxi, lib. j. capit. 10. numero 9. poſt Gaet. in 2. 2. quæſt. 13. articul. 1. & 2. in fin. vbi ſubiungit. Hinc habes confeſſor, quòd pro uarietate blaſphemiarum pro diuerſitate ſpecifica non eſt inquirenda, ſed pro maiore grauitate iudicanda. Secunda autem ratio non multum placet Suarez loco citato, quam etiam refutat Paul. Comitol. lib. 4. reſponſ. mor. quæſt. 9. capit. 2. numero 6.

52 Verum quidem eſt, † blaſphe-

mias,

mias, quæ hæreſim continent, ſpecie differre ab illis, quę nullã hæreſim habent annexam. Ita Io. Azor par. prima Inſtit. Moral. lib. 9. cap. 28. quæſt. 10. quem contra Sum. Coron. par. 1. num. 86. ſequitur Gregor. Sair. in Claui lib. 13. num. 4. in fine. Suarez d. num. 18. & ratio eſt; quia illæ continent deformitatem, & iniuriam longè diuerſæ rationis.

53 Hereticales verò inter ſe † comparatæ non differunt ſpecie formaliter, in ratione blaſphemiæ; quia omnes reducũtur ad falſam enunciationem de Deo; non hæreticales autem videntur diſtingui ſecundum magis, & minus in ratione contumeliæ, aut conuitij, ut optimè ſentit cum Diuo Thom. d. quæſt. 13. ar. 1. ad 3. Suarez loco cit.

54 Poſt quidem accidentaliter † contingere, vnam blaſphemiam alia eſſe grauiorem; & primò ratione obiecti dignioris, in quod dirigitur; Vnde abſque dubio contra Deum, & Chriſtum grauior eſt, quàm in B. Virginem, & hæc, quàm in alios Sanctos; & hęc quàm contra alias creaturas, vt deducitur ex textu, in cap. 2. de maled.

55 Secundò, ratione perſonæ blaſphemantis; Quare † atrocior eſt blaſphemia Prælati, ceteris paribus, quam ſubditi: vel in dignitate conſtituti, quàm priuati, argum. cap. homo, diſtin. 40. Aut Clerici vel Religioſi, quàm Laici; quia illi pietatem in Deũ præcipuè profitentur, & ſtipendijs eius aluntur, illiuſque corpus ſanctiſſimum manibus pertractant,

56 & ore ſumunt; quorum lingua † eſt clauis aurea, qua infernus clauditur, & cęlum reſeratur, conſciẽtiæ illuminantur, & conſecratur Deus; quorum ratio, vt etiam ex Platone in libro ciuili colligitur, magnanimitate, intelligentia, ac claritate abundat, propter eorũ, quæ tractant magnificentiam; propterea eorum nugæ blaſphemiæ dicuntur; cõſecrarunt enim os ſuum Euangelio; vnde talibus aperiri non licet, ut inquit D. Bernard. & refert Auila in ſerm. 1. ad Sacerd.

57 Tertiò grauior, † & atrocior eſt blaſphemia ſpecialis, & exquiſita, quàm generalis, & communis, quæ in actu illicito, quàm licito; Quæ fit cum affectu deteſtandi, uel irridendi Deum, vel Sanctos appenſatè, quàm quæ fit ex paſſione externa, uel quadam cõſuetudine; Quæ fit expreſsè, quàm quæ fit implicitè: Quæ fit malo affectu cum errore intellectus; quàm quæ fit ex ſolo prauo affectu, uel ſolo intellectus errore. Et blaſphemia perfecta, quæ errorẽ habet intellectus, & odium Dei, ſiue Diuinæ bonitatis deteſtationem, eſt omnium maximum peccatum, cum tollat duas virtutes Theologicas per ſe, & directè, id eſt fidem, & charitatem, quæ omnium virtutum eſt ſumma, vt benè notat Paul Comit. lib. 4. reſp. mor. q. 9. nu. 12.

58 Quartò aggrauatur † ratione conſuetudinis, necnon ratione

ſcandali, quando eſt publica; ac etiam ratione modi, nempe facto blaſphemare, quod maius eſt, quàm ore; ita ex Caiet. in Sum. in verb. Blaſphemia, circa med. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 3. à nume. 25. & ſeqq. Farinac. in Praxi. lib. 1. quæſt. 20 num. 27.

59 Ex qualitate † ergo verborum, & circumſtantijs perſonarũ, temporum, & locorum, magis, ac magis nefaria, & ſacrilega blaſphemia cenſenda eſt: illa verò eſt omnium leuiſſima, quæ ex dolore profertur, & ſtatim eam dixiſſe pęnitet, l. aut facta, de pœnis, glo. in c. denique, diſtin. 4. Simanc. de Cath. Inſt. tit. 8. nu. 7. Pegna ad direct. Inquiſit. par. 2. com. 66.

60 Sciendum quoque eſt, in † conuicio contra Sanctum prolato, duas ad minus eſſe malitias, vnam contra illam perſonam, quæ contumelia afficitur, cum ſit per ſe digna honore, quæ malitia propriè eſt contra Duliam, & conſequenter eſt diſtincta ſpecie à propria malitia blaſphemiæ; Altera malitia eſt, quatenus illa contumelia redundat in Deum ipſum, & illi cenſetur principaliter fieri, & per hanc conſtituitur propriè ille actus in ratione blaſphemiæ.

Hæc autem diſtinctio ſufficit,
61 vt ratione alterius malitiæ † coniunctæ, hæc circumſtantia explicanda ſit in confeſſione, & ita in ordine ad illam talis differentia, quaſi ſpecifica cenſenda eſt, quod eſt obſeruandum pro omnibus blaſphemijs, quæ habent adiunctas in ipſis materialibus actibus malitias aliarum rationum, ita aduertit Suarez tom. de ſtat. Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 6. num. 19. & facit Graf. in Praxi, lib. 1. c. 10. num. 9.

QVAE-

QVÆSTIO IIII.

Blaſphemiæ atrocitas, & grauitas breuiter demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemię peccatum cur ſit ex maioribus, quæ contra Deum committi poſſint, & nu. 32. in fine.*
Peccatum omne comparatum blaſphemiæ leuius eſt.
2 *In peccato Luxuriæ, & Auaritiæ quid immediatè prætendat peccator.*
3 *Blaſphemia directè in Dei iniuriam tendit.*
4 *Blaſphemia non ſolum proferenti, ſed audienti, & illi, aduerſus quem profertur, graue infert damnum.*
Os ſtulti contritio eius.
5 *Blaſphemia cur ſit maximum peccatorum ex ſuo genere, & nu. ſeq.*
6 *Peccati genus ſceleſtiſſimum illud eſt, per quod in Dei vituperium quis delectatur.*
Blaſphemans directè in Dei Eccleſiam peccat.
7 *Blaſphemia in Dei odium proferri videtur.*
8 *Diligere toto affectu Deum eſt maximum omnium mandatorum.*
Quando, & quomodo Blaſphemia diſtinguatur ab odio Dei, & deſperatione remiſſiuè.
9 *Naturæ nihil magis aduerſum, & irrationabile, quàm vt creatura in ſuum inuehatur creatorem.*
Lingua cur hominibus conceſſa.
10 *Creatura cur laudare debeat creatorem ſuum.*
Deus quid ſit.
11 *Blaſphemo nihil ingratius, cum in cũ inferat opprobria, qui noſtra delenit probra.*
12 *Blaſphemia nihil fœdius, nihil odioſius, nihil Chriſtiano homini, & nomini repugnantius.*
13 *Imago Crucifixi quid reſponderit Roberto Galliarum Regi à Deo pacem petenti.*
14 *Blaſphemi Iudæis æquiparantur, & cur eis peiores.*
15 *Blaſphemantes Chriſtum nunc triumphantem in cęlis, cur grauius peccent, quàm qui eum crucifixerunt pauperem in terris.*
16 *Locus Pſal. 68. Quoniam quem tu percuſſiſti &c. exponitur.*
17 *Delictum blaſphemantis maius, quàm infidelis, ratione maioris ingratitudinis.*
18 *Iudæi in blaſphemiæ deteſtationẽ ſcindebant veſtimenta ſua.*
19 *Iudęi horrebant enunciare blaſphemiã alio nomine, quàm benedictionis.*
20 *Locus Iob cap. 1 declaratur.*
21 *Blaſphemi idololatris, imò brutis cur deteriores, & nu. ſeq.*
23 *Blaſphemia naturæ, & creaturæ aduerſatur.*
Creaturę omnes benedicunt Dominum.

Michael

24 *Michael Archangelus non fuit auſus diabolo blaſphemiam inferre.*
25 *Blaſphemare quinam primus in terra incepit.*
26 *Blaſphemi cur filij Diaboli.*
27 *Blaſphemia in damnatis poſt reſurrectionem erit vocalis, vti in ſanctis erit laus.*
28 *Blaſphemus dicitur reus læſæ maieſtatis.*
Plato vocat blaſphemos ſacrilegos.
29 *Peccatum maius committit quis blaſphemando, quàm peierando.*
30 *Peccatum maius eſt in faciendo quàm in omittendo.*
31 *Blaſphemiæ peccatum grauius homicidio, & qua ratione.*
32 *In peccato magis attenditur affectus voluntatis, quàm operis.*
33 *Locus 2.Reg.cap.12.Veruntamen &c. adducitur.*
34 *Vxores præbentes maritis occaſionem blaſphemandi, & ſerui dominis, quã grauiter peccent, & nu.ſeq.*
36 *Blaſphemiæ pęnis puniri debent non tantum blaſphemantes, ſed qui cauſam blaſphemandi præbent.*
37 *Cauſam homicidij dans, de homicidio tenetur.*
38 *Iniuſtè offendens, malè iudicans, præbens occaſionem ludendi, tenẽtur pęnis blaſphemiarũ, his de cauſis prolatarum.*

Qvàm graue, quàm execrabile, atrox, immane, & diabolicum ſit blaſphemiæ peccatũ, nullus vnquam ſatis
1 verbis aſſequi poſſet; eſt enim † ex maioribus, quod aduerſus Deum Opt. Max. committi poſſit, teſte Nicol. de Lira, qui dicit & benè in Gloſ. Ord. ſuper cap. 18 Iſaiæ: Nil horribilius blaſphemia, quæ atrociter ponit in excelſum os ſuum; omne enim peccatum, blaſphemię comparatum, leuius eſt; quod refert, & per hanc auctoritatem concludit, quòd ſit maximũ omnium peccatorum, ex ſuo genere D.Tho.2.2.q.13.art.3. in reſponſ. vbi Alex.Peſant. & ſequuntur Luc.de Penna, in l.omnes, C. de dela.lib.10.nu.6.& Boer.deciſ. 301.num.31.in fine Decian.tract. Crim.lib.6.c.3.in princ. Maſchar. de probat. tomo 1. Concluſ. 194. in princ. Proſper Farinac. in Praxi Crim.lib.1.q.20.n.3.& ſeqq. Viu. lib.2.deciſ.275.nu.10. vide Franc. Suarez, tomo de ſta. Relig. tract. 3.lib.1.c.6.nu.3.

2 Quod multis ſanè comprobari poteſt rationibus: tum, quia in alijs † peccatis, vt Luxuriæ, Auaritiæ, & ſimilium, quãuis Deus offendatur, hoc profectò non eſt illud, quod immediatè prætendit peccator; ſed ſuam ſenſualitatẽ, commodum, & voluptatem, vnde contemptus Dei ſequitur; bla-
3 ſphemia † verò directè, & immediatè in Dei iniuriam tendit, cuius honorem, quantum in ſe eſt, tollit; & alij peccatores inferunt contumeliam Deo in rebus ſuis, vel ſeruorum ſuorũ: blaſphemus verò infert Deo in propria perſona, vt notat Iacob.Ramirez tract. de cuſtod. linguæ, cap.3. Plot. de Blaſph. ſub nu. 10. tum, quia bla-
4 ſphemia, † non tantum eam proferenti,

ferenti, ſed audienti, & illi, aduerſus quem proſertur, graue damnum infert; proferenti, quia ei ruinam animæ, & vt plurimum corporis ēt inducit, iuxta illud Prou. c.28. Os ſtulti contritio eius. Audienti quoque malefacit; quia eū ſcandalizat, eiuſque aures inficit huiuſmodi nefādis verbis. Infert præterea malum illi, cōtra quem eſt illata, nempè, contra Deum, nam quantum in ſe eſt, ei honorem, & gloriam detrahit, illū prouocās ad vindictam. Vide Suarez
5 loco cit. vbi dicit, † hoc eſſe maximum peccatum ex ſuo genere, quia directè opponit Diuinitati, & excellentiæ eius, ſecundum ſe, eiq; non ſolum negat debitum cultum; ſed etiam ſummam irreuerentiam, & iniuriam infert, quantum poteſt.

Quare inquit Richard. de San-
6 cto Victore ſceleſtiſſimum † peccati genus illud eſſe, per quod qs in Dei vituperiū directè delectatur, vt eſt blaſphemiæ crimen, & facit Pan. poſt Hoſt. in c. ex parte, il 1. de verb. ſign. dum offenſam ſoli Deo factam, exemplificat in blaſphemia; & hoc etiam tenet D. Thom. d. ar. 3. in reſponſ. & per conſequens peccat etiam directè in eius eccleſiam, vt aduertit Glo. in c. vlt. in verſ. ingreſſurus, de maled. & D. Chryſoſ. in Pſal. Homil. 95. Nihil magis impium, quàm aduerſus Deum blaſphemia.

7 Et cum blaſphemia † in odiū Dei proferri videatur, nullū peccatum poteſt vincere odium in Deum; arguendo ex oppoſitis: nā ſi Saluator noſter, Matth. c. 22. cū quidam ex Phariſæis Legis Doctor, tentans eum, interrogaſſet; Magiſter, quod eſt mādatum magnum in lege? Reſpondit, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua; hoc eſt maximum, & primum mandatum. Si,
8 inquam, hoc eſt † maximum omnium mandatorum, diligere toto affectu Creatorem; ergo à contrario maximum omnium peccatorum erit hoc mandatum impugnare, nempè odiſſe Dominum, vti facere videntur, qui horribiles in eum blaſphemias proferūt. Spiritus namque blaſphemiæ ſic ſpirat ad odium Dei, ſicut Spiritus ſanctus ad Dei amorem. Quo quidem modo maximè blaſphemant damnati, vt D. Thom. dixit art. 4. & animaduertit Decian. loco cita. Hoc etiam conſiderauit Boer. d. dec. 301. nu. 4. in fine, licet nihil ad confirmationem adducat. Vide D. Io. Chryſoſt. Hom. 3. ad populum Antiochenſ. & pulchrè Suarez tom. de ſtatu Relig. trac. 3. lib. 1. c. 9. nu. 9. vbi explicat, quando & quomodo blaſphemia diſtinguatur ab odio Dei, & à deſperatione.

9 Præterea, quid naturæ † magis aduerſum, & irrationabile, quàm vt creatura in ſuum inuehatur creatorem? & in eum per quem ſumus, quicquid ſumus, & qui lingua, quo membro ceteris præſtamus animantibus nos honorare dignatus eſt, vt loqui poſſimus, eique gratias agere, & illum laudare,

re, benedicere debeamus, blaſphemijs, & calumnijs eum afficiamus. Nã, vt optimè ſcribit D. Aug. lib. ſuppu t. par. 3. c. 1. iuſtum
10 quippe eſt, vt † creatura laudet Deum creatorem; ipſe enim nos ad laudandũ ſe creauit, qui ſanè noſtris non indiget laudibus; eſt namq; virtus incomprehẽſibilis, nullius indigens, ipſa ſibi ſufficiens; magnus quidem dominus noſter, & laudabilis valde; hunc itaque mẽs diligat, lingua canat, ſcribat manus, atque in his ſanctis ſtudijs fidelis animus ſe exercere debet. Vide Card. Bellarm. in explan. Pſal. 32. verſ. 4. vbi explicat, cur Deus ſit ſummo affectu laudandus.

Rurſus, quid, inquã, ingratius,
11 quid atrocius † quàm opprobria inferre, ac iniurijs illũ laceſcere, qui probra noſtra deleuit, ac pręcioſo ſanguine ſuo nos redemit, prout habetur in c. nonnullis, de
12 Iudęis; nihil ergo blaſphemia † fedius, nihil odioſius, nihil Chriſtiano homini, & nomini repugnãtius, vt rectè notãt D. Io. Baptiſta Coſta, trac. de fact. ſcien. & ignor. tomo 1. inſpect. 15. num. 4. Franc. Viu. lib. 2. deciſ. 275. nu. 14. & ſeq. Farinac. lib. 1. Prax. Crim. q. 20. nu. 3. & ſeqq.

Et ideò nõ immerito dixit Hely filijs ſuis, 1. Reg. cap. 2. ſi peccauerit quis in virum, placari poterit Dominus; ſi autem in Dominum, quis orabit pro eo, Vix quidem is etiam in alio ſæculo veniã obtinebit, vt habetur Math. cap. 12. concordat D. Hier. ad Pammachium de libris Origenis dicens, blaſphemiam veniam non mereri, ob eius grauitatem. Hic etiã Gloſ. in § quib. in proœm. Pragm.
13 Sanct. quod cũ † Robertus Galliarum Rex à Deo pacem Regni peteret ab imagine Crucifixi reſponſum accepit, eam non futuram donec notoria crimina, et præſertim blaſphemias non extirpaſſet: ſic etiam refert Zecch. in Sum. mor. par. 2. c. 25. ſub nu. 6. et Plot. trac. de Blaſphemia, ſub numero 10.

Secũdò probatur atrocitas huius criminis, ex eo quòd blaſpemi
14 æquiparantur Iudæis: quinimo † ipſis peiores ſunt, et deteriores. Hoſt. in Sum. de exceſſ. præl. §. clericus, conſt. Synod. Papienſ. ſub Epiſcopo Rubeo, par. 4. c. 32. Etenim Iudæi non fregerunt, aut comminuerũt oſſa Saluatoris Ieſu Chriſti, vt habetur Io. c. 19. in fine, et tamen blaſphemantes procaci lingua ſua comminuunt, vt tradit Io. Bapt. de Sanc. Seuerino, in tract. de ludo, nu. 13.

Hinc tradit gloſ. ſuper Pſal. 68. ex D. Aug. ſuper illud Euangelij,
15 blaſphemauit: plus † peccant blaſphemãtes Chriſtum triumphantem in cęlis; quã qui crucifixerũt eum pauperem, et ambulantem in terris; et ratio eſt, vt ait Alex. de Ales p. 2. Sum. et refert Plot. trac. de blaſph. quia Iudæi non cognouerũt, Chriſtum eſſe Deum; ſi enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, inquit D. Paul. 1. Corinth. cap. 2. et illi ſemel ipſum Chriſtum crucifi-

fixerunt; ſed blaſphematores nō ſemel, ſed pluries; de quo magis
16 dolere † demōſtrat Chriſtus Pſal. 68. dicens; Quoniā quem tu percuſſiſti, perſequuti ſunt, et ſuper dolorem vulnerum meorum addiderūt; Ac ſi dicat, ô Pater æternę, nō ſufficit me à te fuiſſe tradi tū in illorū manus, q corpus meū tam male tractauerunt, quod ēt (et hoc quidem grauius mihi videtur) ſuper pęnas, et dolores vulnerum meorū adiunxerunt blaſphematores conuitijs, et contumelijs me afficientes, vt dicitur ex explanatione in Pſalmos Illuſtriſs. et eruditiſſimi Cardinal. Bellarmini Pſalm. 68. verſ. 31. Rurſus infideles, et pagani ea de Deo dicunt, quæ licet falſa ſint, putant tamen eſſe vera; Chriſtiani autem blaſphemantes loquūtur contra veritatem, quam credunt, Caiet. in 2. 2. q. 13. ar. 3. Plot. tract. de blaſph. num. 10.

17 Præterea maius † eſt delictum blaſphemātis ratione maioris ingratitudinis; nam Chriſtiani recepti ad fidem, capaces ſunt regni cęlorum, & vt filij Dei effecti, in Deum ipſum propenſiores eſſe deberent, iuxta illud Matth. ca. 5. Beati pacifici, quoniā filij Dei vocabuntur; & infra, vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cęlis eſt. & Lucæ c. 6. dicitur, Et eritis filij Altiſſimi, & iuxta illud Io. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius; Attamē tali poteſtate abutentes, patrem tam benemeritum, qui eis communicauit regnum Cęlorum, tanti immemores beneficij, atq; ingratiſſimi, vti filij nequā, blaſphemare, iniurioſiſque verbis laceſſere non deſiſtunt. Hinc D. Chryſ. ad Timot. c. 5. Blaſphemia, inquit, nihil peius, nullum gratiarū actioni par bonum.

18 Quid? Iudæi † etſi mali, ſi quē audiebant blaſphemantem, ſcindebant veſtimenta ſua, ſic oſtendētes dolorem de iniuria Deo illata teſte D. Matth. ca. 26. Hac de cauſa lacerauit ſibi veſtem Rex Ezechias, vt videre licet, 4. Reg. c. 19. & plura exempla refert Iacob. Ramirez de cuſtod. linguæ cap. 3. Quod Paulum quoque, & Barnabam, quando in Licaonia Deorū cultu honorabantur, feciſſe legimus, inquit D. Hieron. ſuper c. 27. D. Matth.

19 Imò antiquiorib. Iudæis † adeo fuit inuiſum, & odioſum blaſphemiæ, & maledictionis nomen, vt illud voce exprimere non audentes, per Antiphraſim, & contrariā benedictionis vocem ſignificauerint, vt probatur 3. Reg. cap. 21. vbi quando teſtes falsò accuſauerunt Naboth de blaſphemia, ſeu maledictione, dixerunt contra eum, benedixit Naboth Deo, & Regi, id
20 eſt maledixit: † ita Iob c. 1. offerēs ſacrificiū pro filijs, vt non blaſphemarēt, dixit, ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis, vt benè notarunt S. Anton. parte 2. Summæ, tit. 7. c. 5. §. 2. ſequitur Boer. deciſ. 301. nu. 4. Iacob. Ramirez d. cap. 3. Gaſpar Loartes de remed. blaſph. reme. j.

Cathechiſ.Roman. in 2.præcept. num.29.

Quid? non ſolum Iudæis,& in-
21 fidelibus,ſed idololatris† ipſis,ſūt deteriores blaſphematores; nam (vt inquit D.Aug.ad Coſentꝫcōtra mendacium) idololatra tollit Deo honorem, vt tribuat creaturæ ex ignorantia; ſed blaſphemator non ſolum aufert, quantum ſe eſt, honorem Deo, verùm etiā ſcienter contra eum iniurias profert, & contumelias; ſic etiam dicit Ioan. Alem. Ord.min. in ſuo Quadrag.ſerm.63.

22 Quinimo canibus,& brutis peiores exiſtunt,vt rectè dixit P. Angelus Merlus Carmelita noſter Papienſis, inſignis Theologus in quadam ſua cōcione; canes namque ſuum non mordent dominū, ſed illum tuentur;contrarium verò facere audent impij blaſphemi ſua petulantiſſima lingua; Quin potius volucres, ceteraque animalia,quibus lingua non ad loquendum data eſt, ea tamen geſtiunt communem omnium creatorem benedicere,laudare,atque naturali quodam inſtinctu commendare.

23 Hinc infertur blaſphemiā† aduerſari non naturæ tantum, quæ dictat benefactorem ſuum eſſe recognoſcendum;ſed etiam creaturæ; omnis enim creatura laudat,& benedicit Deum; vt notat Viu.lib.2.deciſ.375.num.14.ex D. Aug.in ſerm.vnius martyr.vbi inquit, quid reſpondetis ò blaſphemi,ad voces omnium creaturarū? Angeli cęli laudant, & dicunt clamantes,benedictus Deus; Sol,Luna,Stellæ,& omnia cęleſtia corpora dicūt,benedictus Deus; Terra, Aqua, Aer, Ignis, & cuncta, quæ in eis ſunt, dicunt, benedictus Deus,& vos blaſphemi contra morem aliarum rerum,maledicitis? O ſumma quidem peruerſitas.

24 Nec Michael Archangelus † auſus fuit diabolo, maledictione digniſſimo iudicium blaſphemię inferre, ca.ſi igitur Michael,24.q.3.Quinimo narrat ex Iuſtino Martyre. Niceph.hiſt.Eccl, lib.4 ca.6. Ante Domini Aduentum Satan auſum non fuiſſe blaſphemare Deum,quippe quod nondum ſuā ſciret condemnationem;& notā-
25 dum,quod primus † qui blaſphemauit in terra, fuit quidam nothus,vulgò baſtardo,Hebræus,vt habetur c.24.Leuit.vt notat Abulenſis ibi; Ecce autem egreſſus filius mulieris Iſraelitis, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Iſrael iurgatus eſt in caſtris cum viro Iſraelita, cumque blaſphemaſſet nomē Domini,& maledixiſſet ei, adductus eſt ad Moyſen,&c. & ex hoc colligitur blaſphematores non eſſe Dei filios, nec rectè poſſe dicere Pater noſter,cum ſint tanquam nothi,ſiue
26 baſtardi, & † filij diaboli, vt eos meritò vocat Tuſc.Sing.26.lit.B, nam cum ex loquela cognoſcatur qualis quiſque ſit: cuiuſque enim hominis character ex loquutione colligitur, inquit Menander Philoſ. manifeſtum eſt, quòd ſicuti filij Dei laudantes benedicūt Dominum, aſſueſcuntq;

diuinæ

diuinæ inuocationi,& laudem in terris addiſcere, vti in cęlis facturi ſunt; ita filij diaboli Deum blaſphemant, aſſueſcuntque in hoc mundo impiè proferre blaſphemias, quas etiam in inferno continuabũt, iuxta illud D. Io. in Apoc. c. 16. æſtuant æſtu magno, & blaſphemant nomen Domini habentis poteſtatem ſuper eorum plagas; & infra; Et manducauerunt linguas ſuas præ dolore, & blaſphemauerunt Deum, vt tradunt D. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 4. D. Antonin. loc. cit. D. Dionyſi Cartuſ. in Sum. tomo 2. art. 35. ſub nu. 14. §. 4. Viu. lib. 2. deciſ. 275. nu. 17.

27 Credibile quippe eſt, poſt † reſurrectionem in ipſis vocalem fore blaſphemiam; vt in ſanctis vocalis erit laus; quamuis nunc in damnatis ſit tantum blaſphemia cordis, quæ eſt diuinæ iuſtitiæ deteſtatio; ſicuti etiam in beatis eſt ſolum cordis laus diuina, vt probatur Apocal. cap. 19. vbi gloſ. & notant D. Thom. Dionyſ. Cartuſ. Viu. vbi ſupra.

Tertiò æquiparatur hoc blaſphemiæ crimen, læſæ maieſtatis, crimini; blaſphemię quidē reus,
28 † dicit læſæ maieſt. reus, Decian. tract. crim. to. 2. lib. 6. c. 3. num. 10. Farin. in Praxi, lib. 1. tit. 3. q. 20. n. 5. Quare, ſi comittens crimen læſæ maieſtatis in Principem terrenũ, mortalē, grauiter punitur, toto ti. ff. & C. ad leg. Iul. maieſt. quanto grauius puniendus, qui maieſtatem, ſapientiam, bonitatem, & iuſtitiā offendit Principis cęleſtis, perpetui, & immortalis? cum lon-gè grauius ſit, æternam, quàm tēporalem lædere maieſtatem, vt dicitur in c. vergētis, de hæret. & de blaſphemia in ſpecie tradit gloſ. j. in cap. 2. de maledic. & hac de cauſa dicitur etiam ſacrilegium, vt probat Decian. loco cit. & ita blaſphemos vocat ſacrilegos Plato in lib. 11. de Legibus.

Quartò æquiparatur etiā per-
29 iurio, quinimo † maius peccatum blaſphemando quis committit, quàm peierando; vt inquit D. Auguſ. ſuper epiſt. D. Pauli ad Epheſ. c. 4. & ratio eſt; quia peierando falſæ rei adhibet Deum teſtem, qui ſumma eſt veritas; blaſphemādo autem de ipſo Deo falſa dicit, vide Suarez tom. de ſta. relig. trac. 3. lib. 1. c. 6. nu. 16.

30 Præterea, grauius † eſt crimen in faciendo, quàm in omittendo, vt eſt gloſ. communiter approbata, in l. ſi mora, ff. ſolu. matrim. at periurium eſt in omittendo, quia periurus omittit facere, quod iurando facere promiſit, blaſphemus verò facit, ſiue dicit blaſphemando aliquid.

Quintò hoc blaſphemię peccatum in genere ſuo † grauius etiā
31 eſt homicidio, nam licet ſecundū effectum, id eſt, reſpectu damni illati, homicidiū videatur grauius; quia offendit, & tollit vitam; cum blaſphemia nihil Deo noceat, attamen ſi cōparetur reſpectu obiecti, in quē peccatur, grauius profectò eſt delictum blaſphemiæ, quā homicidij: quia licet etiam in homicidio offendatur Deus, id tamē non fit principaliter, ſed in conſe-

quentia: nam homicida non intendit Deum offendere; ſed tantum inimicum ſuũ; blaſphemus uerò directè, & principaliter in-
32 tendit Deũ offendere; & † in peccato magis attenditur intentio uoluntatis, quàm effectus operis. D.Tho.2.2.q.13.ar.3.ad 1. ſequũtur Chaſſan.conſ.1. n. 69. Decian. d.c.3.nu.11. B.Io.à Capiſtrano, in c.manifeſta, de pęn.& remiſ. Sot. in 4.diſt.12.q.1.ar.5.col.3. verſ.reſpondẽt, P. Iacob. Ramirez Carmelita in tract de cuſtod. linguæ, c.3 latè D. Io. Bapt. Plot. tract.de blaſph.num.10.vbi inquit, cũ blaſphemia immediatè fiat, uel dicatũ cõtra Deum O.M.vel eius Sacratiſſimam Virg. Matrem Mariam, aut Sanctos, eſt peccatum ipſum blaſphemię mortale, & peius, horribilius, abominabilius, & deteſtabilius, quàm ſit peccatum homicidij, periurij, falſitatis, furti, rapinæ, violentię, & alterius cuiuſcunque maleficij, quod immediatè committitur contra homines, vt ait D.Tho.loco cit.

Hinc deduci facilè poteſt, quã grauiter peccent, qui cauſam blaſphemandi, & occaſionem præ-
33 bent; & patet etiam † ex eo, quòd Nathan propheta multum exaggerauit factum Dauid, quòd inimicos feciſſet blaſphemare nomen Domini, ut habetur 2. Reg. cap.12. his verbis; Veruntamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur.

Quocirca infero primo, quòd
34 non ſolum vxores † moroſæ, & rixoſæ grauem incurrũt culpam, quotieſcunque cognoſcant, maritos ea de cauſa ſæpè in blaſphemias prorumpere, & prębeant eis huiuſmodi occaſiones, ut notat Franc. Tolet. in Sum.lib.5. cap.2. ſub num.18. Et ideò admonendę ſunt, vt caueãt, ne blaſphemetur verbum Dei; ſed ſubditæ ſint viris ſuis, eos amando, & filios diligendo, prudentes ſint, caſtæ, ſobriæ, domus curam habentes, &c. prout hortatur D. Pau.ad Timot.
35 cap.2. Sed etiam † ſerui inobediẽtes ſimili afficiũtur culpa, vbi domini eorum ob inobedientiam blaſphemauerint; propterea idẽ D.Paul.eodem loco cap. 6. dicit: Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur; ne nomen *Domini*, & doctrina blaſphemetur.

36 Secundò infert Plot. in tract. eodem num.11.eiſdem pęnis blaſphemiæ puniri debere, nõ tãtum blaſphemum ipſum; ſed illum, qui cauſam blaſphemandi præbuit, aliquod ei malum iniuſtè inferendo, vt puta Hieronymus vulnerando, vel verberando, aut turbando Petrum in poſſeſſione ſua; vel illi negando dare quod eſt ſuum, eſt cauſa, quòd Petrus blaſphemauit? etſi talis blaſphemia committatur præter & contra voluntatem Hieronymi; attamen ipſe ſecundum Plot. loco cit. debet puniri pęnis blaſphemiæ prolatæ per Petrum; quia præbuit cauſam Petro blaſphemãdi, ex iniuſto opere, aut dicto,

vel

vel facto. Nec pœna impoſita Petro pro commiſſa blaſphemia debet liberare Hieronymum, ſed vterque videtur puniendus ob ipſam blaſphemiam; præterquam quòd Hieronymus venit puniendus de malo eius opere; & iniuſta eius actione contra Petrum commiſſa, ut elicitur ex d. textu lib. 2. Regum, cap. 12. & cap. 24. & ex textu iuncta gloſ. cum ibi not. per Doct. in l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Iul. de vi publ. &

37 priu. vbi accedens ad rem ab alio poſſeſſam, expellēdi cauſa illum de poſſeſſione; ſi ea occaſione homicidium interuenit, ſiue ex parte reſiſtentis, ſiue turbati, ſeu ſpoliati; quòd ob ipſum homicidiū, etiam à ſe non commiſſum, videtur ad mortem damnandus; non diſtinguendo à qua parte, nec à quo fuerit occiſus; pro tali enim homicidio, etiam ab alio præter, & contra eius propoſitum commiſſo, puniendus eſt aggrediens, ſiue turbator, aut ſpoliator; quia illius cauſam dedit ex tali inuaſione, vel turbatione; tenetur quoq; turbatus, & aggreſſus occiſor, ſi poterat ſine ipſo homicidio ſe defendere, ut latè declarant ibi glo. verbo interemptus, vbi Bart. Bal. & Salicet.

Et hac ratione ſecūdum Plot.

38 loco citato, qui iniuitè alium offendit in ære, uel perſona, aut honore, & iudex, qui malè iudicat, uel ſe male gerit; ex quo dant operam rei illicitæ, & offenſi ex talibus illicitis operibus blaſphemāt, tenentur & ipſi pœnis blaſphemię prolatæ per eos, quibus ipſi occaſionem prębuerunt; quod procedere deberet multo magis in ludente cum alio ad ludos prohibitos; eiſdem enim ferè pœnis blaſphemiæ per ſocium prolatæ, ac ſi ipſe blaſphemaſſet, videretur puniendus ex d. capit. 12. lib. 2. Regum, & d. l. quoniam multa facin. & ibi Doct. Plot. loco cit. num. 11. circa finem: nam ludens non blaſphemans, ſcire debebat, quòd ſocius eius blaſphemaſſet, vbi ipſe non blaſphemaſſet; quia ex ludis oriuntur, & proferuntur blaſphemiæ, ut eſt tex. in Auth. Alearū uſus, C. de relig. & ſumpt. fun. ubi Doctor. Benedict. Capra, reg. 86. incip. Alearum taxilli, in princ. & diximus ſupra, in præfatione, num. 34. & ſeqq. vbi verba fecimus de receptoribus, ſiue ſuſceptoribus ludentium in eorum domo.

QVAE-

QVÆSTIO V.

Aduerſus blaſphemantes variæ pœnæ recenſentur, ac declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemis iure Diuino in ueteri lege quænam imponeretur pœna.*

B. Stephanus cur fuerit lapidatus.

2 *Nabuchodonoſor Rex quam ſtatuerit pœnam aduerſus blaſphemantes.*

3 *Exempla blaſphemorum à Deo in ueteri teſtamento grauiſſimè, & miraculosè punitorum, & nu. ſeq.*

5 *Nicanor quomodo ob blaſphemiam grauiter fuerit punitus.*

6 *Maxentius, Herodes, Iulianus, Pharao, & alij, quibus pœnis ob blaſphemiam affecti.*

7 *Angelus primus ob blaſphemiam grauiſſima affectus pœna.*

8 *D. Paulus cur tradidit in poteſtatem Satanæ Hymenæum, & Alexandrũ blaſphematores.*

Locus D. Pauli 1. Timoth. c. 1. expenditur, atque explicatur.

9 *Puer annorum quinque blaſphemare ſolitus ex ſinu patris per dæmones raptus, & num. ſeq.*

10 *In quinque annorum ætate non ſolet quis uſum habere rationis.*

11 *Plura exempla de his, qui ob blaſphemias pergraues luerunt pęnas, referuntur, uſque ad nu. 16.*

16 *Iure ciuili ut puniri debent blaſphemi.*

17 *Sodomia quàm graue ſit crimen, cui blaſphemia æquiparatur.*

Sodomia, & blaſphemia ſunt peccata, quæ os polluunt, aures offendunt, et aerem inficiunt.

18 *Auth. vt non lux. contra natur. §. 1. & 2. declaratur.*

19 *Minor pęna, quàm à legibus ſit ſtatuta, cur blaſphemis imponatur.*

Multitudo delinquentium diſpenſandi cauſam præbet.

20 *Blaſphemantibus Iure Canonico, quæ pęnæ indictæ, uſque ad num. 35.*

Cap. ſi quis per capillum, 22. q. 1. declaratur.

21 *Nulla cenſura imponitur ipſo facto ob blaſphemiam.*

22 *Blaſphemare per capillum, aut caput Dei, cur antiquitus ita frequens eſſet, vt in utroque iure fuerit prohibitum.*

23 *Hæretici Anthropomorphitæ unde dicti, & quid aſſerebant.*

24 *Membra, quæ Deo attribuuntur, metaphoricè ſunt intelligenda, ad declaranda eius attributa.*

25 *Cap. 2. de maled. refertur, & nu. ſeqq. explicatur.*

27 *Confeſſarius moderari poteſt pęnas in iure ſtatutas in foro animæ.*

Cum nobili poteſt diſpenſari quoad pœnas publicas.

28 *Clericorum blaſphemiæ grauius punienda, & cur non publicè.*

Pœna

29 *Pœna fuſtigationis, uel alia ignominioſa clericis non imponenda.*

Non oportet ſacerdotum peccata uulgò innoteſcere, ne illis offenſi ad delinquendum reddantur audaciores.

30 *Pœnę contra blaſphemos impoſitæ à Concil. Lateran. & à Pio V. & num. ſequen.*

31 *Lex Dei, & naturæ abrogari nequit.*

32 *Conſtitutio Pij V. aduerſus blaſphemãtes refertur, declaratur num. ſeq.*

34 *Nobiles, & plebei qui dicantur, arbitrio iudicis remittitur.*

35 *Variæ pœnæ, quibus diuerſis in locis blaſphemi puniri ſolent, referuntur, & num. ſeq.*

36 *Blaſphematores ex Mahometi lege per medium ſecari debent.*

37 *In eo membro quis puniri debet, in quo deliquit.*

38 *Pęna a Valeſio Gallorum Rege, & ab Hiſpan. Regib. indicta blaſphemantib. refertur, & nu. ſeq.*

Blaſphemator unus fuit uiuus excoriatus, alter uerò uiuus combuſtus.

40 *Caſus Paridis de Puteo, qui Iudex blaſphematori fecit amputare linguã, & in arbore affigi.*

Per quæ quis peccat, per ea quoque torqueri debet.

41 *In pœnis blaſphemantibus imponendis attendenda eſt conſuetudo, & locorũ ſtatuta.*

42 *Blaſphemi ſolent fuſtigationis, aut catenæ, uel aliquot funis ictuum pœna plecti, & nu. ſeq.*

44 *Blaſphematores Toloſę, & antiquitus Papiæ, in flumine aliquot uicibus ſubmergebantur, ſed non ſuffocabantur.*

45 *Blaſphemantes ut puniebantur à B. Ludouico Francorum Rege, & nu. ſequen.*

47 *Pœna pecuniaria ſępe multantur blaſphemi.*

48 *Ex Papiæ ſtatuto pœna pecuniaria blaſphemis eſt impoſita.*

Statutum Papiæ 14. in Crimin. contra blaſphemos refertur, & expenditur.

49 *Statutum Nouariæ contra blaſphemãtes refertur, & declaratur, & num. ſeqq.*

52 *Expreſſio caſus frequentioris non excludit alios caſus ſimiles, ex identitate rationis.*

53 *Conſtitutio Dominij Mediol. aduerſus blaſphemantes refertur, & exponitur, & num. ſeq.*

Conſtitutiones Dominij Mediol. quãdo, & à quibus compilatæ.

54 *Loca publica, quæ dicantur ſecundum Conſt. Dom. Mediol.*

55 *Blaſphematores facti, ut puniantur per Conſt. Dom. Mediol.*

56 *Verba pro prima uice intelligi debent pro prima uice punitionis, non blaſphemię, & ſic in praxi ſeruatur.*

57 *Verbum permiſſum eſt, quando denotet neceſſitatem.*

58 *Iudex ob delicti atrocitatem, leges, & ſtatuta transgredi poteſt in puniendo.*

Iura transgredi licet in atrocioribus etiam in procedendo in Mediolani Dominio.

59 *Blaſphemia atrox quænam dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.*

60 *Blaſphemiæ atrocitas ex quibus circumſtantijs colligatur, & nu. ſeq.*

62 *Blaſphemantium quorundam punitiones ex ordine Senatus Mediol. & circa eorum condemnationes ordo refertur.*

Caſus

Caſus ſatellitis, qui pro atroci blaſphemia, & vulnere illato pio uiro corrigenti fuit ſuſpenſus.

63 Pęnæ pecuniariæ à blaſphematoribus exactæ locis pijs applicandæ.

64 Denuncians ex officio blaſphemum nõ lucrabitur pœnam à ſtatuto debitã accuſanti blaſphemum.

Gratis, & ex officio quod fieri debet, ſi pecunia ſit, turpiter ſit.

Occidens bannitum caſu, uel ex officio, non lucratur pœnam ſtatuti, &c.

Denuncianti blaſphematori non eſt credendum.

65 Blaſphemans in Palatio quando duplici puniendus pœna.

66 Blaſphemi, uti infames, à teſtificando repelluntur, nec poſſunt in litem iurare, nec in ſupplementum, & num. ſequen.

Blaſphematori quotidiano non eſt credendum.

68 Blaſphemia filij, uel famuli, quando ex forma ſtatuti noceat patri, uel domino.

69 Blaſphemi an gaudeant Eccleſiæ immunitate, declaratur num. 83. & ſequen.

70 Conſt. Greg. XIIII. de Eccleſiæ immunit. declaratur, & num. ſeq.

Eccleſię immunitate qui non gaudẽat.

71 Extrahentes ab Eccleſia fugientem ad eam ſine licentia, etſi conſtet illum commiſiſſe delictum exceptuatum, attamen cenſuras incurrunt.

72 Clauſula, ſublata facultate, & c. quomodo intelligenda.

73 Opinio Alex. Ambroſ. trac. de immu. c. 8. quòd dicentes blaſphemias hæreticales non gaudent Eccl. immun. non admittitur.

74 hæreticalis blaſphemia, ut differat ab hæreſi.

75 Sacrilegium committens gaudet eccleſiaſt. immunitat.

76 Blaſphemus defenſionib. regulariter, quandoque eccleſiaſtica ſepult. priuatur.

77 Teſtis unus ſufficit ad probandum aliquem oſtendiſſe contritionis ſigna.

78 Blaſphemantis pęna quando ad mortẽ uſque extendi poſſit.

79 Multa pecuniaria à blaſphemis exacta, cui fiſco applicanda.

80 Blaſphemia omni iure damnatur, ac punitur.

Sanctorum imagines inhonorantes, uiolantes, aut irridentes qualiter puniendi.

EX grauiſſimis quoque pęnis, quib. ſemper hoc blaſphemiæ crimen eſt affectum, eius atrocitás arguĩt; mandato n. Dei
1 in † lege Moyſis erat pœna mortis, & ea quidem horribilis; quia erat lapidatio, vt habetur Leuit. cap. 24. de qua pęna agit Franciſ. Squilac. trac. de fide Cathol. c. 16. num. 2. & Boer. deciſ. 301. num. 4. Et ideò dicebant Iudæi ad Chriſtum D.N. Ioan. cap. 10. de bono opere non lapidamus te; ſed de blaſphemia. & Clar. in praxi. §. blaſphemia, num 4. Luc. de Penna, in l. omnes, C. de delat. lib. 10. nu. 6. & cum falſi teſtes depoſuiſſent aduerſus B. Stephanum, ꝙ verba blaſphemiæ dixiſſet ĩ Moyſem, & Deum, fuit à Iudæis lapidatus, ut habetur Actuum Apoſtol. cap. 6. Nabu-

2 Nabuchodonoſor autem Rex, † vt habetur *Daniel*.c.3.& cap.non inuenitur, 23.q.4. & refert Boer. deciſ.301.num.8. viſo miraculo, quo tres illi pueri, Sidrach, Miſach, & Abdenago illęſi ab igne fornacis ardentis euaſerunt, cognoſcens huius criminis atrocitatem, edicto cauit, quòd quicunque blaſphemaret Deum eorum, qui verus eſt Deus noſter, combureretur, & domus eius deſtrueretur. Præter dictam legem Moyſi datam, conſtat ex hiſtorijs† blaſphemos à Deo ſæpè grauiſſimè, & extraordinariè punitos, ut legitur 4.Reg.c.19.quòd propter blaſphemiam Sennacherib, Angelus vna nocte exercitum eius aggrediens, interemit centum, & octuaginta quinq; millia hominum, & poſt illam plagam à proprijs filijs eſt interemptus, de quo etiam gloſſa in c.remittuntur, in verb.Sennacherib.23.q.5.

4 Sic & Holophernes † propter blaſphemiam, qua blaſphemauit *Deum* Iſrael, Dei permiſſu occiſus eſt à femina in tentorio ſuo, vt habetur Iudith c.12.Sic & Antiochus blaſphemus, & ſuperbus inſanabili, atque inuiſibili plaga fuit percuſſus, vt habetur 2. Machab.c.9. Sic & obſidente Iuda Machabæo quoddam præſidiũ, Gentiles incluſi blaſphemantes nomen *Dei*, igne concremati fuerunt, vt habetur 2. Machab.c.10. Et Maria ſoror Moyſis lepra percuſſa, Num.c.12.Dathan, & Abiron abſorpti, *Deuter*.c.11.& Chore ab igne combuſtus, Num.c.16.

5 Et dicentibus Iudęis† Nicanori, eſt *Dominus* potens in cœlo, qui iuſſit agi ſeptimam diem ſolennem; infelix ille reſpondit, & ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia Regis impleri: ob quam ſanè blaſphemiam, ſimul cum numeroſo exercitu occiſus eſt, & lingua illi præciſa, & minutim inciſa, auibus comedenda data fuit, eiuſq; manus contra templum ſuſpenſa, vt legitur lib.2.Machab.cap.15.

6 Maxentius† quoq; ob blaſphemiam vndis fuit obrutus; Herodes pediculis eſca fuit; Iulianus occiſus; Commodus miſerè interijt; Pharao vndis ſubmerſus, & Philiſteus cæſus fuit, vt notat Iuſtinus Globerus cap. 4. Politiæ Caroli V. Cæſaris; vide Petrum Gregor.Toloſ.lib.33. ca.12. nu.7. Syntag.iur.vtriuſque, ubi Dei pœnas in dictos blaſphemos, infra ſcriptis expreſſas verſibus, refert.

Impius occubuit gelidis Maxentius undis.
Putribus Herodes lendibus eſca fuit.
Perſica Iulianum blaſphemum ſica peremit.
Conſtricto pœnas Commodus ore dedit.
Merſit & in tumidas cæcum Pharaona ſub undas,
Sic & tu iuſta cęde, Philiſte, cadis.

7 Nec ſilentio prætereundum, † grauem, & irreuocabilem pęnã, qua fuit primus Angelus ob blaſphemiam affectus, arrogans ſibi honorem,

honorem, qui ſoli Altiſſimo Deo tribui debet; cecidit enim de ſui ſtatus excellentia, prout habetur in §. quod uerò, ferè per tot. de pęn.diſt.2.

8 Diuus uerò Paulus † manſuetudine plenus, uoluit potius tradere in poteſtatem Satanę Hymeneum,& Alexandrum, quam permittere, ut eſſent blaſphematores, dicens, 1.Timoth.cap.1. quos tradidi Satanæ,ut diſcant non blaſphemare, & habetur in cap. qui peccat,& c.quid crudeles, 23.q.4. exiſtimans longè minorem fore pęnam,ſi à dęmone afficerentur, quàm à Deo; propterea multoties ſuos ab hoc uitio deterret, ut ad Epheſios capite 4. Omnis blaſphemia tollatur a uobis. Et ad Coloſſen.cap.3.Deponite,inquit, blaſphemiam, & turpem ſermonem de ore ueſtro.

Terribile,ualdeque formidandum refert exemplum D. Greg. lib.4. Dialog. cap. 18. & meminit præter alios, Plot. in tract. de bla-
9 ſphem.ſub num.10. de † quodam puero quinquenni,qui à parentibus ſuis,ciuibus Romanis,tenerè amatus, & in delicijs benè nutritus,conſueuerat pro quolibet minimo Deum, & Sanctos blaſphemare,& maledicere,abſq; ulla parentũ increpatione; occurrit una die, quòd in brachijs patris cępit exclamare, ut eum à Mauris defenderet, quod ipſe ob dęmones nigros, & horribiles à ſe uiſos dicebat, faciemque ſuam abſcondere quærebat in ſinu patris; qui tamen nihil uidebat; ſicq; exterritus puer Deum blaſphemauit, ut ſolitus erat, & ſtatim ab ipſis dæmonib. ob id fuit ex ſinu paterno raptus, & in infernum damnatorũ ductus, quorum ſanè officium tam cito didicerat.

10 Et quamuis † in tam tenera infantili ætate nõ ſoleat quis vſum rationis habere, credibile tamen eſt,vt ex D.Tho.tradunt D.Anto. in Sum.par.2.tit.7.c.5.§.2. in fine, & Boer.deci.301.num.5. rationis vſum in tali puero acceleratum fuiſſe, ſicque ob blaſphemiæ peccatum damnationem meruiſſe æternam.

11 De quodam † etiam ſacrilego homine, qui tanquam equus, & mulus, quibus nõ eſt intellectus, contra omnia ſacratiſſima D. N. Ieſu Chriſti membra Luciferina blaſphemauit audacia, ac minutim ſordidè nominauit: Quod tamen ipſe benigniſſimus Dominus tolerauit; ſed cum ſacratiſſimæ Virginis Matris Mariæ ſingula membra dilacerare, ac cõuicijs afficere cępiſſet, factum eſt, vt cũ ille diaboli filius puriſſimum, & virginale oſtium,ex quo lux mundo eſt orta,impiè nominaſſet, ſecuris ignita,tanquam fulgur è cęlo deſcendit; atq; blaſphemum, & ſacrilegum illum interficiens, duas in partes diuiſit,ac igne conſumpſit; prout refert Speculum exempl.tit.de blaſphemia.

12 Duo etiam amici, † & compatres in Bononię partibus, vt refert,ex Petro Damiano, Vincentius in Specul.hiſtor. eod.titu. de Blaſph. cum diſcũberent in conuiuio,

uiuio, allatus fuit gallus coctus cũ pulmẽto, & vnus eorum, arrepto gladio, eum in fruſta diſſecuit, & minutim eius membra diuiſit, tritumq; piper cum liquamine perfudit; quo facto alter ait, profectò compater ſic minutim explicuiſti gallum iſtum, vt Sanctus Petrus, ſi vellet, reintegrare non poſſet; cui alter ſubintulit, planè non modò Sanctus Petrus, ſed ſi Chriſtus imperaret, gallus iſte nunquam reſurgeret. Ad hanc vocem, mirabile dictu, repentè gallus idem viuus plumis coopertus exiliuit, alas percuſſit, & cecinit, & plumas excutiendo totum liquamen ſuper eos, qui veſcebantur, aſperſit. Illico ſacrilegi blaſphemi in piperis aſperſione lepra pfuſi fuerunt, quæ plaga lepræ in poſteris eorũ hæreditaria remanſit, vſque in finem. Quod ſanè exemplum narrant etiam *D.* Ant. in d. Sum. par. 2. titu. 8. cap. 7. §. 3. & Boer. d. deciſ. 301. ſub nu. 5. Plot. trac. de blaſph. ſub nu. 10.

Plura exempla legi poſſunt apud Niceph. lib. 7. Eccleſ. hiſtor. ca. 29. & lib. 18. cap. 33. vbi refert,
13 † quoſdam Beatã Virginem Mariam blaſphemantes, domo lapſa oppreſſos, & dominum domus, qui hęc pertulerat, cruribus priuatum; Paulus etiam Diaconus in vita Sãcti Anaſtaſij narrat, Olympum Epiſcopum, dum Carthagini in Elianenſium balneo Trinitatem ſanctiſſimam blaſphemaſſet, tribus fulminis ictibus extinctum fuiſſe.

Refert Iacob. Ramirez trac. de cuſtod. linguę, cap. 3. circa med. &
14 Plot. loco citato, quendam † militem in diœceſi Remenſi ob atroces blaſphemias morbo comitiali, ſiue caduco correptũ, ſeipſum dilaniaſſe, corpore autem toto dilacerato, animam diabolo commendantem expiraſſe; quod etiã recitat Caſſan. conſ. 1. nu. 70. Et de alio, cui ſacratiſſimam Virginem blaſphemando, ſunt viſcera, erupto vẽtre, egreſſa, ablatis ſimul ei membris, quæ impudenter nominauerat. Florentiæ etiam, quidam à dęmone fuit ob hoc ſcelus ereptus, eius tantum veſtibus repertis. Multis alijs ſimilibus pęnis ſignificauit Deus, quantum odio habeat blaſphematores, & eorũ infernalem linguam. Et narrat Hor. Gambarupta de caſib. reſer. cap. 2. nume. 63. quod anno 1509. apud Carauazium ob atroces blaſphemias perierint duodecim millia Lombardi milites, ſiue potius infernales ſatellites.

15 Ob id etiam non mirum † ſi Alphonſus X. Caſtiliæ Rex ob blaſphemias è regno eiectus fuit, vt referunt Natta trac. de pulcro lib. 2. & Maiol. de irregul. lib. 5. ca. 32. Alia quàm plurima, tum noſtrorum, tum etiam exterarum nationum exempla, & miracula, quæ noſtris etiam temporibus acciderũt, vide apud Petrum Greg. Toloſ. d. lib. 33. c. 12. Syntagmat. iur. vtr. Maſch. de probat. tomo 1. conclu. 194. in princ. Martin. del Rio diſquiſ. magic. tomo 2. lib. 3. p. 1 q. 7. ſect. 1. Anton. Torquemad. in Viridario florum curioſorum

tract.3.fol.mihi 86. & Frat.Valer. Capuæ, in 1.& 2.parte prati flor.

16 Sed videamus, quid à iure † ciuili aduerſus blaſphematores fuerit conſtitutum, in Auth. vt non lux. contra nat. §.1. & 2. blaſphemans, vel iurans per capillos, vel caput Dei,vel aliter,vltimo eſt afficiendus ſupplicio,quod ex communi ſentẽtia Doct. approbatur; maximè cum textus ille æquiparet blaſphemiam vitio nefando, quod proculdubio morte puniri debet,vt per Montal.de ſent. Pilati,num.17.cum pluribus ſeqq.vbi per multa comprobat, & omnib. reſpondet contrarijs; & dixit Io. de Anania, in cap. vlt. de maled. ꝙ illa Iuſtiniani conſtitutio eſt tam pia, vt legi poſſit in Eccleſia.

Hinc probatur etiam grauitas

17 huius criminis; quia cum † vitiũ nefandum grauiſſimum ſit crimen, per quod Deus omnipotens duas ſubuertit ciuitates Sodomã nempe, & Gomorrham, omnem circa regionem pluẽs igne, & ſulphure, vt habetur Geneſ.c.19. & in c.clerici,de exceſſ.prælat.& per omnes Scribẽtes, in l.cum vir,de adult. & in c.flagitia,32.q.7. & in c.maritis,de adult.in cuius criminis deteſtationem plura cõgeſſit Lopez ad pract.Diaz,in c.86. ver. curiæ, & addit, quòd diabolus ẽt poſtquã ad ſic peccandum hominem induxerit,ſtatim fugiat, nec poſſit cernere tam horrendum,& abominabile vitium.attamen blaſphemia ei æquiparatur, & coniungitur, & æquali pęna punitur, vt patet ex d. Auth. Vt non lux. contra nat.Propter quæ duo peccata ineffabilia, quæ os polluunt, aures offendunt,& aerem inficiũt illud Authenticum. ius non immerito à Iuſtiniano Imperatore fuit conditum; quod vtinam ad vnguem ſeruaretur.

Animaduertendum quidem

18 eſt, † dictam mortis pęnam omnino non habere locum, niſi in conſueto, uel incorrigiliter blaſphemante,ſecus in eo qui ſemel, vel bis tantum blaſphemauit; is enim non mortis pęna; ſed extraordinaria iudicis arbitrio puniri debet,prout declarant Cyn.Bald. & Salicet. in l. 2. C.de reb. credit. Alex.conſ.233.nu.15.vol.6.Iaſ.ad l.3.§.iurari,nu.13. de iureiur. Couarr. in c.quamuis pactum, de pactis,lib.6.par.1.§.7. nu.8. & ſeqq. Clar.in §.blaſphemia,nu.3.D.Menoch.de arbitr.caſu 375.num.30. Azor.par.1. Inſtitu.moral.lib.9.c. 28.q.6. vbi de communi teſtatur. Secundò, non procedere in ſimplici blaſphemia, ſed in blaſphemia annexa iuramento, ut probat Claud.Bertaz. in addit. conſ.553. Crim.lib.2.eius patris: & deducit ex d. textu. Imo regulariter ac fe-

19 rè † ſemper minor pęna infligitur in omnibus blaſphemijs: & ratio eſſe poteſt, ob multitudinem blaſphemantium; multitudo namq; delinquentium diſpenſandi cauſam præbet, & ſic minuendi pœnam, ut not.in c.latorem, de cler. excom.miniſtr.adeo enim humana uitia uergunt in peius,ut ſi iuxta dictum textum oẽs blaſphemi decapitarentur, multis in ciuitatibus

ſib. tum Italiæ, tum Hiſpaniæ, ac Galliæ, in quas antiquus ſerpens abominabile hoc uitium introduxit, pauci ſupereſſent, qui blaſphemare poſſent, ut inquit Bellon. conſ.69.nu.6.& Clar.in §.blaſphemia; uerſ.ſed quæro.

In iure autem Canonico plu-
20 res reperiuntur † pœnæ blaſphemantibus indictæ; & olim in laicos excommunicationis, in clericos verò depoſitionis indicebãt, per c.ſi quis per capillum, 22.q.1. & intelligitur de depoſitione verbali, nõ actuali, & procedit in clerico blaſphemare conſueto, vt notant Hoſt.in Sum.tit.de maledic. §.blaſphemantes, num.4. Abb. in c.2.de maled.nu 8. Decian. tract. Crim.to.2.lib 6.c.6. nu.3. Suarez tom.de ſtat. Relig.trac.3.lib.j.c.7.
21 num.2.vbi dicit, † nullam incurri cenſuram ipſo facto propter blaſphemiæ peccatum, quia in iure nulla legitur, ſolum, ut diximus in d.c.ſi quis, quæ non imponitur ipſo facto, & patet etiam ex capit. Apoſtolicæ, 24.q.3.& c. q peccat, 23.q.4. vbi hr̃, blaſphematores exemplo Apoſtoli per excommunicationem Satanæ tradi debere.

Verum admiratur Claud Bertaz.in addit.d.conſ.553. quòd ita creuerit diuerſis temporib. con-
22 ſuetudo iurandi per † capillum, & caput Dei, vt ſub dictis grauiſſimis pœnis neceſſaria fuerit, non tantum dicta Conſtitutio Pontificia, ſed Imperialis, vt in d. Auth. Vt non lux.contra natur. inexplicatam verò relinquit dubitationem, ſiue admirationem. Ego verò, licet multa legerim de priſcorum iuramento, adhuc quidem colligere non potui huius dubij certam reſolutionem; ſed mihi videtur poſſe dici: primò, quòd cum Chriſtiani in primitiua Eccleſia inter Gentiles viuerẽt, qui per Mercurium, & alios homines iurabant, quos certè pro Dijs colebant, & res fidei Chriſtianæ adhuc non eſſent adeo claræ, fortè & ipſi, vt Gentiles, putabant, Deũ habere caput, & capillos, per quæ ſæpè iurãtes, in eoque abuſu diũ perſeuerantes, neceſſe fuit, illos Can.& Ciuili decreto coercere.

Secundò ad tollendam hære-
23 ſim Anthropomorphitarum † aſſerentium, Deum habere caput, & alia membra, vt ex Iſidoro habetur, in c.quidam, 24.q.3. Dicti namque hæretici Anthropomorphitæ, quaſi formantes hominem aſſerebãt, pro eo, quòd ignorantia ruſtica Deum habere humana membra, quæ in diuinis libris ſcripta ſunt, arbitrabantur. Anthropos enim Græcè, Latinè interpretatur, homo, ignorans vocem domini, qui, ait Io.c.4. Spiritus eſt Deus, incorporeus enim eſt, nec membris diſtinguitur, vt in d.c.quidam. & declarat Albertin.de agnoſc.aſſert. q.27. nu. 28.

24 Membra † autem quæ Deo attribuũtur, ſpiritualiter ſunt intelligenda, & metaphoricè, ad declarandas, humano modo, uarias virtutes, & attributa eius, ut proſeq. tur poſt D. Aug.in Enchir. de formul. ſpirit. intellig. Suarez tomo de Deo lib.1.c.3.

25 Sancitum poſtea fuit† in cap.2. de maled. à Greg.IX. priorem pę nam mitigando, vt laici publicè blaſphemare præſumētes, primo, vt ſeptem Dominicis diebus ſtarent præ foribus Eccleſiæ, dum agerentur miſſarum ſolennia, & vltimo die ſine pallio, & calceamentis, & ligata corrigia ad collum: ſecundò, vt ſeptem ſextis ferijs prædictarum dominicarum ieiunarent in pane, & aqua, & non intrarēt eccleſiam: tertiò, vt quolibet prædictorum dierum, ſi poterant duos, vel vnum ſaltem pauperē reficerent, & ſi non poſsent, in aliam pœnam commutaretur; quam pęnitentiam ſi facere noluiſſent, interdiceretur eis ingreſſus Eccleſiæ; & in obitu carerent ſepultura; & vlterius ſi fuiſſent diuites per temporalem poteſtatē, ſi opus eſſet, cogerentur Epiſcopo ſoluere quadraginta ſolidos monetę vſualis, vel triginta, vel ſaltem viginti. Hæc ibi, vbi vides rigorem iuris oſtendere peccati grauitatem.

26 Notandum autem eſt, q pęnę† ſtatutæ in præfato cap.2. de maledic. non procedunt primò, ſi quis calore iracundiæ, vel ex ebrietate blaſphemat; præſertim, ſi iracundia ex iuſta cauſa proueniat, et vſus rationis ferè abſorptus fuerit; ſed in eo, qui ex conſuetudine quadam, et abſque emendationis, et correctionis ſpe, vel cum ita grauis eſt blaſphemia, ut magna iniuria Dei maieſtatē afficiat: vel notoriè de iure, vel de facto propriè blaſphemauerit, et cum contemptu; ut denotat illud uerbum, præſumpſerint, d.cap. ſtatuimus, quod de ſui natura, dolum, et temeritatem importat, ſecundum doctrinam communiter receptam Card. in Clem.1.q.38. de priuileg. et facit tex. in c.1. de vita et honeſt. cler.

27 Secundò, non habere locum† in foro animæ, in quo prudēs confeſſarius eas moderari poterit, ca. menſuram, c. Deus, de pęnit. et remiſ. Tertiò, in perſona nobili, et honorata, quàm nō deceat publicè pęnitere; quia poteſt ſecum diſpenſari, vt eleemoſynis eam pęnitentiam redimat, Abb. in d.c.1. Lęl.Zecch. in Sum. Moral. par.2. cap.25. nu.7. Albertin. de agnoſc. aſſert. q.27. num.23. per capit.1. de voto. Clar. in §. Blaſphemia, numero 3.

28 Quartò in clericis† blaſphemātibus, qui etſi ſeuerius, et durius puniri debeant, quanto grauius, quàm laici delinquunt, ieiunijs non ſolum, orationibus, et multa: ſed ſacris interdicendo ad certū tempus, et in monaſteriū eos detrudendo; attamen publicè pęnitere non debent, ne propter publicam eorum ſatiſfactionem vileſcat clericalis ordinis auctoritas. Simanch. de Cath. inſt. titu.8. num.13. et ſeqq. ex c. de his, et ca. pęnitentibus, diſt.50. Clar. loc. cit. latè Prax. Archiep. Neapol. ca.91.
29 vbi probat,† pęnam fuſtigationis, vel aliam ignominioſam clericis non eſſe imponendam, ne grex fidelium ſcādalum patiatur; Nam vt Conſtantinus Magnus pruden tiſſi-

tiſſimè dixiſſe fertur; Non oportet Sacerdotum peccata vulgo innoteſcere, ne illis offenſi ad delinquendum reddantur audaciores, vt ex Theodoreto lib. 1. eccl. hiſtor. cap. 11. refert Simanc. loco citato. Imò vtraque pœna tàm in clericos, quàm in laicos, d. cap. 2. iam per deſuetudinem antiquata videtur, vt tradunt Hoſt. in Sum. loco cita. Innoc. Abb. Io. Andr. in d. c. 2. Aſtenſ. Silueſtr. in verb. blaſphemia, Diaz in Praxi Crimin. Can c. 110. vbi Ignat. Lopez in addit. Azor. par. 1. Inſti. Moral. lib. 9. cap. 28. q. 6.

30 Aliæ quoque pęnæ † imponuntur tàm contra clericos, quàm laicos blaſphemantes, in Conc. Lateran. ſeſſ. 9. §. ad abolendam, cuius decretum refert ad verbum Io. Azor. d. q. 6. & ſubdit vna cum Armil. in verbo, Blaſphemia non eſſe vſu receptum, ſed abrogatum; quod quidem admittendum non arbitror; quia cum iure diuino, & naturæ illud nitatur, quod ius præſcribit, ut atrociſſimis delictis grauiſſimæ pęnæ re-
31 ſpōdeant, ſicut † lex Dei, & naturæ abrogari nequit, cum ius morale cōtineat; ita nec illud Decretū abrogari debuit; Deinde, quia in calce eiuſdem Decreti dicitur, ut etiam benè aduertit Paul. Comitul. in reſponſ. Mor. lib. 4. q. 9. c. 9. illi nec derogari, nec offici unquam poſſe per ullam corruptelam, aut peruerſitatem temporū; & ſi qua re derogatum eſſet, reſtitui & innouari ſemper debere, innouatamque, & reſtitutam fore.

32 Poſtremo, quia † Pius V. Pontif. Max. illud innouauit, vt patet ex Conſt. edita anno 1566 incip. Cū primum Apoſtolatus, quæ Conſtitutio ad uerbum refertur in Conſtit. Synod. Papienſ. nouiſſimis, parte 4. ſub cap. 33. in addit. ubi inter alia ſtatuit, ſic dicens.

Ad abolendum nefarium, & execrabile blaſphemiæ ſcelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & Imperialibus quoq; legibus prçceptum eſt; nunc autem propter nimiam iudicum in puniendo ſegnitiem, uel potius deſuetudinem ſupra modum inualuit, Leonis X. prędeceſſoris noſtri in nouiſſimo Lateranenſi Concilio ſtatuta innouantes, decernimus, ut quicunque laicus Deum, & D.N. Ieſum Chriſtum, & glorioſam Virginem Mariam eius genitricem, expreſsè blaſphemauerit, pro prima uice, pœnam uigintiquinq; ducatorum incurrat, pro ſecunda pęna duplicabitur, pro tertia centum ducatos ſoluet, & ignominia notatus, exilio multabitur. Qui plebeius fuerit, nec erit ſoluendo, pro prima uice manibus poſt tergum ligatis ante fores eccleſię per unum diem cōſtituatur, pro ſecunda fuſtigabitur per urbem, pro tertia uice ei lingua perforabitur, & ad triremes mittetur.

33 Quicunque clericus † autem blaſphemię crimē admiſerit, pro prima uice, fructibus omnium, & quorumlibet beneficiorū unius anni; pro ſecunda, beneficijs ipſis priuetur, pro tertia, omnibus etiam

etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quòd ſi clericus nullum habuerit beneficium, pęna pecuniaria, vel corporali pro prima vice punietur, pro ſecunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittetur. Qui verò reliquos Sanctos blaſphemauerit, pro qualitate blaſphemiæ iudicis arbitrio puniatur. Hæc ibi. Decernit etiã, in blaſphemos poſſe inquirere; & cognoſcere iudices quoslibet competentes, darique locum præuentioni; & ſic in omni blaſphemiæ caſu fuit prouiſum à Sanctiſſimo illo Pontifice.

34 Qui autem nobiles, † vel plebei ſint habendi arbitrio iudicis remittitur per Bull. Iul. Papæ III. incip. in multis deprauatis, & tradit D. Iacob. Menoc. conciuis meus, de arbitr. iud. caſ. 67. nu. 1. & ſeqq. Pro maiori intelligentia dictæ Conſtit. vide infra nu. 56. & ſeqq.

Iure quoque regio, prouinciali, vel municipali in varijs regnis,
35 prouincijs, † ac ciuitatibus diuerſæ ſunt contra blaſphemantes pęnæ conſtitutæ, & meritò; nam ſi hoc vitium omnia tribunalia offendit, ab omnibus quoque puniri debet. Pęnæ autem ſunt verberationes, inuſtiones, membrorum abſciſſiones, vt linguæ, labij ſuperioris, ac inferioris; de quibus ſingulis copiosè Couarr. in rubr. de pact. par. 1. §. 7. nu. 10. D. Menoch. de arbitr. caſu 375. à num. 35. Decian. tract. crim. tomo 2. lib. 6. c. 6. Pegna ad Director. Inquiſit. com. 66. Clar. in §. blaſphemia, verſ. ſed quæro quæ ſit pęna. Farin. in praxi d. q. 20. nu. 60. Theſaur. deciſ. 241. num. 4.

Et illud admiratione dignum,
36 cum perfidus ille † Mahometus Chriſtianorum infenſiſſimus hoſtis in ſua nefaria ſecta, omne turpitudinis, ac peccati genus permiſerit, cum ei videretur hoc tam enorme, legem promulgauit in ſuo Alchorano, vt quicunque Deum, aut Chriſtum, aut Beatam Virginem blaſphemaſſet, per medium ſecaretur, ita referunt Caſſan. conſ. 1. num. 69. Decian. d. c. 6. nu. 6. Plot. tract. de blaſph. ſub nu. 10. Et videtur, quòd propria blaſphemantium pęna ſit linguæ abſciſsio, vel perforatio, aut interpoſitio inter duo lignicula, nempe ijs, qui ore blaſphemant, & verbo,
37 in eo † enim membro quis puniri debet, quo delinquit, vt tradit gloſ. per illum tex. in l. ſi fugitiui, C. de ſeruis fugitiu. & gloſ. in Auth. Omnes peregrini. C. commu. de ſucceſſ. & in terminis blaſphemiæ confirmat Afflict. in Conſtit. Blaſphemantes nu. 1. & Boer. deciſ. 301. nu 11. & nu. 15. vbi refert
38 legem Valeſij † Gallorum Regis, qua mandat vt blaſphemans pro prima uice ponatur ad berlinam ſingulis diebus per menſem, & ieiunet eo menſe in pane, & aqua; ſi ſecundò blaſphemauerit, pariter ponatur ad berlinam, & labrũ ſuperius ferro ignito ſcindatur, ita, ut dentes appareant; Quòd ſi tertiò etiam conuictus fuerit blaſphemaſſe, labrum inferius totum

tum abſcindatur; ſed ſi quartò tunc lingua in totum amputet; Aliquando obſeruatum refert Boer. loco cit. num. 16. vt perforata lingua cremarentur, vel capite plecterentur, & ſcribit de vno blaſphematore, qui viuus fuit excoriatus, & de alio, qui viuus fuit combuſtus.

39 Conſtitutionibus verò † Catholicorum Regum Hiſpan. blaſphemus pro prima blaſphemia punitur carcere vnius menſis, pro ſecunda exilio ſex menſium à loco habitationis, & mille quadratum pęna, in tres diſtribuendum partes, quorum vna accuſatori, alia iudici, tertia pauperibus competit. Pro tertia verò blaſphemia lingua clauo perforatur, vt tradit Petr. Matth. in Schol. ad ſeptimũ Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 2. quæ ſanè Conſtit. interpretandæ ſunt ꝑ prima blaſphemia, id eſt pro prima vice punitionis iuxta tradenda nu. 56. & ſeq.

40 Refert Paris de Puteo † in trac. Syndicatus. in verbo, condemnatio, cap. an poteſtas, ante fin. quòd cum eſſet Commiſſarius Regni Neapolitani, & tranſiret per ſyluas, in quibus erant paſtores animalia cuſtodientes, & audiſſet quendam paſtorem alta voce Deum blaſphemantem, illum capi feciſſe, & examinatis teſtibus, qui ſecum aderãt, illico linguam incidi ei fecit, & in arbore quadã illius nemoris affigi iuſſit, vt iuxta illud Sapient. 19. per quæ quis peccat, per ea quoque torqueatur, vt no. in d. Auth. Omnes peregrini, C. comm. de ſucceſ. Boer. d. deciſ. 301. num. 11. ante fin. Aliquæ quoque Reſpublicæ, vt Venetorum, vt refert D. Guliel. Cantarel. var. qq. cap. 38. ſub num. 194. blaſphematores, in propatulo ſiſtere faciunt, & linguæ inciſionis pęna feriunt, deinde ad triremes deportant.

41 In huiuſmodi verò pęnis † ſolet attendi cõſuetudo, necnon locorum ſtatuta tradit Boer. loco cit. num. 17. & in vſu eſſe ſolet pœna triremium, vel temporalis, ſi ſint leues, vel perpetua, ſi ſint atroces, vt refert Clar. in §. blaſphemia, in verſ. ſed quæro quæ ſit pœna. Decian. tract. Crim. lib. 6. tomo 2. c. 6. num. 10. & iſta uidetur pœna ſatis grauis, & vtilis Reipublicæ, & minor morte; ideò frequentius eſt in vſu; hãc quoque, vltra alias iam impoſitas, in Regno Neapolitano, per quadriennium addidit Philip. II. Rex per Pragm. incip. *Perche molti ribaldi*, vt refert Ioan. Baptiſta Baiard. in addit. ad Praxim Clari, §. blaſphemia, numero octauo.

42 Solent etiam blaſphemi † fuſtigari, ſi non ſint conſueti, & ſecũdum qualitatem perſonæ, vt per Iaſ. in l. ait prætor, §. iurari, nu. 14. de iureiuran. & præſertim ſi ſint pueri, vel adoleſcentes, & pro prima vice. Item ſolent etiam ad catenam publicè poni, quę vulgo vocatur *Berlina*, omniũ ludibrio expoſiti, vt cuicunque liceat, faciem eius fędare quocunque turpitudinis genere, intra caput redimiti, vt per Iaſ. d. nume. 14. &

Boer.num.15. Ioan.Oenot.ſupra Inſt.lib.4.tit.de act. §.item ſi quis poſtulet.num.117.qua pena ſolēt puniri plerumque fęminæ.

43 Et quando† puniūtur blaſphemi funis ictibus, vt in illo,qui dixerat Chriſtum proditorem, de quo Clar.in §.blaſphemia,ſub nume. 3. carcere plerunque puniri blaſphemos tradidit gloſſ. in c.2. verb.altrix, de offic.ord.lib.6.

44 Toloſæ obſeruatur,† prout refert Boer. d.deciſ.301. quòd blaſphematores in flumine aliquibus vicibus ſubmergantur, ac quaſi ſuffocentur;ita tamen,vt nō moriantur. Sic antiquitus Papiæ in patria mea obſeruatum refert diffusè D.Dominic. Anſoſſ. vir doctrina inſignis, & non mediocri laude dignus,in ſuo tract.de cultu & vener. ſanctar. reliq. in præfat.num.57. vbi inquit in ponte Ticini erat erecta pertica, in cuius cacumine ligabatur vas vimineum, in quo includebatur blaſphemator ſubmergendus,ſed nō perimendus,vt dictum eſt.

Vtinam ad hoc tam graue ſcęlus euellendum, eſſet modo in vſu lex illa B.Ludouici Francorū
45 Regis,† qui zelo diuini honoris per publicum edictum præceperat, vt blaſphemantes nomē Domini,vel B.Virginis Mariæ cuiuſcunque conditionis, aut nobilitatis eſſent,punirētur ſic, imprimēdo in eorum fronte cautherium ignitum. Cum autem eſſet in iudicio delatus quidam nobilis,pro quo multi orabant; reſpondit B. Ludouicus,ne precemini pro tali homine; nam nobilis quidem non eſt,qui ſic omnipotenti Deo iniuriā irrogat(iuxta illud 1.Reg. cap.2.Qui contemnunt me, dicit Dominus,erunt ignobiles)& ſubiunxit, pro ſingulari gratia mihi aſcriberem, vt tale ſignū in mea fronte imprimeretur;dummodo tam impium crimen à meo Regno extirparetur. ita referunt B. Antonin.3.par.hiſt.titu.19.cap.9. §.4. & Philip. Diez in Sum. prædic.verbo,Blaſphemia, Caiet. verò 2.2.q.67.ar.3.quem refert Gregor.Sair.in Claui,lib.12.capit. 11.
46 num.10.dicit,præfatum † B. Ludouicum præcepiſſe, linguam cuiuſdam nobilis candenti ferro aduri,& cautherizari,eo quia in ipſis, & multorum aliorum conſpectu blaſphemare auſus fuerat, quem etiam pro infami haberi iuſſit, & quidem optima ratione, nam ſi pro infami, & inhonorato habetur is, qui probis viris detrahit,qua certa infamia,ignominia, at pęna dignus erit, iniurioſè loquens contra Deum, qui ab omnibus creaturis ſummè coli,& revereri meretur.

47 Pecuniaria quoque poena †ſæpe multatur blaſphemans, vt Neapoli refert Boer. deciſ. 301. numerò 15. & etiam iure Canonico, vt in ſæpè adducto c. fin.de maled.ubi Abb. nu. 9. poſt Hoſt. in Sum. tit. de maledic. nume. 7. Quæ ſanè poena plus quandoque timetur, præſertim ab auaris, ut tradit Hoſt. loco cit.num.6.& ex-
48 perientia docet. Quare Papiæ† ex ſtatuto 14. crim. blaſphemantes

tes Deum, B. Mariam Virginem, vel Sanctos coguntur pro qualibet vice, ſine aliqua condemnatione, uel pceſſu fiedo, ſoluere libras 20. Papienſ. & maius arbitrio ius dicentis, cuius pœnæ medietas ſit accuſantis; & alia Communitatis; Qui ſi pœnam ſoluere non poterit, uel non ſoluerit, ꝙ ponatur ad catenam publicè in Curia Communitatis Papiæ, & in prædictis non habeat locum pax, nec remiſſio, nec confeſſionis beneficium, & credatur accuſatori cum ſacramento, & uni teſti fide digno, & teneantur ſecreti. Hæc ibi.

Quod quidem ſtatutum declarandum eſt, iuxta tradita per eximium, atque excellentiſſimũ Iuriſconſ. & publicum legum profeſſorem in hoc Ticinenſi Gymnaſio, D. Flauium Tortum Papienſ. in aureis ſuis annotat. ad Statuta Papiæ, & per Ioan. Baptiſtam Plot. eodem tract. numero 18.

49 In antiquis quoque † vrbis Nõuariæ Statutis, dum eſſet Reſpublica, ſicuti vrbis Papiæ, ad formam tituli pacis Conſtantiæ, (vt refert Plot. dicto tract. num. 25.) Extat Statutum tenoris infraſcripti; Ne ſalutis æternæ immemores, eorum animam paruipendentes, quæ cunctis rebus huius ſeculi eſt pretioſior, & omnibus debet præferri, frequẽtent blaſphemare nomen Sanctiſs. Dei, Virg. Matris Mariæ, & Sanctorũ Gaudentij, & Agabij Epiſcoporum Nouariæ ſancitum eſt, quòd blaſphemantes Deum, vel Virginẽ, aut Sanctum Gaudentium, vel Sanctum Agabium, puniãtur pro prima vice in lib. centum Papien. & ſecunda vice puniantur in eiſdem lib. centum; & ponantur ad catenam infamem tribus diebus; & pro tertia vice eis ſecetur lingua, vt in eo puniantur, in quo deliquerunt.

Pro cuius ſtatuti interpretatione, vide Plot. loco cit. vbi dicit, ꝙ
50 ſi quis alium Sanctum † non nominatũ in dicto Statuto blaſphemauerit, qui ſit maior Sãcto Gaudentio, & Sancto Agabio, ibi nominatis, v. g. Sanctum Ioannem Baptiſtã, de quo dixit Dominus: Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta; vel blaſphemauerit Sanctum Petrum, vel Sanctum Paulum, aut Sanctũ Andream Apoſtolos, tanto magis habere locũ pęnam eiuſdem Statuti, per gloſ. in l. omnes dies, ver. Apoſtolicę, in fine, & ibi Doc. C. de ferijs, facit Auth. Multo magis C. de ſacroſ. eccleſ.

51 Quinimò ſi blaſphemauerit † alium Sanctum æqualem Diuis Gaudentio, & Agabio Epiſcopis Nouariæ, puta, Sanctum Syrum Epiſcopum Papienſ. aut Sanctum Euſebium Epiſcopum Vercellarum, idem concludit nempè, debere puniri eadem Statuti pęna, ex quo militat eadem ratio, & eadem equalitas, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patr. gloſ. & Iaſon, in l. à Titio, ff. de verbor. oblig. & ita ſi ſtatuentes fuiſſent veriſimiliter interrogati, reſpondiſſent; ergo

habetur pro ſtatuto, l. tale pactũ, §.fin.vbi gloſ.& Iaſon in fine,ff.de pactis, vbi verò blaſphemauerit inferiorem ipſis nominatis in Statuto, debet puniri pęnis ſtatutis à iure communi, ne remaneat impunitus; quia caſus omiſſus à ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris communis, l.commodiſſimæ, ff.de liber.& poſthum. Plot. loco cit.vbi ſubdit, quòd etiam in hoc caſu debet puniri blaſphemans, nempè, ſanctum inferiorem nominatis in ſtatuto eadem ſtatuti pęna; quia ſtatutum nominat ſolum dictos Sanctum Gaudentiũ; & Sanctum Agabium gratia frequentioris vſus, vt patet ex ipſius
52 verbis; quo caſu † expreſſio caſus frequentioris, vel qualitatis frequentioris,nõ limitat,nec reſtringit diſpoſitionem, etiam pœnalem odioſam, & exorbitantem, quin habeat locum in alio caſu, vbi militat eadem ratio,vel ſtatuẽtes,& diſponentes idem veriſimiliter,ſi fuiſſent interrogati,reſpondiſſent, text. in clem. Abbates, & ibi Ioan.de Imola, & alij Doct.de Reſcript.l.1.vbi gloſ.verbo,ſponſam,C.de rap.virg.Corſet.Sing.in verbo frequentia, & nos in 1. par. Can.qq.ſect...q.10.in princ. D.Io. Baptiſta Coſta, in ſuo eruditiſſimo,& nouo ac perutili tract.de re integra, diſt.88.c.3.

In ſtatu verò Mediolani regulariter in puniendis blaſphemis obſeruatur diſpoſitio nouarum eiuſdem Dominij conſtitutionũ, quæ ex ordine fel.memor.Caroli V. Cæſaris à ſapientiſſimis viris, inter quos aderant Iacobus Philippus Saccus Papienſ. tunc temporis excellentiſſimi Senatus Mediolani præſes, & Reuerendiſſimus Galeatius Petra Papienſ. Senator, & primus Vigleuani Epiſcopus, compilatę fuerunt, & an-
53 no 1541.editæ, † vbi lib.4.titu. de pęnis, §. ſeuerè habetur, his verbis. Seuerè puniendi ſunt hi, qui ſalutis æternæ immemores, Deũ, & Glorioſam Virginem Mariam, Sanctoſque conuitijs, & contumelijs multis modis afficiunt; Ea propter ſancitum eſt,hos blaſphemos,& maledicentes Deo, Virgini Mariæ, & Sanctis, ſeu alicui ex eis,verbo,vel facto, ſiue id faciant irati, ſeu non, & in loco publico fiat, hoc modo eſſe puniendos, pro prima vice in aureis decem, pro ſecũda in aureis viginti; quos ſi intra triduum non ſoluerint,virgis cedantur, vel ictibus tribus eculei; pro tertia verò vice lingua ſecanda eſt.

54 Intelliganturque loca † publica hæc eſſe, Eccleſia, Platea, Via publica, Hoſpitium, Apotheca, vel alius locus, etiam priuatus, in quo congregantur homines ad quoduis negotium; modò tamẽ ſint numero quatuor, vltra familiam illius,cuius is locus eſt. Si verò in priuato factum fuerit pro prima,& ſecunda vice,medietate dictæ pęnę puniendi ſunt; pro tertia verò in aureis viginti. Quòd ſi intra triduum non ſoluerint, pęna corporali, qua ſupra puniendi erunt; Si verò reiterauerint, puniantur hi blaſphemi pęna vltimi ſup-

ſupplicij, vel triremium, arbitrio Principis, vel Senatus. Eo amplius ius dicentibus permiſſum eſt, quòd, ſi eis in quolibet caſuũ præmiſſorum atrox blaſphemia, vel conuitium viſum fuerit, Senatum conſulant, qui ſecundũ qualitatem caſuum dignam pęnam, & maiorem imponet.

55 Sacras autem † imagines Dei, Virginis Mariæ, vel Sanctorum percutientes, vel cum iniuria deturpantes quomodocunque, manu dextra, vel ſiniſtra, in qua ſint magis potentes priuentur; & ſecundum qualitatem caſus grauiori pęna plectendi ſunt, arbitrio Principis, vel Senatus, & hoc pro prima vice, in vlteriori autem pęna vltimi ſupplicij, vel triremium, arbitrio ut ſupra puniantur.

Mandatur quoque primo iudicibus, vt ex officio animosè procedant; & cauſas intra menſem expediant, ſub pęnam ſoluendi de ſuo ęre proprio pęnam, & alia grauiori arbitrio Principis, uel Senatus. Præcipitur etiam mercatoribus, & alijs artificibus, Ancianis, & terrarum Conſulibus, ut prædictos blaſphemantes denunciare teneantur ſub pęna ibi appoſita, & accuſatoribus medietas dictarum pęnarum pecuniariarum applicatur, quod infra quæſt. 12. nu. 14. refertur.

Pro declaratione autem huius Conſtitutionis aduertendum eſt
56 primò, quòd verba illa † pro prima uice, interpretanda ſunt, pro prima uice punitionis, & non blaſphemiæ; etiamſi talis pro illa prima uice inquiſitus fuerit, quòd pluries blaſphemaſſet, facit cap. cum non ab homine, & ibi Abb. notabiliter, num. 28. de iudic. l. capitalium, §. ſolent, ff. de pœnis, & expreſsè tenent Steph. Quarãta, in Summ. Bullarij, uerbo blaſphemia, in addit. & Reuerendiſs. D. Marc. Anto. Genuenſ. in ſua perutili praxi Archiep. Neapol. cap. 78. ubi ſcribit in terminis Bullæ Pij V. ſuperius relatæ, quòd cum inquiſitus fuiſſet in dicta curia, prima uice, quidam Clericus non habens beneficia, quòd pluries blaſphemaſſet Deum, & B. Virginem, & dubitaretur, an deberet condemnari ad triremes, fuit reſolutum, ut diximus, illa uerba Bullæ pro prima uice intelligi de prima uice punitionis, non blaſphemiæ; quare dictus clericus fuit factus exul à ciuitate ꝑ quinquennium pro prima uice; uidentur .n. dictæ Conſtitutiones habuiſſe reſpectum ad correctionẽ delinquentium, uide Ignat. Lopez ad praxim Diaz c. 70. & Farin. in praxi Crim. tomo 1. ti. de delic. & pęnis, q. 20. ſub num. 3. & ſic declarandæ ſunt præfatæ Conſtitutiones, ubi ponuntur dicta uerba pro prima uice.

Secundò aduertendum, quòd ſi in quolibet caſuum prædictorum ius dicentibus atrox blaſphemia, uel conuitium uiſum fuerit, eiſdem ut loquitur dicta conſtitutio, permiſſum eſt Senatum cõſulere, ut pęnas ſeueriores impo-
57 nat; ubi † illud uerbum permiſſum importat neceſſitatem, ut

ius

ius dicentes teneantur,& obligati ſint, Senatum conſulere, ubi atrox blaſphemia; uel conuitium ſit; licet enim uerbum permiſſũ eſt,ſicut et uerbum poteſt,regulariter non importet neceſſitatem, ſed monitionem, quæ non aſtringit, text. et Doct. in l. ſępe audiui Cæſarem,ff de offic.præſid. Attamen,quando delicta ſunt atrocia, iudex tenetur Principem, ac Senatum conſulere,ut duriores imponant pęnas ut in puncto tenet Plot.tract.de blaſph. num.20.

Quinimò nõ ſolum Princeps;
58 verum etiam † iudex inferior poteſt ob delicti enormitatem, aut atrocitatem leges, ſtatuta,ac conſtitutiones ordinarias tranſgredi in puniendo,Innocen.in cap.1.& ibi alij Doct. de conſt. & de communi teſtatur Hipp. Marſyl.in l.1. in princ.nume.59.ff.ad leg. Corn. de ſicar. Quare contra formam ſtatuti Peruſij ſtatim quidam fuit ſuſpenſus, quia interfecerat quẽdam, iuxta perſonam Sũmi Pontificis, dum ingrederetur Peruſium, ut refert Paris de Puteo in tract.de ſyndicatu; Quod procedit in Dominio Mediolanenſi non ſolum in puniendo, verùm etiam in procedendo; quia ſcilicet deuenitur ad torturam, etiãſi indicia non ſint in totum ſufficientia, neque probata per teſtes omni exceptione maiores,&c. vt de iure videtur regulariter requiri: plerumque etiam non edita copia proceſſus informatiui, ita inquit Iul.Clar.in Praxi, §.1.uerſ. ſunt etiam, quem ſequitur, & confirmat Plot.loc.cit.

Tertiò aduertendum eſt,quòd
59 ex forma dictæ conſtitutionis † relinquitur arbitrio iudicis, quæ nã dicatur atrox blaſphemia,& conuitium; ut patet ex illis uerbis, ꝙ ſi iudicibus, &c. & idem eſt de iure communi, relinquitur enim iudicis arbitrio,quæ delicta dicãtur leuia,& quæ grauia, ſiue atrocia, & quæ atrociſſima, Clar. & Plot.loco cit.poſt Andr. Alciat.in c.cum non ab homine,poſt num. 28.de iudic.D. Menoch.de arbitr. caſ.375.à num.9.

Quartò aduertendũ eſt dictã Conſtitutionem non cõſiderare
60 atrocitatẽ † blaſphemiæ,reſpectu perſonæ, vel loci; cum Deum, ac Virginem, & Sanctos blaſphemantes, etiam in Eccleſia, dicat puniri tantum in decem aureis; ſed conſiderare atrocitatem blaſphemiæ,& conuitij,ſolum reſpectu verborum,& infamiæ,l.1.§.iniuriam,ff de iniur.& l.fin.C.de reuoc. don. vbi reuocatur donatio ob atroces donatarij iniurias, nẽpè,reſpectu iniuriæ verbalis,ut declarat cõciuis meus D. Io. Franc. Ripa,in d.l.fin. nu.21.

Non eſt quidem negandum, etiam in terminis dictæ Conſtitu-
61 tionis, quin blaſphemia † prolata in Eccleſia,dum Diuina celebrãtur,maximè multis audientibus, vel in foro,& palatio prætorio coram Prætore, vel prope eum, uel in theatro coram multis, dum fiunt ſpectacula; vel in platea coram populi multitudine, dicatur atrox blaſphemia, & debeat iſte

acri-

acriter puniri, vltra pęnas ordinarias, & iudex debeat Senatum cõſulere, argũm. l. ſi quis in hoc genus, & Auth. Sed nouo iure, C. de epiſcop. & cler. & expreſsè tenet Plot. d. num. 28. Quæ autem atroces dicantur blaſphemię, ut conſulendus ſit Senatus, vide quæſt. 7. à num. 14.

62 Quintò aduertendum, quòd † conſultus Excellentiſſimus Mediolani Senatus à Prætore eiuſdẽ ciuitatis, in quam pęnam cõdemnari deberent aliqui in contumaciam delati ob infraſcriptas blaſphemias in locis publicis prolatas videlicet vnus, qui dixerat, *al diſpetto di Dio;* & alius, *al diſpetto della noſtra Donna*, & alius, *puttana di Dio.*

Reſpondit, vltra pœnam ordinariam dictæ conſtitutionis, condemnari debere in duob. ictibus eculei pro quolibet, in publico dandis; ſi uenerint in fortijs; excepto tertio, quem dixit condemnari debere, præter dictam ordinariam pœnam, in tribus ictibus. ſic habetur in ord. nou. Senatus anni 1551. die 7. Ianuarij in prima addit. Conſt. Mediol. fol. mihi 19. vbi notatur quoque ordo eiuſdẽ Excellẽtiſſimi Senatus circa exequutionem cõdemnationum factarum, nempe, ut blaſphematores non dimittãtur e carceribus, niſi ſoluta prius pęna officio Sanitatis; & ubi extra carceres fuerint, procurent omninò, ut dictæ condemnationis mittantur ad dictum officium intra tempus ibi præfixum; ſub pęna actuarijs tribunalium ſoluendi de ſuo. Et anno 1566. dictus Excellentiſſimus Senatus ad vltimum condemnauit ſupplicium ſatellitem quendam eo, quia atrociter blaſphemando fuit reprehenſus à quodam pio viro, cui ipſe pro retributione vulnus intulit, & ita pro atroci blaſphemia, et vulnere illato fuit ſuſpenſus. Quæ expeditio reperitur in lib. R. malefic. Papiæ, ubi caſus euenit dicto anno 1566. fol. 71.

63 Sextò, quòd pęna † pecuniaria eadem de cauſa exacta debet applicari locis pijs; prout conſueuit Io. Franciſcus Maria Sforcia Mediolani Dux, qui pauperum ſuſtentationi, et Eccleſiarum erectioni huiuſmodi pęnas applicabat, ut tradit Paris de Puteo, trac. de Syndicatu, titu. de Regum, et Principum exceſſibus, num. 12. et Iul. III. in ſua Conſti. incip. In multis deprauatis, ſtatuit, ut omnes dictæ pœnæ pecuniariæ exigendæ ſuſtẽtationi orphanorum utriuſque ſexus applicarentur.

Septimò aduertendum, quod
64 dimidietas † dictę pœnę pecuniarię non debetur accuſanti blaſphematorem, ubi is teneatur ex officio denunciare, et manifeſtare, ut puta Fiſcalis, Bariſellus, Cõſul, Ancianus, et Parochianus; q̃a tales ex officio ad id tenentur; et quod gratis facere quis debet, ſi ob pecuniam facit, turpiter facit; propterea nihil lucrari debet; Bald. in conſ. 394. uol. 1. et in l. uaria, C. de delatorib. lib. 10. Corſet. Sing. in uerbo, ſtatuto cauetur;

et l.

& l.ſi quis in graui, §.vtrum, ff.ad Syllan. vbi per illum text. Doct. dicunt, ſtante ſtatuto, quòd occidens bannitum lucretur cētum, ſi quis occidat bannitum, vel caſu fortuito, vel ad propriam defenſionem, vel ut ſicarius, vel ut officialis; quia ſi tenebatur facere ex officio, non debet habere illa centum, quod multis comprobat Io. Bapt. Plot. tracta. de blaſphemia, num. 20.

Octauò, quod denunciatori blaſphematori credendum non eſt, etiam ratione officij; nam cū infidelis ſit Deo, non poteſt eſſe fidelis hominibus, ca.non poteſt, & c.qp ſine peccato, 2.q.7.& in ca. in grauibus, 3.q.7.& ita reſpondit Anchar.conſ.416.quem referendo ſequuntur Rol.à Val. conſ.52. incip. Quia omni iure, num.44.& Maſchar.de probat. Conclu.207. num.fin.

Notandum quoque eſt, circa pęnas blaſphemantibus impoſi-
65 tas, primo ſtante † ſtatuto, quòd maleficia in Palatio perpetrata duplici puniantur pęna, blaſphemantem in palatio duplici pęna puniri debere, prout optimè contra Bartol.probat eruditiſſimus, & mei amantiſſimus D. Polydor. Ripa, in ſuo eleganti, & vtiliſſimo tract.de Nocturno tempore, cap. 44.num.14.

Secundò notandum eſt, quòd
66 blaſphemus † à teſtimonio in iudicio ferendo repellitur, cap. fin. de teſtib.& ex Conſtitu.Iul.Papæ III.incip.In multis deprauatis; & tradit conciuis meus doctiſſimus D.Franc.de Curte, tract.de teſtibus, concl. 50. vbi loquitur de abnegatore Dei, & Beatæ Virginis; & ratio eſt: quia eſt infamis, d.c.fi. ſi enim offendens maieſtatē Principis mortalis efficitur infamis, l. quiſquis, C.ad leg.Iuliam maieſt. quanto magis offendens maieſtatem diuinam, Alex.conſ.233.Ponderatis, nu.2. vol.6. cap.vergentis, de hæret, cap.ſi apud, 23.q.5.Alex. de Neuo, conſ.2. incip. In Chriſti nomine in cauſa matrimoniali, nu.10. propterea cum blaſphemator non ſit teſtis omni exceptione maior, Ripa in l. admonendi, nu.180.verſ.item in blaſphematore, ff.de iureiur. Felin. in cap.2.in
67 fi. de except. non † poterit in litē iurare, nec in ſupplementum probationis de iure communi, prout concludit Plot. §. 50. de in litem iurando, num. 803. & ſic in cauſa monitorialium fuit iudicatum à D. Vicario Epiſcopali Papiæ. Nec poterit iurare, nec accuſare vigore ſtatuti, volentis credi iuramento damnatum paſſi, vel creditoris, aut alterius, prout ex Ancharan. conſil.407. incip. Plura ex prædictis; & Felin.in d.c.2.in fine, de except.tradit Plot.loco cit.

Nec minus poteſt eſſe teſtis in cauſis arduis, ut in cauſa matrimoniali, & huiuſmodi, vbi de hoc crimine ſaltem ſemel condemnatus fuerit, Couar.in cap.quamuis, par.1.§.7 nume.12.de pact. Alex. conſ.152.uol.5. cum alijs adductis per Thom. Gram. in conſt. Regni Blaſphemantes, nu.2. Bar.Bertaz. conſ.crimin. 284. nume.10. lib.2.

Io.

Ioan. Azor. 1. par. Inſtit. Moral. lib.9.cap.28.quæſtio.19. vide Roland. à Valle, conſil.63. nume.25. vol.2. quo loci inquit, blaſphematori quotidiano non eſſe credendum.

68 Tertio notandum, ſtante † ſtatuto, quòd pro blaſphemia, vel pro damnis datis, pater pro filio, dominus pro ſeruo, vel alius pro alio teneatur, tale ſtatutum non habere locum, vbi patri, domino, vel alij, non poſſet aliqua imputari culpa, Crauet. conſil.3. iudex nume. 16. Marian. Socin. conſilio 122. numero 1. volum.3. & hoc procedit, etiamſi crimen eſſet læſæ maieſtatis, vt vnus teneatur pro alio, Decius conſil.64. Præſupponitur. Secundò reſtringitur, vbi filius, vel famulus eſſet pupillus, Hippolyt. Marſ. ſing.362. Statutum, & Sing. 481. Communis cap.2. vbi Ancharan. de delict. puer. Tertiò reſtringitur, quando eſſet inimicitia inter delinquentem, & illum, qui ex forma ſtatuti tenetur pro delinquente, *Decius* dicto conſilio 64.

69 Quartò blaſphemus † præſertim conſuetus, quacunque Eccleſiæ immunitate priuatur, vnde in ea capi poteſt, ſecundum Nicol. Boer. deciſ.110. per tot. Tiberium Decian. dicto cap. 3. numero 12. Baiard. in addit. ad Clar. queſt.30. numero 15. vbi alios cumulat Couar. lib.2. var. reſol. cap. 20. num. 11. Gutierrez practic. quæſtion. lib.3. capit.4. quæſt.4. num.19. & aduertit Proſp. Farin. in Praxi, lib.1. tit. 4. quæſt. 28. nu. 67. quod probant per capit. fin. de immun. eccleſ.

Quorum tamen doctrina hodie in hoc non eſt attendenda,

70 ſtante diſpoſitione Bullæ † receptæ Gregor. XIIII. incip. Cùm aliàs, cuius quidem tenorem ad verbum referunt Theſaur. for. Eccleſ. par.1. cap.13. numero 15. & ſeqq. & Sum. Bullarij, in verb. Reuerentia diuinorum, circa fin. ibi enim decernitur Eccleſiæ immunitate non gaudere, & excipi tantum publicos latrones, uiarũ graſſatores, publica itinera obſidentes, ac viatores ex inſidijs aggredientes, uel agrorum depopulatores, homicidia, & membrorum mutilationes in ipſis Eccleſijs, earumve cœmiterijs committere non verentes, aut proditoriè proximum ſuum occidentes, ac hæreſis, aut læſæ maieſtatis in perſonam ipſiusmet Principis reos; & datur forma huiuſmodi delinquentes extrahendi ab Eccleſia, quæ forma ſeruanda eſt, etiamſi

71 † notorium ſit, confugientem ad Eccleſiam commiſiſſe delictum exceptuatum in ea; adhuc enim Epiſcopus debet prius cognoſcere, an hoc ſit verum, & poſtea conſignare reũ Curiæ ſæculari; aliàs extrahentes incurrunt cenſuras, & reus eſt Eccleſiæ reſtituendus, vt tradit Praxis Archiep. Neapol. cap.22. num.5. & citat Remig. de immun. eccl. q. fin. Suarez in Praxi, par.1. tomo 1. cap.3. §.3. num.6. Prohibetur etiam omnino, vt poſſit fieri extenſio ad alios æquipollentes caſus, etiam in iure expreſſos, ex paritate, identitate, aut ma-

72 ioritate rationis, adiecta † Clau-
ſula, Sublata, &c. quæ omnem
prorſus extraneam interpretatio-
nem, & extenſionem excludit, vt
conſultus optimè reſpondit Fa-
rinac.conſ.76.num.14. vnde, præ-
ter exceptos in dicta Bulla, ceteri
omnes delinquentes ſunt tuti, &
proculdubio gaudent Eccleſiæ
immunitate.

73 Iccirco Alexan. † Ambroſin.
tract.de immun.& libertat. Eccl.
cap.8.num.10. in fin. dictam Bul-
lam declarando, non benè putat,
quòd ſi blaſphemia eſſet de illa
ſpecie, quæ hæreticalis dicitur,
abſque dubio (vt ipſe inquit) talis
blaſphemus non eſſet tutus in ec-
cleſia, ſicuti tutus non eſt hæreti-
cus; Tum quia hæreticalis blaſ-
74 phemia † longè differt ab hære-
ſi, blaſphemia enim in dicendo,
hæreſis in credendo pertinaciter
aliquod fidei contrarium conſi-
ſtit, ut optimè tradunt Nauar. in
Manual. cap. 12. numero 82. &
alij, & patebit ex inferius dicen-
dis in quæſtio. 6. Tum quia etſi
grauiſſimum ſit blaſphemiæ cri-
men, præſertim ſi hæreticalis ſit
blaſphemia; non tamen blaſphe-
mi puniuntur pœnis, quibus hæ-
retici: Tum quia, ut diximus, ex
diſpoſitione dictæ Bullæ, nulla
penitus in materia iſta fieri po-
teſt extenſio, ut ipſemet Am-
broſin. in dicto tract. pluribus in
locis teſtatur, & præſertim cap. 5.
numero 6. vbi rectè concludit,
75 dicta ratione, † ſacrilegum hac
gaudere immunitate, & tantum
expreſſos per dictam Conſtitutio-
nem eſſe ab Eccleſia extrahen-
dos, & non ceteros, contra De-
cian. qui certè excuſatione di-
gnus eſt, cum non uiderit hanc
Gregorianam Conſtitutionem.

76 Quintò, blaſphemans priuat †
non tantum defenſionibus regu-
lariter, ſecundum Farin. dicto lib.
1.tit.5.quæſt.39.num. 102. et de-
clarat Decian. loco cit. ſed etiam,
ſi moriatur, Eccleſiaſtica ſepultu-
ra, vbi publicè Deum, vel aliquem
Sanctum blaſphemans, nolit iu-
ſtam peragere ſibi iniunctam pœ-
nitentiam; prout ſcripſit Abb. in
cap.2.de maled. verſic. item nota
caſum, num.3. poſt gloſ. in capit.
pro obeunti, 13. quæſt.2. Sylueſtr.
verbo, ſepultura, num.9. ubi con-
cludunt blaſphemis impœniten-
tibus negandam eſſe ſepulturam,
77 niſi † ſaltem ſigna contritionis in
mortis articulo oſtenderint; ad
quod probãdum unus ſufficit te-
ſtis, ſecundum Archid. in c. qui
recedunt, 26. quæſt.6. Rodriq. in
qq. Regul. tomo 3. q.61. ar.1.

Aduertunt etiam Zabarell. in
cap. 2. num. 1. quem ſequuntur
Mar. Socin. numer. 4. & Graff. in
praxi, lib.1. cap.10. num. 23. quòd
cum blaſphemus potuerit in vita
pœnitere, & non pœnituit, etſi in
morte pœniteat, & conſequenter
non ſit ei deneganda abſolutio,
nec ſacra Euchariſtia; attamen
Eccleſiaſtica ſepultura non ſit ei
concedenda, quorum tamen opi-
nio, quo ad ſepulturam, vti rigo-
re plena, non mihi uidetur ample-
ctenda. Non eſſet quidem in ſa-
cro ſepeliendus qui blaſpheman-
do

do moreretur, quia in ſtatu mortalis peccati decederet, niſi eſſet phreneticus. Io. Bapt. Poſſeu. de offic. cur. c. 14. num. 7.

78 Poſſunt autem pęnæ ſupra ſcriptæ minui, & augeri à iudice ex cauſa, circumſpectis diligenter circumſtantijs omnibus tum perſonæ, tum facti; poſſuntq; extendi ad mortem uſque, vbi ex natura blaſphemiæ grauior pęna eſſet adhibenda, vt ſcripſerunt D. Menoch. de arbitr. caſu 375. num. 30. Decian. loco cit. c. 3. quod procedit præſertim in blaſphemijs tam impiè, & ſceleratè in Deum prolatis, vt parietibus etiam ipſis horrorem incuterent, iuxta ea, quæ ſuperius pro interpretatione Cõſtit. Mediol. tit. de pęnis, diximus, & declarat perquàm eruditus Proſper. Farin. d. quæſt. 20. nu. 67. Ioan. Oenot. ſupra Inſt. libro 4. de act. §. item ſi quis, nume. 117. vbi concludit blaſphematores puniri debere arbitrio iudicis.

79 Blaſphemiæ autem pęna pecuniaria, cui ſit applicanda, quidam dicunt, quòd iudici ſeculari; alij diſtinguunt, quòd ſi exigatur à laico, applicetur iudici ſæculari; ſi à clerico, tunc iudici eccleſiaſtico applicari debeat. Hoſt. in Sum. tit. de maled. nume. 7. Abb. in d. c. 2. num. 7. quamuis melius ſit, vbi pijs locis applicetur, iuxta Conſt. Iulij III. vt ſup. diximus. Et ex hoc ſentiunt Doctores, quòd blaſphemiæ crimẽ ſit mixti fori, & quòd etiam clericus poſſit puniri pęna pecuniaria ex delicto, concludit cum alijs Abb. in d. c. 2. in verſ. vlt. quæro, de maled.

80 Conſtat ergo ex ſupra dictis, & multis, quæ adduci poterant, blaſphemiæ horrendum, abominabileque peccatum iuri Naturæ, Diuino, Canonico, ac Ciuili omninò repugnare, atque ideò omni iure damnari, ac punibile eſſe, ut ſcribunt præ ceteris, Caſſan. conſ. 11. nu. 68. & Boer. deciſ. 301.

Qualiter autem coerceantur facti blaſphematores, inhonorantes Sanctorum imagines, earumque violatores, vel irriſores, uide Maſch. trac. de Iudæis, par. 3. c. 13. nu. 18. Brun. de hęret. lib. 5. ca. 20. nu. 8. Simanc. de Cath. inſt. tit. 33. nu. 19. cum ſeqq. D. Menoch. de arbitr. caſ. 376. Clar. §. fin. q. 68. nu. 19. ubi dicit, huiuſmodi eſſe amputãdam manum, mox, & caput, iuxta Conſt. nouam Mediol. ti. de pęnis. §. ſeuerè puniendi, quam ſupra retulimus num. 55.

QVÆSTIO VI.

In blaſphemiæ crimine qui nam ſint iudices.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemiæ crimen cum ſit publicum, quilibet in eo accuſare poteſt.*

2 *Iudex in hoc crimine poteſt inquirere, & punire nullà præcedente infamia.*

Blaſphemi communiter ſunt homines abiectę vitæ, & prauorum morum.

3 *Blaſphemiæ crimen cur à quouis indice puniri debeat.*

4 *Blaſphemus ab vno iudice punitus an poſſit ab alio puniri, & quando.*

5 *Iudæum blaſphemantem quiſnam iudex puniat, & nu. ſeq. ac nu. 15.*

6 *Clericus blaſphemator quare à iudice laico puniri non poſſit.*

7 *Iudex ſæcularis ab eccleſiaſtico requiſitus contra blaſphemum procedente, brachium præſtare tenetur.*

8 *Inquiſitores contra blaſphemos incorrigibiles, & hæreticales, vti de hæreſi ſuſpectos, procedunt.*

9 *Iulius Papa III. fuit Papiæ Epiſcopus, vocatus Io. Maria de Monte.*

10 *Inquiſitores cognoſcunt de blaſphemijs habentibus cum hæreſi vicinitatem, & ſub conditione hæreticaliter prolatis, & nu. ſeqq.*

Non patitur ludum fama, fides, oculus.

12 *Inquiſitores cur non debeant faciles eſſe ad credendum, aliquem per iocum, vel recitatiue verba hæreticalia protuliſſe, & num. ſeq.*

14 *Imagines verberantes, aut deturpantes à quo iudice ſint puniendi.*

15 *Iudæos blaſphemantes quando Inquiſitor puniat.*

Iudæi in quibus caſibus ab Inquiſitoribus puniantur, remiſ. ſub nu. 15.

16 *Iudices ordinarij contra quos blaſphemos regulariter procedant.*

17 *Blaſphemus delatus quando, & quomodo abiurare cogatur.*

18 *Abiurare quid, & qui ad id teneatur.*

Abiurato de leui vt differat ab abiuratione de vehementi.

19 *Abiurare debent maſculi poſt 14. & feminæ poſt 12. annum.*

20 *Inquiſitores quas pœnas blaſphemis imponere ſoleant, & nu. ſeq.*

22 *Punitio delinquentis in quem dirigatur finem.*

23 *Iudex an poſſit punire blaſphematorem cordis.*

Hæreticus occultus in hoc ſeculo puniri non poteſt.

24 *Eccleſia non iudicat de occultis.*

25 *Blaſphemator cordis, & hæreticus quoad Deum talis eſt.*

Hæreſis crimen perficitur, ac punitur ſola mentis cogitatione.

26 *Blaſphemus, ſicut & hæreticus ex eius ſola confeſſione condemnari poteſt, & num. ſeq.*

28 *Blaſphemus abſolutus à Confeſſario an*

poſſit

poſſit puniri à iudice in foro exterio ri,& nu.ſeqq.
29 *Sacerdotis abſolutio ſpiritualem, non temporalem remittit pœnam.*
30 *Abſolutus in conſcientiæ foro de eodem puniri poteſt delicto in foro fori.*
31 *Text. in c. vlt. de maledic. interpretatur.*
32 *Papa an remittat ſolus pœnam blaſphemanti in vtroque foro, declaratur num. 34.*
33 *Pœna blaſphemo debita, an à Rege, vel ab Imperatore, condonari poſſit.*
35 *Blaſphemus quibus in caſibus mitius puniri debeat.*
36 *Cauſæ, ex quibus iuſta ira procedere videtur.*
37 *Iudex quo pacto blaſphemiarum grauitatem, & pœnæ qualitatem metiri poterit.*
38 *Iudex quid animaduertere, quoad accuſatores, debeat.*
39 *Calumniatores quomodo puniendi.*
40 *Accuſans aliquem calumnioſè, ut puniatur, ex nou. Conſt. Dom. Mediol.*

1 Ab blaſphemiæ atrocitatem, & grauitatem in ſe,† publici iudicij crimen hoc dicitur, cum publica quoq; ſit iniuria, prout hæreſis, vt per Bald. in l. 1. §. huius ſtudij, nume. 6. circa fin. Et propterea in eo non ſolum quilibet ad accuſandum admittitur, ſed tenetur, aliàs puniendus, qui non accuſat, cap. ſi quis per capillum, 22. q. 1. Bartol. in l. quod ſenatus, ff. de iniur. Alexan. conſ. 233. num. 5. vol. 6. Montal. de ſent. Pilati, ar. 1. nu. 3. Decian. trac. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 3. nu. 21. Et accuſare poſſunt frater, filius, pater, ſeruus, Hoſt. in ſum. tit. de maled. nu. 2. quem ſequitur Decian. d. lib. 6. cap. 4. nu. 6.

2 Iudex quoque poteſt dicta ratione criminaliter † inquirere, & punire, nulla præcedente infamia arg. eorum, quæ communiter tradunt Scribentes, in cap. qualiter, & quando, el 2. de accuſ. & in puncto tenet Eman. Rodriq. in qq. regul. tomo 2. q. 5. artic. 6. vbi aliam ſubdit rationem, nempe, quòd huiuſmodi perpetrantes peccatum regulariter ſunt homines abiectæ vitæ, & prauorum morum, ſuam paruifacientes famam.

3 Præterea ſciendum, cum vtroque iure ſit hoc crimen prohibitum, vt in præcedenti quæſt. demonſtratum fuit, propterea † mixtum, ſeu mixti fori crimen dicatur, conſequenter de eo vterque tùm eccleſiaſticus, tùm ſecularis cognoſcere poteſt, adeo quod vnius pœna non impedit alterius pœnam, daturque locus præuentioni, vt per omnes in cap. cum ſit generale, de foro compet. Abb. in c. fin. de maled. nu. 4. & num. 9. Ancharan. conſil. 197. Illuſtriſs. Card. Tuſch. tom. 1. Pract. Concl. lit. B, concl. 96. nu. 4. Io. Azor. par. j. Inſt. Moral. lib. 9. cap. 28. q. 5. D. Marius Anton. lib. 3. var. reſol. 12. num. 1. tom. 1. Pius Papa V. Conſt. incip. Cum primum. Speciale autem eſſe in hoc crimine, non in alijs criminibus mixti fori, vt ab vtroque iudice poſſit blaſphemus puniri, tra-

nexionem; ſpectat quoque ad P. Inquiſitores, ut de illis inquirant, iudicent, ac puniāt, Card. in Cle. 1. §. ſanè de uſur. Franc. Squillac. de fide Cath. c. 16. quos cum alijs citat, ac ſequitur Io. Royas de hęret. par. 2 aſſert. 10. nu. 168. Albertin. de agnoſc. Cath. aſſert. q. 22. c. fi. vbi dicit, Inquiſitores regulariter cognoſcere poſſe de blaſphemijs, quæ habent in ſe hæreſim implicitam, vel explicitam.

Extenditur ſecūdo in blaſphe-
11 mijs † hæreticalibus ſub conditione prolatis, vt non credo in Deū, vel poſſim renegare Deum, vel fidem, niſi verum dico, vt probat Io. Royas ibidem, nu. 173. & ſeq. & rationem infra adducemus q. 7. num. 45.

Extenditur tertio, vbi tales blaſphemias per iocum, aut ludum ſe protuliſſe quis dicat; non enim patitur ludum fama, fides, oculus, vt rectè annotarunt Griland. de ſortileg. q. 11. nu. 14. Sair. loco cit. D. Io. Baptiſta Coſta de fact. ſcien. & ign. diſt. 14. cent. 2. nu. 6.

12 Nec debent Inquiſitores † faciles eſſe ad huiuſmodi admittendam excuſationem, nempe per iocum, non ex animo verba hæreticalia quem protuliſſe; quia multoties ſunt cautelę ad excuſandas excuſationes in peccatis, iuxta illud Pſal. 140. & ideo maturiori iudicio res eſt expedienda; ne hac, vel ſimili occaſione tales impij homines condignas effugiant pęnas, vt ſatis piè, & eleganter ſcribit Calder. in tract. de forma proced. contra Inquiſ. de hęreſi, & in rub. de hæret. credētibus. Ideirco nequaquam excuſabuntur, niſi hoc perfectè probēt, Pegna in Direct. Inquiſ. 3. par. com. 17.

13 Idem erit ſeruandum † in illis, qui dicunt, hæreticorum verba recitatiuè ſolum, non approbando, vel laudando, ſe protuliſſe, Sair. in Claui, lib. 6. c. 13. nu. 22. Pegna loc. cit. qui in append. com. 110. d. 3. par. ſubdit, vbi quis dictum hæreticale, vel factum confiteatur, prauam negando intentionem, torqueri talem poſſe, vt intētionem declaret, vide Simanc de Cathol. inſt. tit. 13. nu. 15. & ſeq.

Extenditur quarto in verberā-
14 tes † vel deturpantes Sanctorum imagines, iuxta dicta ſuperius q. 2. nu. 31. hi enim, tanquā vehemēter de hæreſi ſuſpecti, ab Inquiſitoribus ſunt puniēdi, vt probat Prax. Archiep. Neapol. c. 18. nu. 17. & ita fuiſſe ſeruatum in ſupremo Regio Conſilio Hiſpaniarum, cum quodam nouiter conuerſō, qui imaginem B. Mariæ Virginis, lapidè fregerat, tradit Auenzed. lib. 10. Reg. Conſtit. Hiſp. titu. 1. lib. 3. quamuis hunc caſum eſſe mixti fori, teneant Simanc. c. 35. & Clar. §. fin. q. 68.

Extenditur quinto in blaſphe-
15 mijs † Iudæorum in Chriſtum, ac Beatam Mariam ſemper Virginem hæreticaliter prolatis: poſſunt enim Inquiſitores in aliquibus locis cognoſcere, & eos punire per Bul. 75. Gregor. XIII. incip. Antiquā Iudæorum; & ibi habes, in quibus caſibus Iudæi ab Inquiſitoribus puniri poſſint, vide latiſſimè

ſimè in Addit.ad Bertaz.conſilio 250.vol.2.

16 Reſtringitur autē in † blaſphemijs,quæ fidei confeſſioni nō opponuntur; quamuis enim graues ſint, ad alios ordinarios iudices punitionem regulariter ſpectare, tradunt Iacob. Simanch. de Cathol.inſt.tit.8.nume.6.D.Io.Bapt. Coſta de fact.ſc.& ign.tomo1. Inſpect.17.num.10. Theſau.fo.eccl. par.2.c.16.num.30. Trac.inform. Sanctæ Inquiſ.cap.5.& hanc eſſe communem Doct. ſententiam, teſtatur Gregor.Sair.d.cap.13.numero 20.

Quinimò addit Alph.à Caſtro lib.1.de iuſta hæret.pun. & refert Paul.Comit.lib.4. reſponſ.moral. q.9.cap.3.eum puniri non debere ab Inquiſitoribus,qui non ex credulitate hæreticali; ſed ex quadā vehementi perturbatione protulit blaſphemiam; & in edicto generali Bononienſis Inquiſitoris, ut refert Comitol.loco cit.cap.4. Inquiſitori reſeruantur blaſphemiæ contra articulos fidei ex conſuetudine,ut dicemus infra q.12. In Hiſpania autem, teſte Caſt.loco cit. blaſphemiarum iudices ſunt Inquiſitores.

17 Vbi autem †delatus reprehendatur, ita ſenſiſſe, prout dixit, abiurare cogitur,uti in hæreſi deprehenſus, & eſt excommunicatus, vti hæreticus,per Bul.Cœnæ Domini, ſi concurrat pertinacia; & ubi in talibus uerbis hæreticalib. vellet perſiſtere,eaque pertinaciter defendere,vt hereticus eſt tradendus curiæ ſæculari, iuxta cap. ad abolendam,§.præſenti, de hæret. Si verò ita non crediderit;ſed frequenter,& ex quadam cōſuetudine ī ludo,& extra,ex leui turbatione id egiſſe conſtiterit; ut ualde ſuſpectus abiurare tenet; ſi rarò ī ludo, ut leuiter ſuſpectus abiurare debet, iuxta cap.accuſatus,de hæret.lib.6.Vel aliter pęnitere debet arbitrio Inquiſitoris, vt infra Prax.Archiep. Neapol.c. 69.num.9.

18 Et ſciendnm eſt,quòd†abiurare eſt ſolenniter hæreſes deteſtari, cum aſſertione Catholicæ veritatis,iuramento, & pœna adhibita permanēdi in fide Chriſtiana; Omnes autem de hæreſi ſuſpecti,quamuis priuilegiati, & in dignitate conſtituti, abiurare tenētur; & † maſculi poſt 14.annum, 19
& feminæ poſt 12. completum; ita Conc.Toloſ.cap.11.& Biterēſe cap.31.In dicta verò ętate regulariter abiuratur tantum de leui; quæ abiuratio de leui,ſecretò;de vehementi autem publicè fieri debet,Pegna loco cit.par.3.com. 40. Quando verò abiuratio mitior fieri debeat, & non publicè, nonnullis concurrentibus, pulchrè per Roland. à Val. conſi.63. nume.8. lib.3. Menoch.de arbitr. caſu 377.

20 Pęnæ verò,quas Inquiſitores† in locis, in quibus permittuntur blaſphemis imponere ſolēt,vt refert Greg.Sair.loco cit.nu.21.ex Simanc. Roya, Pegna, ſunt; vt,ſi blaſphemia ſit atrox, & blaſphemus ſit plebeius, infami mitra in capite,alligata lingua, & ſine pal

lio

lio in publicum ducatur ſpectaculum, ſummariè facto proceſſu, publicè, ſententia pronuncietur, & confeſtim flagellis cedatur; & in exilium, vel ad triremes mittatur. Si verò nobilis ſit, & honeſtior ſine mitra producatur in monaſterium ad certũ detrudat tempus, pœna mulctetur pecuniaria; honeſtiores enim fuſtibus cedendi non ſunt, l. Capitalium, §. j. ff. de pœnis, Simanc. de cath. inſt. titu. 8. num. 10.

21 In leuioribus autem † blaſphemijs mitius agitur, eorũ arbitrio; ſolent namque blaſphemum, uel illum, qui ſemel aliqua hæreticalia verba, uel ſcandaloſa ex ira dixiſſet, condemnare, ut aliquo die in Eccleſia, dum ſacra celebrant, ſtet nudo capite, ſine pallio, ſine calceis, nudis pedibus, cereum ardentem dextera tenens in forib. Eccleſiæ: & quandoque incluſa lingua inter duo lignicula; quod vulgo dicunt, *metter la lingua in giogo*: & tandem abſolutis ſacris, legitur publicè ſententia contra ipſum lata, & ut plurimum ſine aliqua abiuratione, prout tradit Franc. Pegna in 2. par. direct. commen. 6. & ſequitur Author Prax. Archiep. Neapol. c. 69. in fi.

Iniunguntur etiam ſæpe ieiunia, precationes, eleemoſynæ, & alia huiuſmodi, aliquando pecu-

22 niaria pœna; Quæ † pœnitentię ab Inquiſitoribus iuſtè imponuntur, non tãtum in correctionem, & bonum eius, qui punitur; ſed in bonum diriguntur publicum, vt alij terreantur, & à malis committendis auocentur. Quod quidem, etiam ordine charitatis, priuatorum commodis eſt præferendum, Pegna ad direct. Inquiſ. par. 3. comm. 22.

23 Dubitatum autem fuit, an † iudex poſſit punire blaſphematorẽ cordis tantum; & reſpondetur negatiuè; quia hęc blaſphemia, ſicuti & hęreſis cordis, & interius tantum, nõ poteſt probari in hoc mundo, vbi nec verbo, nec ſcriptis, nec facto peruenit ad illam, ergo nec puniri poteſt in hoc ſæculo; tum quia non videtur, Eccleſiam habere poteſtatem, & iuriſdictionem in actus mentis ſimpliciter internos, D. Thom. 1. 2. q. 91. & in 4. diſt. 18. q. 2. art. 1. & 2. 2. q. 104. art. 5. Palud. in 4. diſt. 17. q. j. ar. 2. D. Antonin. par. 3. tit. 24. ca. 4. Syluеſtr. verb. excommunicatio, el 7. excom. 2. Couar. in reg. peccatum, num. 7. Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de ſicar. Azor. par. 1. Inſtit. Mor. lib. 5. c. 10. verſi. ſecunda opinio. & lib. 8. c. 10. q. 3. Tum quia videtur deciſum in c.

24 ſicut tuis, de Simon. vbi † Eccleſia non iudicat de occultis; ſed ſolum de manifeſtis, cap. erubeſcãt, diſt. 32. cum Deus ſolus ſit ſcrutator cordis, & ſecretorum iudex, & cognitor, cap. ſi quando, 15. q. 6. cap. conſuluiſti. 2. q. 5. ca. ſi omnia, 6. q. 1. ca. Chriſtiana, 12. q. 5. & hec eſt Theologorum ferè omnium receptiſſima ſententia, vt atteſtatur Iul. Clarus in Pract. Crim. §. hæreſis verſ. Quæro an hæreticus occultus, vbi allegat Simanc. tit. de hæret. c. 42. num. 1. & ſeq. hoc idem

idem voluit Lud. Carrer. tract. de hæret. nume. 3. & in term. noſtris Plot. tractatu de blaſphemia numero 4.

25 Talis quidem † cordis blaſphemator, vel hereticus, quoad Deũ, eſt blaſphemator, & hæreticus; quia, vt diximus, ipſe noſcit ſecreta cordis hominum, & quia ſola voluntas cordis, vel credulitas conſtituit quem hæreticum, & blaſphematorem, tex. in capit. excommunicamus, §. credentes, de hæret. Bald. loco cit. & licet non deficiat ius, deficit tamen probatio, l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tut.

26 Reſtringitur, vbi iudici † cõſtaret de blaſphemia cordis per confeſſionem ipſius blaſphemi; quoniam aliter non poſſet probari cogitatio mentis; in hereſi namque, & blaſphemia ſola mentis deliberatio ſufficit ad delicti perpetrationem; eo quia talia delicta nõ requirunt aliquid ab extra, ſed perficiuntur ſola mentis cogitatione: ita inquit Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, nume. 2. C. de epiſc. & cler. Felin. tract. de conatu, col. 2. verſ. quartus caſus eſt. Io. de Anan. in cap. ſi quis epiſcopus, num. 6. de hæret. Franc. Ponzinib. tract. de lamijs, nu. 69. Clar. in § fin. q. 91. verſ. Quæro nũquid ex ſola cogitatione; & eſt cõmunis ſententia ſecũdum Plot. trac. de blaſphemia, numero 4. circa medium.

Quod procedit in his delictis fauore fidei, & cultus diuini; in alijs namque delictis regulariter mentis cogitatio nõ punitur, vbi remanet in meris eius terminis, vltra non progrediens, l. cogitationis, ff. de pœnis, l. ſæpe, in fin. ff. de verb. ſignif. Bald. & alij in d. l. ſi qs nõ dicam rapere, Alberic. de Roſate, in 2. par. ſtat. q. 168. incip. Quærit & Bald. Ponzinib. d. tract. de lamijs, num. 69. verſ. ſexta eſt, quòd licèt.

27 Et procedit, etiamſi † aliter nõ conſtaret de delicto hæreſis, aut blaſphemiæ, niſi per ſolam confeſſionem blaſphemi, aut hæretici; quia ſufficit, vt condemnari poſſit, dummodò talis confeſſio ſit veriſimilis, vel vera; quæ in dubio præſumitur vera, & veriſimilis, niſi confitens probauerit contrarium, l. generaliter, C. de non num. pecun. Ponzinib. tract. de lamijs, num. 70. verſ. ſeptima quod licet, Ludou. Carrer. tract. de hæret. num. 3. verſ. & dixit; in alijs autem delictis ex ſola confeſſione quis damnari non poteſt, niſi conſtet de delicto aliter, quàm per confeſſionem, Ponzin. loc. cit. Felin. in cap. auditis, de præſcript. Io. Baptiſta Plot. d. tract. de blaſphe. nu. 4. circa fin.

28 Dubitatum quoque fuit, † ſi qs in pœnitentiali foro fuerit à Confeſſario abſolutus de blaſphemia, pœnitentiamq; ſibi iniũctam egerit, an in exteriori foro poſſit à iudice poſtea puniri? & reſpond. Caroc. tract. de iura. deciſ. q. 2. in q. princ. nume. 7. quòd non, ex doctrina Barto. in conſ. 16. incip. Miniſter fratrum minorum, ubi inquit, quando ex aliquo delicto

prin-

principaliter offenditur Deus; abſolutio facta in foro pœnitentiæ tollit, vt accuſari ille non poſſit, ſequitur Io. de Anan. in ca. fin. de maled. commendat pro notab. Dec. conſ. 137. nu. 3. & facit, quòd ſtante ſtatuto, vel lege diſponente, vt habens pacem ab offenſo liberetur à pęna ſaltem ordinaria, vt blaſphemus, qui in pęnitentiario foro ab omnipotente Deo, quem offendit, obtinuerit, liberatus exiſtat.

Attamen contrarium verius, 29 & probabilius eſt: † ſacerdotis nãque abſolutionem ſpiritualem pęnam remittere, non temporalem, tradunt Io. And. & alij, in cap. pro humani, de homic. lib. 6. Conar. var. reſol. cap. 10. nu. 3. D. Menoch. noſter de arbitr. caſ. 372. numero 11. & caſu 375. numero 36. Ioan. Azor. loco cit. quæſtione 15. Illuſtriſs. Cardin. Tuſchus tom. 1. Pract. Concluſ. litera A, concluſ. 45. num. 2.

30 Ideoque abſolutus † in eo foro, poteſt in foro fori accuſari, & puniri de eodem delicto, nec talis abſolutio impedit proceſſum; & hunc eſſe vſum ſacræ pęnitentiariæ, teſtantur Gomeſ. in regul. cancell. de non iudic. iuxta for. quæſtione 14. numero 3. Pariſ. conſilio 67. numero 22. libro 4. & nos in 1. par. Can. qq. ſect. 4. quæſt. 15. num. 3.

31 Quòd probatur etiam † ex textu, in cap. vlt. de maled. ubi ſtatuitur, poſtquam blaſphemus pęnitentiam ſpiritualem, & canonicã egerit; & ſic in foro conſcientiæ abſolutus, per temporalem cogatur poteſtatem ad ſoluendã mulctam ibi impoſitam: Aliàs certè ſequeretur abſurdum, vt accuſatus, vel accuſari timens ad Confeſſarium accedens poſſet impune ab eo abſolutionem obtinere; & ſic iudicia reddere deluſoria.

Quare, optima ratione, per Statutum Papienſe 14. in crimin. de quo ſupra mentionem fecimus, ſublata eſt & reiecta talis cautela, quã etſi multi probarint, prout refert Iaſ. in l. 3. §. iurari, nu. 16. de iureiurando: alij quidem, prout Petraſancta, ſingul. 83. Couarr. Ioan. Azor. Simanc. titulo 8. numero 18. Menoch. loco cit. rectè reprobarunt.

Subiungit quidem Decian. loco cit. c. 3. nume. 32. ex Bald. Iaſ. & alijs in l. iuriſiurandi, ff. de iureiur. 32 quòd ſi Pontifex † Maximus blaſphemiæ iniuriam remitteret, cũ ipſe Deum repreſentet, non poſſet blaſphemus in exteriori foro amplius puniri; Quod quidem Epiſcopo loci non eſt permiſſum. Bald. in l. accuſationem, C. qui accuſ. non poſſ. quod notat pro cautela Io. de Arnold. ſing. 4. & caut. 33. ea ratione; quia Summus Pontifex poteſt facere pacem de blaſphemia Deo illata, ut notat Bald. conſ. 6. n. 2. & 11. inter conſ. crim. tom. 2. quo loci, D. Ioanni Galeazzo Comiti Virtutum, Duci Mediolani, Papiæque Princip. Chriſtianiſſimo, interroganti reſpon-

33 dit, pęnam † blaſphemo, præſertim hæreticali debitam, nec de-

plenitudine poteſtatis, nec per gratiam, vel compoſitionem, aut remiſſionem, etiam cum cauſa; nec etiam per decretum gratioſum, cum ſit crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, remitti poſſe, non tantum à Duce, ſed nec à Rege, uel Imperatore, ſed ſcribendum eſſe ad Summum Pontificem, ut ipſe faciat, uel non faciat gratiam, prout ſibi placuerit, arg. l. 1. C. ſiquis Imper. maled. hoc idem expreſsè approbat Benedict. Plot. in dicto conſ. 6.

34 Hinc infero, cautelam † ſupradictam procedere poſſe, quando blaſphemator obtineret abſolutionem à Pontifice Maximo in exteriori foro; ſecus autem, ubi abſolueretur tantum in peniten tiali foro, per literas Apoſtolicas, vel per Iubileum; talis enim abſolutio non prodeſt in foro exteriori, Ioan. Azor. parte 1. Inſtitution. Moralium, libro 8. cap. 19. nume. 6. Ioan. Gutierez libro 1. Canonic. quæſtionum, cap. 12. numero 16. quicquid dicat Ioan. Arnold. loco citato.

35 Mitius quidem † puniendus foret, qui probaret, ſe nunquam in blaſphemiam alias incurriſſe, vt notant Bald. & alij in l. 2. C. de rebus cred. Secundo ſicut & qui per linguæ lubricũ, ſiue indeliberato animo verba etiam hæreticalia protuliſſet, Sair. in Claui dicta quæſtione 13. numero 23. Tertio qui rei licitæ incumbens ex iuſto iræ calore blaſphemaret, Decian. loco citato cap. 5. numero 9. Viu. deciſione 265. nume. 28. libro 2. Simancha de Cathol. inſtit. tit. 8. numero 7. vbi hanc omnium leuiſsimam blaſphemiam eſſe ſcribit, ſi ſtatim proferens pœniteat. Farinac. Praxi Crimin. libro 1. tit. 3. quæſtione 20. a numero 47. quo

36 loci tradit exempla cauſarum, † ex quibus iuſta ira procedere videtur, vt puta in eo, qui habet nuncium de morte filij, vel alterius dilecti Conſanguinei. Item in eo, qui ex improuiſo aliquam patitur læſionem in bonis, vel maiori bonorum parte. Vel qui recipit aliquam inſignem iniuriam, & his ſimilia, Albert. de agnoſcen. cathol. aſſert. quæſtione 27. num. 3. & 8. Ioan. Baptiſta Plot. trac. de blaſph. ſub numero 28. verſic. ſeptimo. vide Io. Royam, tract. de hæret. parte 2. numero 172. Bald. conſilio 100. incip. ſi Iudæus lib. 2. vbi excuſat Iudæum, qui protulerat blaſphema verba de Chriſto, contra quendam Chriſtianum, quòd ab eo ad maximam fuiſſet iram prouocatus.

37 Ex uerborum autem † ac perſonarum qualitate, ex circumſtantijs locorum, & temporum blaſphemiarum grauitatem metiri iudex poterit. Pegna ad Direct. Inquiſ. par. 2. comm. 66. Et ex uarijs cauſarum generibus, quorum regula certa tradi nequit, is pœnæ qualitatem, & quantitatem conſiderare debet, cuius arbitrio hoc relinquitur, ſecundum Alb. dicta quæſtione 27. num. 3. & Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 375. numero 30. & dixi ſupra quæſtione quinta, num. 62.

Caue-

38 Cauere quidem † debet Iudex, diligenterq; circumſpicere, ut notat Decian. dicto libro 6. capit. 6. numero 27. ne ſub ſpecie boni decipiatur à calumniatoribus; qui ſępe, vt quotidiana docet experientia, calumnioſis, falſiſque accuſationibus, innocentes vexant, vt de inimicis ſuis iniquè ſic vlciſcantur, eoſque hac via perdant; propterea veritatem ſcrutari ſtudeat, neque tàm facile accuſatoribus, eorumque
39 teſtibus fidem præſtet. Vbi † verò eos calumniantes repererit, acerrimè, vel talionis pęna, quæ tamen antiquata videtur, oppreſſorum innocentiam vindicet, iuxta Iul. III. Conſt. incip. In multis deprauatis, in qua decreuit falſos denunciatores, & teſtes puniendos iiſdem pœnis, quibus blaſphemi. Et hac in rè conſulat, quæ habentur in tract. informatiuo in cauſis Sancti Officij ad Vicarios S. Inquiſitionis capit. 7. præſertim, & ſequen. necnon in nou. Conſtitut. Dominij Mediolani libro 4. titu. de accuſat. & denuncia. §. ſiquis; vbi decretum
40 eſt, † ſiquis quempiam calumnioſè detulerit, vel accuſauerit, aut notificauerit, condemnetur in expenſis in duplum parti reſarciendis, eadem ſententia, qua reus abſoluitur, ultra pęnas à iure inflictas.

QVAE-

QVÆSTIO VII.

Blaſphemia hæreticalis, vel atrox quæ dicatur, huiuſque reſeruatio ab Epiſcopis facta quomodo intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemiæ peccatum ab Epiſcopis diuerſimodè reſeruatur, & quare talis fiat reſeruatio, & num.ſeqq.*

4 *Milites hodie ut plurimum ſunt magni blaſphematores.*

5 *Blaſphemia hæreticalis quæ propriè dicatur, & referuntur exempla num. ſeqq.*

9 *Dicere, Renego Deum, probatur, execrandam, & hæreticalem eſſe blaſphemiam.*

10 *Locus Num.cap.14.adducitur, & expenditur.*

11 *D.Petrus Chriſtum negando, in maximam incidit blaſphemiam.*

12 *Hæreticales blaſphemi an dicãtur, qui aliquid contra fidem expreſsè non affirmant, ſed ſimpliciter enunciant.*

Quod lingua loquitur, lex præſumptione uiolenta iudicat eſſe in corde.

13 *Blaſphemiæ quæ hæreticales non dicantur adductis exemplis.*

14 *Blaſphemia tribus modis atrox dicitur; quod tamen iudicis, uel Confeſſarij arbitrio relinquitur, nu.ſeq.*

16 *Blaſphemia animo deliberato, & ſtudioſè prolata atrox dicitur.*

Peccare in Spiritum Sanctum quis dicatur.

17 *Homicida ut puniri debeat ex Conſtit. Dominij Mediolanenſis.*

18 *Homicida, reputatur, & punitur, qui inſultũ fecerit contrà aliquem cum telo animo deliberato, ut occidat.*

Decretum gratioſum non comprehendit homicidium animo deliberato patratum.

19 *Atrox blaſphemia eſt dicere, Maledictus Deus.*

20 *Deus eſt ſummè bonus, & omni benedictione dignus.*

21 *Maledictio aufert timorem, & reuerentiam hominum à Deo.*

22 *Locus Leuit.c.24.adducitur, & explicatur uſque ad nu.25.*

23 *Locus D.Aug.ſuper Leuit. quæſt. 83. declaratur.*

Dictio, Autem, eſt aduerſatiua.

24 *Blaſphemus, niſi pœniteat, & in hoc, et in alio ſæculo punietur.*

25 *Blaſphemare, & maledicere Deo non differunt, & quomodo hæc uox maledictio ſumatur, & nu.ſeq.*

27 *Enormis blaſphemia eſt, dicere aliquid opprobrioſum, & ualde iniurioſum contra Deum, uel Sanctos eius; & adducuntur exempla, num.28.29. & 33.*

30 *Blaſphemi atroces ſolent eſſe muliones, rhedarij, ruſtici, & ſimiles, & quare.*

31 *Iurare per uerenda Chriſti, uel B.V. eſt*

blaſphemia enormis.

32 *Iurare per Chriſti verenda ex conſuetudine non caret hereſis ſuſpicione.*

B. Virgo poſt Chriſtum præ ceteris Sanctis honoranda eſt. & ſub nu. 41.

34 *Ad blaſphemiam non eſt neceſſaria formalis indignatio in Deum.*

35 *Dicere, ad deſpectum Dei, eſt atrox, & hæreticalis blaſphemia, & cur, num. 38. & ſeq.*

36 *Bald. conſi. 476. vol. 3. reprobatur, & num. ſeq. in fine, & eſt ſibi contrarius. num. 39.*

37 *Qua ratione P. Suarez dicat dictam blaſph. nempè ad deſpectum, non eſſe hæreticalem.*

40 *Dicere ad deſpectum B. Virginis, uel Sancti Petri, aut Sancti Pauli, an ſit enormis blaſphemia, & num. ſeq.*

41 *B. Virgo eſt mater miſericordiæ, Regina cæli, porta paradiſi.*

B. Virgo poteſt omnia à filio impetrare.

42 *Sancti habent quatuor præcipua in paradiſo, & quænam ſint illa.*

43 *Sanctorum uoluntas neceſſariò eſt Dei uoluntas.*

44 *Qui regulariter in caſu reſeruato hæreticalis blaſphemiæ includantur, et declaratur nu. ſeq.*

45 *Blaſphemiæ hæreticales ſub conditione, cur uerè hæreticales dicantur, & quando tales non ſint.*

46 *Dicens, Deus non eſt Deus, quando princeps hæreticorum dici debeat.*

47 *Lutheri Vuicleph, & Caluini atroces blaſphemiæ, remiſſiuè.*

48 *Dicere, Deum adeo eſſe miſericordem, ut peccata non requirat, blaſphemia eſt hæreticalis.*

49 *Dicere, thurificationes factas in maleficijs, & magicis artibus, uel aliud peccatum placere Deo, eſt hæreticale dictum.*

Velle ut peccatum Deo placeat, eſt grauis blaſphemia.

50 *Dicere, ſi Deus non facit uindictam, non credam eſſe iuſtum, eſt hereticalis blaſphemia.*

51 *Item dicere, putana noſtra Donna.*

52 *Item dicere, Iddio non hà mai fatto queſto matrimonio, declar. in fine.*

Matrimoniorum in ſpecie Deum peculiarem habere curam, ex veteri prouerbio colligitur.

53 *(Matrimonij, e Veſcouati da Dio ſon ordinati.)*

54 *Deus iniquorum malis bene utitur, nec permittit malum fieri, niſi ex eo aliquid boni eliciat.*

55 *Ruſticitas quando excuſet blaſphemiam.*

56 *Ruſtici plerumque ceteris peiores; & cuiuſdam ruſtici atrox blaſphemia refertur.*

57 *Impubes, & mulieres non excuſantur a blaſphemiæ pœnis, & à caſu reſeruato, & num. ſeq.*

59 *Feminæ natura ſua ſunt deuotæ.*

60 *Blaſphemiam proferens hæreticalem, ignorans eam talem eſſe, quando cōprehendatur in reſeruatis.*

61 *Blaſphemias hæreticales ex repentina iracundia proferens, etſi ſtatim pæniteat, non excuſatur à culpa, nec à reſeruat.*

62 *Locus Leuit. cap. 24. explicatur.*

Iracundiæ calor non excuſat delinquentem regulariter à pœna.

63 *In maleficijs non diſtinguitur, an ea emanauerint calore iracundiæ, uel non, quoad pœnam.*

64 *Blaſphemantes hæreticaliter Inquiſitoribus ſunt denunciandi, remiſſiuè.*

Dicen-

65 *Dicentes ad corpus, aut ad ſanguinem Dei, aut Chriſti, vel malum Deo, vel Sanctis imprecando in reſeru. hæreticalis blaſphemiæ non includuntur, & num. ſeq.*

67 *Sacræ Scripturæ verba trahentes ad ſcurrilia non dicuntur hæreticales blaſphemi, & quando non peccent mortaliter.*

68 *Locus Sacri Concil. Trid. ſeſſ. 4. in fine expenditur.*

69 *Sacræ Scripturæ verba Dei digitò ſcripta dicuntur.*

70 *Conſtitutio Synodalis Papiæ contra abutentes Sacræ Scripturæ locis, refertur.*

71 *Blaſphemus propriè eſt, qui ad laudandum Deum turpi utitur uerbo.*

72 *Blaſphemia hæreticalis quando eſt ueniale peccatum non includitur in caſu reſeruato.*

73 *Blaſphemia mentalis non cadit ſub reſeruationem.*

74 *Caſus reſeruati atrocis, ſiue enormis blaſphemiæ, ut intelligendus.*

IMpiorū hominum impietas, & impudentia eò prolapſa eſt circa blaſphemiæ vitium; vt in ea remouenda, vel coercenda non ſufficiant hactenus enarratæ pœnæ in exteriori foro iuſtè impoſitæ; ex quibus blaſphemiæ atrocitas ſatis patet. Quamobrē aliā in interiori foro ritè addendam arbitrati ſunt om-
1 nes ferè Archiepiſcopi, † & Epiſcopi non tantum Italiæ, & Hiſpaniæ; ſed & Galliæ, & Germaniæ, quæ quidem eſt reſeruatio huius peccati, per quam nemo Confeſſarius, niſi ab eis facultatem habuerit, ab illo abſoluere poteſt, & talem abſolutionem de iure ipſis Epiſcopis competere, præſertim ſi blaſphemia ſit publica, communiter tradunt Doctores, vt infra latius declarabitur, quæſtio. 10. in principio.

2 Diuerſimodè tamen iuxta † cuiuſque loci conditionem, ac neceſſitatem, ab Epiſcopis exprimi, & reſeruari ſolet; ut ex eorum patet tabellis Caſuum reſeruatorū, quæ penes nos reperiuntur; Alij namque hæreticalem blaſphemiam; Alij atrocem, ſiue enormem, aut horrendam, vel execrabilem; Alij ex conſuetudine prolatam; Alij publicam, ſiue notoriam; Alij non tantum hæreticalem, ſed ex conſuetudine, & publicam; Alij conſuetudinariam, & notoriam copulatiuè; Alij in Deum, ac B. Virginem Mariam ſibi tantum reſeruant.

3 Hęc quidem † reſeruatio rectiſſimè fit non ſolum reſpectu materię, quę ſapit quodammodo hęreſim, & ob animarum periculum, uerùm etiam ratione publicę pęnitentię imponendę, ſcandali, ac frequentię; adeo enim huius ſęculi ſunt deprauati mores; ut ſi quid aduerſi aliquibus cōtingat, in ipſum Deum culpam reijciant; audaciuſque in blaſphemias contra Deum, & Sanctos prorumpāt;
4 & † miles fortis habeatur, qui grauiter blaſphemat, & qui grauiores, atrocioreſue profert blaſphemias, is lōge fortior, & animoſior habea-

habeatur, vt tradit poſt Neuiz. in
ſua Sylua nupt. Decian. trac. crim.
tom. 2. lib. 6. cap. 2. nu. fi. Quænam
nationes communiter ſint licen-
tioſæ in blaſphemando, & earum
peculiares blaſphemiæ, vide De-
cian. loco cit. Couarr. par. j. relect.
c. quamuis, de pactis, lib. 6. §. 7. nu.
9. & Sot. de iuſt. & iur. libro 8. q. 2.
art. 3. Gambarup. de caſibus reſer-
uat. caſ. de blaſphem. ſub nume. 3.

Aggredior igitur in primis ex-
plicationem caſus hæreticalis, at-
que enormis blaſphemiæ; & dico
5 huius generis † blaſphemiam, ſtri
ctè loquendo, ad aliarum blaſphe
miarum diſtinctionem, illam di-
ci, quæ hæreſim, ſeu falſitatem
contra fidem formaliter, aut
virtualiter continet, ac ſignifi-
cat, & regulariter, quæ ſanctæ
fidei articulis, Chriſtianis om-
nibus notis, vel qui omnibus noti
eſſe debent, expreſsè contradicit,
& directè fidei confeſſioni aduer
ſatur; licet proferens non conſen-
6 tiat. Vt ſunt † iſtæ, pudet quidem
exempla referre; Nego, vel rene-
go Deum; Non credo in Deum;
Renego Chriſtum, fidem, baptiſ-
mum, vel Chriſma, quod in fron-
te recepi, vel Crucem Domini no
ſtri; Vel Hoc nec Deus facere po-
teſt; præſertim ſi aliquid ſit, quod
fieri poſſit, vt tempus clarum, vel
7 ſimile; Vel dicendo, † Beatam Vir
ginem Mariam eſſe meretricem;
quia detrahitur eius puritati con-
8 tra art. 3. Vel proferendo † alia hu
iuſmodi verba nefanda, quæ ha-
bent formam infidelitatis, & fidei
abnegationis, & de directo oppo-
nuntur Symbolo fidei, & primo
Decalogi præcepto. Ita commu-
niter tenent Doctores; Io. Azor.
par. 1. Inſtit. Moral. lib. 9. c. 28. q. 5.
Pegna ad Direct. Inquiſit. 2. par.
com. 66. Bald. & Plot. conſ. 6. num.
11. inter conſi. Crim. tomo 2. De-
cian. tract. crim. tomo 2. lib. 6. cap.
2. nu. 7. Ignat. Lopez ad praxim
crim. can. Diaz cap. 110. in addit.
Prax. Archiep. Neapolit. cap. 18.
nume. 11. Suarez tomo de virtute
Relig. tract. 3. lib. 1. c. 5. num. 7. Sair.
in Claui tomo 2. lib. 6. c. 13. nu. 20.
vbi multos adducit. Farin. in Pra-
xi Crim. lib. 1. titu. 3. q. 20. num. 28.
& ſeqq. & patet ex trac. informat.
ad Vicarios Sancti Officij Inquiſ.
cap. 5. quod infra quæſt. 12. nu. 25.
& ſeqq. refertur.

9 Et quamuis dicẽdo, † *Renego Dio*,
nil videatur attribui, vel derogari
Deo, ex verborum proprietate;
ſed videatur potius apoſtaſia, hoc
eſt, receſſio à fide; attamen, quoad
ſenſum, ſatis derogatur, cum au-
feratur fides ei, in quem credere
debemus, vti creatorem omniũ;
Imo per hæc verba dicitur falſum
de Deo, quòd ſcilicet ei non ſit
credendum; quod quidem fal-
ſum eſt; & ideo renegare Deum,
eſt negare vnitatem de Deo. Hinc
10 habetur Num. † c. 14. Dixit Do-
minus iratus ad Moyſem, vſque-
quo detrahit mihi populus iſte?
quouſq; non credet mihi, in om-
nibus ſignis, quæ feci coram eis?
ex quo apparet, quòd, non credẽ-
do Deo, detrahitur ei: & verba
ſunt Saluatoris Matth. cap. 10. &
Lucæ c. 12. Qui negauerit me co-

ram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, & Angelis Dei; Et ideo dixit D. Thomas;
11 quotlib. 9. art. 14. D. Petrum † negando Chriſtum, non ſolum defeciſſe in fidei confeſſione, ſed etiã maximam incurriſſe blaſphemiã; & niſi fleuiſſet amarè, grauiter punitus fuiſſet, Matth. c. 26. Marc. 14. Io. c. 18. Et de hac blaſphemia ſpecialiter vide Boer. deciſ. 301. Cóuar. in ca. quamuis, lib. 6. par. 1. §. 7. num. 9. D. Menoch. de arbitr. caſu 375. nu. 10. Decian. d. ca. 2. num. 7. Non tantum autem verbis, ſed factis Deus negari dicitur, vt, 11. q. 3. cap. exiſtimant & c. ſeq. vbi habetur, Quotieſcunque vincimur à vitijs, toties Deum negamus.

12 Quicunq; ergo ſacrilego † ore fidei articulos oppugnãt, vel enũciat de Deo, quæ per ſe conuenire illi nullo modo poſſunt, vt, eũ nominando iniuſtum, ignorantẽ, proditorem, vel quid ſimile, hæreticales blaſphemi cẽſendi ſunt: & quamuis expreſsè id non affirment enunciando, ſed ſimpliciter ita nominando; nihilominus virtute ſatis affirmatur, quod ita profertur. Quare contra tales in foro exteriori ſolent, & poſſunt Inquiſitores, vti ſuſpectos de hæreſi, procedere, vt iam dictũ q. 6. Azor. d. q. 5. Sair. d. cap. 20. & ratio eſſe poteſt; quia quod lingua loquitur, lex præſumptione violenta iudicat eſſe in corde. D. Menoc. de præſump. lib. 3. præſump. 1. nũ. 38. Hinc dicerem, non eſſe abſolutè verum, quod aſſerit Graff. in Praxi lib. 1. c. 10. nempe attribuere id, quod eſt Dei, creaturis, eſſe hæreticalem blaſphemiam, & incidere in caſum hæreticalis blaſphemiæ.

13 Aliæ verò blaſphemiæ, † quæ fidei articulis non obuiant, nec formaliter, nec virtute continent falſitatem, quaſi ſpeculatiuam contra fidei veritatem, hæreticales nõ dicuntur, vt ſunt omnes blaſphemiæ, quæ proferuntur per modos optandi, imperandi, aut imprecandi, verbi gratia; cum quis malum Deo, vel B. Virgini, aut Sanctis imprecatur, vel eis maledicit, & gratiarum oppoſitum agit, vel verenda nominat, aut maledicit terræ, & huiuſmodi, ut Dei creaturæ, vel dicendo, Deum tędeat, Per vitam Dei, vel diſpliceat Deo, & ſimiles, blaſphemiæ hæreticales non dicuntur; quamuis inter enormes attentis circumſtantijs quandoq; connumerentur, præſertim ſi adſit magna irreuerentia, vel contemptus: Vel ſint ſpecialiter contra Deum, ac Beatam Virginem, vt colligitur ex traditis ſupra q. 4. circa finem, & dicemus infra quęſtione 10.

Et quia non ſolum ad caſus reſeruati, ratione atrocis blaſphemiæ; ſed ẽt ad nouæ Dominij Mediolani Conſti. in §. ſeuere puniẽdi, lib. 4. ti. de pęnis, & ſtatutorum de hac blaſphemia loquentium, intelligentiam plurimum conducere exiſtimo, declarare, quęnam atroces, ſiue enormes blaſphemię dicantur; propterea præmitto primo, quòd licet de iure tribus mo-
14 dis dicatur † atrox blaſphemia, ex perſo-

perſona,ex loco,& ex facto; vnde regulariter omnis blaſphemia, quæ directè committitur contra Deum,Chriſtum, aut Beatam Virginem, vel Sanctos, dicatur atrox ratione perſonæ; ſicuti dicit atrox iniuria,quę fit contra Magiſtratū, vel Senatorem,§.atrox,Inſtitu.de iniur. ſicut & blaſphemia, quæ ꝑfertur in theatro,foro,uel in conſpectu prætoris, dicatur atrox ratione loci; ſic & ex facto dicatur atrox iniuria,ubi quis ab alio vulneratus, vel fuſtibus cęſus ſit; dicto §.atrox.

Et quamuis, ſecūdum aliquos, atrox blaſphemia dicatur, quæ primum indirectè tangit præceptum, vel magnum parit ſcandalum,ut tradit Viual.in Candel. ſupplem.cap.15.nu.17. Attamen
15 iudicis † arbitrio, uel prudentis confeſſarij, ſeu pij uiri iudicio, inſpectis circumſtantijs loci,temporis, perſonæ, ac gradibus blaſphemiarum, remittendum hoc eſſe, tradit probabiliter Ioan. Baptiſta Plot.trac.de blaſph.nu.27.in fine: & ſupra q.5.nu.59. ex Menoch.& alijs,enormis quidem,& immanis blaſphemia eſt regulariter, cum ſanctum Dei nomen,virtus Dei,ſalutaris Chriſti Paſſio, adoranda vulnera,ſanguis eius,& quicquid ad noſtram ſalutem efficax fuit, ad execrationes,& maledictiones aſſumuntur,ſecundum Ioannem Holthuſium Kempenſem in ſuo Catechiſmo.

Secundò ſciendum eſt, quòd
16 regulariter, † quotieſcunque aliquis animo deliberato, id eſt, ſtudiosè, & ex induſtria blaſphemauerit, non prouocatus ex dicto, nec facto alterius, nec ex aliqua motus ira, nec ebrietate, nec ex dolorum,aut infirmitatum corporis cruciatu moleſtatus, nec ex nuncio aliquo ſui, aut amicorum infortunij, uel periculi turbatus, qualiſcunque fuerit illa blaſphemia, etiam aliàs non atrox,ex hoc efficitur nedum atrox; uerùm etiam atrociſſima; etiamſi aliàs leuis eſſet,& debet acrius puniri;& iudex, iuxta dictam Mediolanenſem Conſtit. tenetur Principem, uel Senatum conſulere; quia dicitur peccatum, & blaſphemia in Spiritum Sanctum;ille enim peccat in Spiritum S. cui malitia propter ſe placet, Magiſt. ſent. lib. 2. diſt.43.D.Thom.2.2.q.14.ar.1. Io. Baptiſta in eod.tract. ſub num.28. uerſ.ſeptimò. Lud.Carb.tomo 3. in Summ.lib.1. cap.59.uerſic.Decimum.

17 Quod comprobari pōt ex † noua Dominij Mediolani Conſti.ti. de pœnis,§.homicida, vbi ſic habetur; Homicida capite puniatur, ita quòd moriatur; & tanquam homicida puniatur, quicunque, etiam non ſequente morte, tantūmodo vulnerauerit, aut inſultum cum telo euaginato fecerit, animo tamen deliberato occidēdi;etiamſi non lædat,vel occidat; pari modo intelligatur quicunq; huiuſcemodi penſato maleficio auxilium dederit, conſiliumve; quamuis etiam is manus ad opus non extendat.

18 Quare ſi ipſa Conſtitutio † reputat

putat homicidium animo delibe rato commiſſum, adeo atrox, & atrociſſimum, vt non ſolum puniat pęna mortis eum, qui alium animo deliberato occidit; ſed ēt tali animo occidendi, tantūmodo vulnerauit, aut inſultum cum telo euaginato fecerit; etiamſi nō lędat, vel occidat, iuxta l.is, qui cū telo, C. ad leg. Cornel. de ſicar. quin & homicidium animo deliberato patratum nō comprehenditur in decreto gratioſo, vt patet ex decreto gratioſo ob lętitiam filioli Regis Hiſpan. public. anno 1571. die 18. Decemb. & habetur in ordin. Senatus Mediol. fol. mihi 81. quanto magis debet blaſphemia cenſeri atrox, & atrociſſima, vbi fiat animo deliberato, etiamſi aliàs eſſet leuis, cum blaſphemia ſit maius delictum, quā homicidium, D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 2. & facit Auth. Multo magis, C. de ſacroſ. eccl. Plot. loc. cit.

Tertiò, quòd reſpectu verborum atrox, ſiue horrenda blaſphe
19 mia eſt, † ſi dicatur, Maledictus Deus, Maledico Deum, Couar. in cap. quamuis, par. 1. §. 7. verſ. 7. referunt Menoch. d. caſ. 375. num. 13. Decian. d. c. 2. num. 9. & idem tenent Gram. deciſ. 50. nume. 6. Graff. in Praxi, lib. 1. cap. 10. num. 27. ita in facto R. Rectori Curato reſpondi in caſu cuiuſdam mulieris: nam, vt inquit D. Hieron. in c. ſi igitur Michael, 24. q. 3. ſi Michael Archangelus non fuit auſus diabolo, & certè maledictione digniſſimo, iudicium inferre blaſphemiæ; quāto magis nos ab omni maledicto puri eſſe debemus, & præſertim in Deum Creatorem, Saluatorem, & Conſeruatorem noſtrum, & per quem benedicimur.

20 Et probare placet primo, qa † maledicēdo hō putat Deū dignū maledictione; cum tamē ſit ſummè bonus, & dignus omni benedictione; ideò dicitur Paral. 1. ca. 16. Confitemini Domino, quoniam bonus; & idem dicitur Pſal. 117. & ideò dignus laude, vt dicitur 2. Para. c. 7. Laudate Dominū, quoniam bonus; & idem Pſal. 134. Dignus etiam benedictione; & ideò dicitur Pſal. 102. Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me ſunt, benedicāt nomini ſancto eius, & in Cantic. trium puerorum; Benedicite omnia opera Domini Dominū, laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula; Benedicite Angeli Domini Domino, benedicite omnes cęli Domino, &c. vbi egregiè eruditiſſ. ac Illuſtriſſ. D. Card. Bellar. in explan. Pſalmorum. Maledi-
21 ctio † autem aufert timorem, & reuerētiam hominis à Deo; quia dicitur Pſalm. 134. in fine. Qui timetis Dominū, benedicite Domino; & ideo ualde graue eſt peccatum, vt colligitur Numer. cap. 24. Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus; & qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur.

Secundò apertiùs probatur grauitas huius blaſphemiæ ex ca. 24.
22 Leuit. † ibi Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum, & qui blaſphemauerit nomen

men Domini morte moriatur; ex quo videtur intelligēdum, quòd maius ſit peccatum blaſphemare nomen Domini quàm maledicere Domino; quod etiam perpendit D. Aug. & ſibi durum, & obſcurum viſum eſt, ſuper Leuit. q. 87. ſed aduertendum, ꝙ D. Aug.
23 † in ſuo textu habuit aduerſatiuam dictionem, Autem, loco copulæ, Et, quam nos habemus: In ſuo enim ſic erat ſcriptū: Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum: qui autem blaſphemauerit nomē Domini, morte morietur; dictio enim illa, Autem, aduerſatiua aduerſatur præcedenti; ideò neceſſariò intelligendum erat, quòd iſta duo delicta eſſent diuerſa; & ideo D. Aug. dicit, quod ſi non eſſet illa aduerſatiua, autem, potuiſſet ſaluari, ꝙ idem eſſet peccatum maledictio, & blaſphemia; ſed quod repetijt
24 † Deus, vt denotaret, blaſphemū, nō modo portaturum peccatum ſuum in alio ſæculo, cum quo æterno igni cruciabitur in inferno; ſed quod eſt tantum ſcelus, vt ēt hoc ſæculo morte puniatur. Sed dubitat D. Aug. de iſto intellectu, propter illam aduerſatiuam Autem, quam cum nos non habeamus, ſed eius loco copulam; tenenda eſt D. Aug. concordia, ꝙ. ſ. per copulam illam, Et, repetierit idem, ad denotandam atrocitatē huius blaſphemiæ: quod cum Decian. loco cit. comprobo; quia cū
25 ſupra dixiſſet, † quòd ille homo Iſraelita ex Aegyptio natus blaſphemauerat nomen Domini, & maledixerat ei, ſubdit, quòd Deus interrogatus à Moyſe, quid ſibi de eo agendum eſſet, reſpondit, & dixit; Educ blaſphemum extra caſtra: quod hoc ſolo nomine blaſphemi nominat eū, qui etiam blaſphemauerat, & maledixerat, quaſi, ꝙ eo nomine vtrumque comprehenderetur.

Inſuper communiter Docto-
26 res tenent, maledictionem † à blaſphemia nil differre, quoad Deū, vt per Socin. conſ. 102. nu. 6. vol. 1. & Luc. de Pēna in l. omnes, C. de delat. lib. 10. num. 4. vbi, licèt (inqt) ex verborum proprietate videatur differre blaſphemia à maledictione, quæ eſt imprecatio alicuius mali; attamen apud nos confunduntur; & idem etiam tenēt Grammat. in Conſt. blaſphemantes, num. 10. & ſeq. Decian. d. cap. 2. num. 9. poſt med. Suarez tomo de ſtatu Relig. trac. 3. lib. 1. capit. 4. num. 8. vbi inquit, maledictionis vocem ſumi, non tantum pro imprecatione alicuius mali; ſed in vniuerſum pro locutione cuiuſcunque mali, iuxta illud Pſal. 77. Et malè locuti ſunt de Deo, dixerunt; Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? &c.

Quartò enormis dicetur blaſ-
27 phemia, ſi quid opprobrioſum, † & valde iniurioſum proferat contra Deum, vel Sanctos eius, vt p Bart. in l. apud Labeonem, §. ſed quod adijcitur, de iniur. ſequitur Alex. conſ. 233. num. 6. & 11. vol. 6. & ideo enormis illa dicetur, de qua Cępol. conſ. 76. viſa inquiſitione, nempè, *ſe Dio il diceſſe io di-*

ria

ria, che il mentiſſe per la gola, & licet ipſe non dicat, & fortè erant prolata verba ſuper re vera, & quam non potuiſſet Deus facere, ut ita non eſſet: attamen iuxta dicta in præcedenti q. 3. dub. 3. n. 24 quia addita ſunt verba illa contumelioſa, & iniurioſa, & inſpecto ſuperbiæ affectu dicentis, non tantum blaſphemia, ſed atrox eſt iudicanda. Vide Cepol. loco citato, Gram. in Conſt. Regni, incipien. Blaſphemantes, num. 20. Decian. loco cit. num. 10. ſicuti eſt dicere, *putana di Chriſto*, Et ſic in facti contingentia dixi, atrociter blaſphemaſſe, qui dixit, ad ſanguinē ſcorti S. Pauli.

Quintò idem dicendum eſt,
28 de blaſphemia, † quam protulit quidam, nempe, *nè tu, nè quel &c.* quæ pro atroci iudicata fuit Mediolani, ut refert Clar. ī § blaſphemia, col. 2. verſ. ceterum Senatus; & hoc procedit, etiamſi verba opprobrioſa, & iniurioſa non eſſent prolata immediatè in Deum, vel in Chriſtum; ſed mediatè, vt fuerunt illa ſceleſtiſſimi Iudæi, qui altercando cum Chriſtiano dixit, *la fede uoſtra etc.* contra quem conſuluit Socin. conſ. 119. vol. 4.

29 Sextò, ſacrilego ore dicere † *put. di D.* vel dicendo, *D. parteſano, cioè partiale.* Plot. de blaſph nu. 27. Gaſp. Ant. Theſau. in qq. for. lib. 1. q. 78. num. 2. vbi refert de eo, qui ludendo dixerat, *al diſpetto di quel becco, etc.* & hæ ſimileſque blaſphemiæ non tantum atroces, ſed hæreticales dicuntur, vt ex tract. informat. ad Vicarios S. Inquiſitionis c. 5. quarum quidem uaria, & horribilia exempla enarrātur per Fratrem Matth. Corradon. in Speculo Confeſſar. in 2. præcepto, & per Antonium Solam ad nouas Conſt. Sabaud. tit. 22. de blaſphe. gloſ. à num. 9. nouiſſimè Graff. in Praxi, lib. 1. cap. 10 num 44. & Lopez ad prax. Diaz cap. 3. quibus certè chartam conſpurcare me pudet.

30 Et in huiuſmodi horrendas † blaſphemias incidere ſolent nebulones, muliones, rhedarij, ruſtici, & ſimiles abiecti homines; blaſphemia namque, ut notat Rodriq. tom. 1. qq. reg. q. 5. art. 6. in fi. eſt peccatum hominum abiectorum, quippe qui cum patientes, & lenes non ſint, quæ ſibi mala eueniunt, Deo tribuunt, & ira, ac indignatione correpti, Deo, & Sāctis cum Chriſto regnātibus, impio ore, multa inhoneſtè, & impudenter effutiunt; & ſæpe hi miſeri, & parum Deum timentes ſolent femineū ſexum Deo, & Sanctis attribuere, quod magna ſanè eſt impietas, & abominatio, vt notat Loartes de Blaſph. remed. 8.

31 Septimò enormis blaſphemia † eſt iurare p Chriſti D. N. & B. M. ſemper Virginis verenda ex Bal. in l. accuſationem, col. 3. C. qui accuſ. poſ. & paria ſunt maledicere Deum, uel de eo verba pudibunda proferre, Bald. in l. vnica, C. ſi quis Imperat. maled. ſequitur Iaſ. in §. item ſi quis, il 2. num. 60. Inſt. de act. vbi cum Bald. in d. l. accuſa-
32 tionem tenet, iurantem p Chriſti verenda, præſertim ex conſuetudine

tudine

tudine non carere hæreſis ſuſpicione, ita tenent Marant. in 6. par. de ord. iudic. in rubr. de iuram. & eius differētia, & uſu nu. 43. Plot. trac. de blaſph. nu. 27. Boer. deciſ. 301. col. 2. verſ. quinto. Vide Decian. loco cit. c. 2. num. 11. & enormem eſſe blaſphemiam, iurare p verenda B. Mariæ Virg. Deiq; genitricis, tenet cum Io. de Anan. in c. 2. de maled. Alber. de agnoſc. aſſer. Cath. q. 6. nu. 21. cum ipſa poſt Chriſtum præ ceteris Sanctis honoranda ſit, ut probatur in d. ca. 2. cum dignior, & excellentior fuerit, & ſic cunctis Apoſtolis, ut dicit tex. in cap. noua, de pẹnit. & remiſſ.

33 Octauò, ſub atroci cōprehēdit† dēt blaſphemia illa, de qua Viu. deciſ. 275. ſub nume. 18. videlicet; Nec Deus, ſi deſcenderet de cẹlo, amoueret frumentum de area ipſa, prout dixit quidam, cum alio altercando; & licet Viu. ibi videatur talem blaſphematorem excuſare, arg. eorum, quæ dicit Franc. Vegius Patritius noſter conſ. 48. vol. 1. ubi à crimine blaſphemiæ defendit mulierem, quæ dixerat, *al diſpetto di quel becco, che mi ſostiene al mondo*; qa hæc verba ad alios, quàm ad Deum, & ſic ad homines referri poſſunt: ſecus in caſu noſtro, in quo uerba tantū ad Deū referri poſſunt; & à diuerſis non fit illatio vulg. iuribus.

Et cum dicta verba de ſe blaſphema ſint, non erit ſufficiens excuſatio, quòd non contra Deum, ſed contra illum, cum quo fuit facta rixa, ea fuerint prolata, alioqui etiamſi aliquis ex ſimili indignatione ad hominem, cum quo contendit, prorumperet in uerba maledictionis, vel abnegationis Dei, non blaſphemaret, quod dici nō

34 poteſt; Ad blaſphemiam † enim non eſt neceſſaria formalis indignatio in Deum, ſeu in actu ſignato, ut ſic dicam; ſed ſatis eſt, q in actu exercito ex indignatione cum homine prorumpat aliquis voluntariè in verba contumeliæ contra Deum, ut optimè tradit Suarez tomo de ſtatu Relig. trac. 3. lib. 1. c. 6. ſub nu. 11.

Nonò diſcutiendum uenit, an
35 dicere, † *al diſpetto di D.* ſit blaſphemia, quæ inter atroces connumeretur? Bald. in conſ. 576. incip. ille, vol. 3. non tantum uidetur negare, hanc eſſe blaſphemiam enormem, ſed nec inter blaſphemias admittere: et fundatur in cōmuni loquēdi vſu, ex quo, inquit, iſta ſunt iniurioſa, et contumelioſa uerba potius, quàm maledictio, & blaſphemia, iuxta l. quotiens, §. ſiquis nomen, ff. de hẹredib. inſti. quem ſequitur Alex. in addit. ad Bar. in l. item apud Labeonem, §. ait prẹtor, de iniur. & utrunq; refert, ac ſequitur Io. de Anan. ſing. 4. & nouiſſimè hoc tradit Card. Tuſch. tom. j. Pract. Concl. 95. nu. 3. & ſeq. lit. B.

Contrarium tamen tenuerūt, & rectè, Imola in l. his uerbis, §. j. §. de hẹred. inſt. Socin. conſil. 102. incip. in prẹſenti cōſultatione, in
36 ultimus uerbis, uol. 1. ubi dicit † Bal. in d. conſ. non dixiſſe uerū, & Petrum Baldi fratrem in eodem

facto

facto contrarium conſuluiſſe, & quod ipſemet Bald. non probat intentionem ſuam, & Boer. deciſ. 301. in princ. tradit, hanc opinionem, tàm ſecundum Theologos, & Canoniſtas, & iuris Ciuilis Profeſſores ueriorem, magis communem, & receptam eſſe, & in puncto iuris ueriſſimã, tenet Decian. trac. crim. tom. 2. lib. 6 c. 2. num. 4. Et ita in magna Curia Vicariæ Neapol. iudicatum, & in appellatione fuiſſe confirmatum per Cõſilium Regium, & executum cõmuni uoto, teſtatur Gram. deciſ. 50. incip. Marcus Spattar. Et Couar. in cap. quamuis de pact. lib. 6. par. 1. §. 7. nume. 9. refert expreſsè cautum eſſe in Pragm. Regni Hiſpan. Conſtit. uerba, *al deſpecho de Dios*, blaſphemiam importare, qđ nouiſſime confirmant Io. Capeauil de caſib. reſeru. cap. 19. q. 2. & Franc. Suarez tom. de ſtatu relig.
37 tract. 3. lib. 1. c. 5. n. 8. quãuis † connumerari inter hereticales, uel enormes negẽt; ſubdit enim Suarez, per hoc uerbum non ſignificatur aliquid fieri poſſe contra efficacem Dei uoluntatem, ſed uel ſignificatur uoluntas faciendi aliquid, etiamſi Deo diſpliceat, eo modo, quo diſplicere poteſt per antecedentem uoluntatem; aut ſignificat; ꝙ nihilominus eſt magna irreuerentiá, & magnus Dei contemptus; uel certè profertur etiam per modum imprecationis optando Deo diſplicentiam, uel tędium de tali re.

Quare à D. Menoch. & Bertazol. in addit. ad conſ. 553. Bartholomei eius patris, lib. 2. & ab alijs communiter reprobatur Bald. loco citato, negans, hanc dici blaſphemiam.

38 Imo ad hæreticales pertinere † uidetur dicendum, quia ſic dicẽs, facit Deum impotentem, quantũ in ſe eſt: dicit enim, ſe aliquid facturum, uelit, nolit Deus, ac ſi diceret, Deus hoc minimè prohibere poteſt, ut notant Franc. Tolet. in Sum. lib. 4. c. 13. nu. 6. Greg. Sair. in Claui, lib. 6. ca. 13. nu. 3. Vndè inter atrociores blaſphemias connumerari rectè declarauit Excellẽtiſſimus Senatus Status Mediolani teſte Clar. in Praxi, §. blaſphemia, nu. 2. uerſ. ſed nunquid; quẽ referendo ſequitur Maſchar. de probat. lib. 3. concl. 194. num. 3. Plot. trac. de blaſph. ſub num. 27. & ita cenſuit Senatus Pedemontanus, ut fidem facit Gaſp. Anton. Theſau. in qq. forenſ. q. 78. nu. 3. uerſ. Senatus tamen. & tenet Farinac. in Praxi, lib. 1. titu. 3. q. 20. nu. 13. poſt Decian. d. ca. 2. num. 4. ubi hanc atrociſſimam, & ſceleratiſſimam blaſphemiam eſſe affirmat, teſtaturq; ita in Venetorum uniuerſali ditione ſeruari.

39 Imo ipſemet Bald. † una cum Benedicto Plot. conſ. 6. nu. 11. inter conſ. crim. tomo 2. concludit, talem blaſphemiam non tantum atrocem; ſed uerè hæreticalem eſſe, quia ut ipſe ſubdit, ſic dicens, negat Dei potentiam, contra primum Symboli articul. Credo in Deum Patrem Omnipotentem; & pro hæreticali habetur in Sancto Inquiſitionis Officio, ut notatur

tur in tract. informat. in cauſ. Sancti ad Vicar. S. Inquiſ. cap. 5. quicquid dicant Io. Capeauil. & Suarez loco cit.

Decimò dubitatur, ſi quis di-
40 cat, † ad deſpectum Virginis, vel S. Petri, aut S. Pauli; & ſic de alijs Apoſtolis, vel Sanctis, an ſit blaſphemia atrox; & videtur, quod non; quia omnipotentia non attribuitur B. Mariæ, & Sanctis, prout tribuitur Deo; & cum illa verba ſonent in grauem blaſphemiam ea quidem ratione, quia negāt Dei omnipotentia, in Sanctis verò nō poteſt negari omnipotentia, quā non habent; attamen per iſta verba induci grauem blaſphemiam, teneo cum Decian. d. c. 2. num. 5. nam quoad B. Virginem, nulli du-
41 bium eſt, cum ipſa † ſit Mater miſericordiæ, Regina Cęli, Porta Paradiſi, & demum exaltata ſuper omnes Angelorum choros, iuxta illud Eccl. c. 24 vti mater Chriſti, qui eſt *Deus*; quin ſit ſuper omnes Sāctos potens per Chriſtum, & multo magis ſuper omnes mortales, vt declarat etiam D. Tho. in 3. par. q. 7. art. 10. ad primum, & q. 27. c. 1. & in 3. diſt. 13. q. 1. ar. 2. q. 1. ergo qui dicit, quòd ea inuita faciet, ſibi maiorem tribuit poteſtatem, quàm B. Mariæ Virgini, quæ à filio omnia impetrare poteſt.

Et idem videtur dicendum de Sanctis, hac efficaciſſima ratione;
42 nempe † cum Sancti quatuor habeant præcipua in gloria æterna, videlicet plenam Dei viſionem, & cognitionem, perfectam dilectionem, copioſam refectionem, & eminentem authoritatem, ut per *D.* Tho. ſuper Iſa. c. 51. nūquā poſſunt velle, quod ſciunt, *Deum* nolle; quia aliàs, vel neſcirēt, *Deū* id velle, & hoc repugnaret viſioni, & cognitioni *Dei*; vel ſi ſcirēt, & cognoſcerent, *Deum* quid velle, nollent eius voluntati contraueni ire; quia aliàs repugnarent dilectioni, ergo impoſſibile eſt, quod velint aliquid, quod *Deus* nolit, & per conſequens dicendo, *al diſpetto di S. Pietro*, idem eſt, ac ſi di-
43 ceret, *al diſpetto di D.* quia † voluntas Sanctorum neceſſariò eſt voluntas *Dei*; & ideo in effectu videtur idem eſſe, dicere, *al diſpetto di Dio, al diſpetto de Santi.*

Fateor quidem, nec in hoc diſcrepat *Deci*an. loco cit. atrociorē eſſe proculdubio blaſphemiam, quæ directè in *Deum* dirigitur, quàm quæ in Sanctos, licet mediatè, & per indirectum *Deus* blaſphemetur, uti dictum fuit ſupra quęſt. 3. num. 54.

Quibus ſic præmiſſis concludi-
44 mus quòd vbi reſeruatur † hæreticalis blaſphemia, comprehendantur in caſu reſeruato, non tantum expreſsè dicentes, renego *Deum*, fidem, &c. vt ſupra diximus; ſed qui tacitè, & ſub conditione proferunt tales blaſphemias, prout ſolent aliqui, puta, non credo in *Deum*, vel poſſim renegare *Deū*, vel fidem, ſi te non percutiam, vel illud faciam, aut veritatem dico; quia non allegat *Deum* in teſtē;
45 ſed profert blaſphemias † hæreticales, licet cōditionales; quæ quidem habent in ſe puram, implici-

tam affirmatiuam, hoc eſt, quòd ſi ad percutiendum illum opus fuerit, in Deum non credere, uel fidem renegare, paratus eſt, id libenter facere, & ita ineſt deprauata uoluntas, vt rectè declarat Io. Royas de hæret.par.2.nume.174. & colligitur ex Couar.in ca.cuiuis, de pact.lib.6.par.1.§.7.num.8. & ſeqq. Claud. Bertaz. in addit. conſ.crim.553. Barth. eius patris lib. 2. Et propterea Inquiſitores communiter cognoſcunt de huiuſmodi blaſphemijs hæreticalibus, vt ſupra dictum fuit. q.6. nu. 10. & ſeq. Verùm adde, quòd ſi quis diceret, poſſim Deum renegare, ſi hoc non eſt uerum: & iuramentum contineat veritatē, non dicerem blaſphemiam, nec conſequēter includi in reſeruatione ſic iurantem; quamuis ſit modus iurandi irreuerenter, vt etiam tenet Graff.in prax. lib. primo, c. 10. num.46.

Extenditur, ſecundo in dicen-
46 te, prout impius quidam, † Deus non eſt Deus; quia ſic blaſphemans, inquit Bald. conſ.85.incip. Regula iuris, vol.1. prout eum refert Arnal. Albert. de agnoſc. aſſert.Cath.q.16.num.18. eſt hæreticorum princeps; quia ſcriptum eſt in Symbolo Apoſtolorū; Credo in Deum: & in Pſal.13. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus; quod intellige, quando ita crederet; tunc enim non ſolum uerbo exteriori, ſed corde hæreticaliter blaſphemaret; & tunc dicitur hæ-
47 reticus blaſphemus; prout † Vvicleph, Lutherus, et Caluinus hæretici, qui quaſdam impias hæreticales blaſphemias aduerſus Deū, & Chriſtum protulerunt, quas horroris cauſa taceo; & refert Alexand. Peſan. in com.breu. ad D. Thom.in 2.2.q.11.propoſ.prima, dubit.5.

48 Extenditur tertiò in dicentib. † Deum adeo eſſe miſericordem, vt peccata non requirat; vel adeo iuſtum, ut pęnitentes nōn recipiat; imò ſi pertinaciter hoc credant, ſine dubio ſunt hæretici, prout notat Gabriel Pariſ.lib.1.de fide, ca.3.et ſequitur Iacob. Graf. in praxi, lib.1.c.10.nu.49.

Extenditur quarto in eo, qui
49 diceret, † turificationes, et fumigationes, quæ fiunt in magicarū artium, et maleficiorum exercitio, eſſe ad Dei honorem, et ei placeant; quia eſt blaſphemia, et error damnatus Pariſijs anno 1318. Et idem dicendum, quando quis de induſtria eſſet mortale peccatum commiſſurus, quod vellet, vt Deo placeret; et ab eo acceptaretur; cū ſit uelle, ut Deus faciat, quod ei nullo modo competit, nempe, ut acceptet peccatum, uide Greg. à Valent. tomo 3. diſp.6. q.6.de vot.p.2.

50 Extenditur quinto in dicēte, † ſi Deus non facit uindictam, non credam eſſe iuſtum, uel negabo fidem, aut dicam non eſſe Deum, ut dixit quidam: ſunt enim hæreticales blaſphemiæ. Greg.Sair. d. cap.13.num.3. iuxta ſuperius declarata in ſecūda extenſione. Idē dicendum de eo, qui dixit, *io credo, che Iddio non ſi ricordi di me.*

Item

51 Item in dicente, *put. la noſtra Donna*, contra puritatem B. Virg. appellando; ſic enim communis loquendi uſus, præſertim inter blaſphemantes, talia uerba interpretatur, Plot. tract. de blaſph. num. 13. Facit Decian. loco cit. c. 5. à nu. 4. & pro hæreticali expreſſè declaratur in tract. inform. Sancti Officij ad Vicarios Sanctæ Inquiſitionis, cap. 5.

52 Extendi ſexto videtur in eo, † qui diceret, *Iddio non hà mai fatta queſto matrimonio*; detrahit enim quantum in ſe eſt, potentiæ, ac diuinæ prouidentiæ, negando, tale matrimonium non fuiſſe ordinatum à Deo, à quo omnia procedunt, & per quem facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil, Io. cap. 1. & in quo viuimus, mouemur, & ſumus, vt ſancta canit Eccleſia. Ethnicus quoque Horat. dixit, Nihil ſine Diuum numine euenit; & D. Seuerinus Boetius lib. 4. de Conſolat. metr. 6. ſcribit.

Sedet interea Conditor altus,
Rex, & Dominus, fons, & origo,
Rerumque gerens flectit habenas,
Lex, & ſapiens Arbiter æqui.

De matrimonijs verò in ſpecie, Deum peculiarem habere curã,
53 ex veteri colligitur prouerbio † nempe; *Matrimonij, e Veſcouati da Dio ſon ordinati*. Nec dici debet, ſi quid mali in matrimonijs contingat, Deum mala facere; quia cum ipſe bonus ſit, imo nemo bonus, niſi Deus, Marc. c. 10. bona quoq; facit, & bonorum eſt cauſa, eaque
54 ordinat: † mala verò ab iniquis facta, ne inordinatè veniant, ipſe diſponit, vt notat D. Greg. cap. 18. Moral. ſed quia terra in opere ſuo maledicta, dicit Dominus (Geneſ. c. 3.) ſpinas, & tribulos germinabit. Quinimo Deus iniquorum malis operib. benè vtitur, inquit D. Aug. ſuper Ioan. Nec permittit malum fieri, niſi ex ipſo aliquid boni eliciat, vt patet in tentationibus Sanctorum. Poſſet tamen ſic dicens aliqua ratione excuſari à blaſphemia.

Extenditur ſeptimo, vt procedat, etiamſi blaſphemans eſſet ru-
55 ſticus; nam licet † ruſticitas, vbi coniuncta ſit cum ſimplicitate, regulariter excuſet; modò appareat talem inconſideratè loquutum; attamen non eſt paſſim ruſticitatis excuſatio admittenda; ſed diligenter conſiderandæ ſunt qualitates blaſphemiarũ, cauſa, & modus, quo fuerunt prolatæ; quòd procedit, præſertim quoad forum
56 exterius; quia plerumque iſti † ruſtici ceteris ſunt peiores, & parum Deum venerantur, ac timent, vt tradit Decian. d. ca. 5. nu. 10. Quocirca, inquit, malè excuſatum fuiſſe à pœna mortis; & ad triremes tranſmiſſum per biennium, ruſticum illum, de quo per Clar. §. blaſphemia, qui dixerat, *Venga il cancaro à quel traditor &c.* eum enim laqueo ſuſpendi feciſſet, ſi illius iudex extitiſſet, ob atrocitatem, & geminationem blaſphemiarum; & quia cum aliquo mortali iratus non videbatur; ſed directè cũ ipſo Deo, quòd tunc plueret.

57 Extenditur octauo in pueris, † & impuberibus, doli tamen capa-

cibus,quos ætas minimè excuſat, cap.1.de delict.pueror.& inf.multis rationibus comprobatur q. 8. reſtric.4.& deducitur ex caſu pueri illius à diabolo ex ſinu patris erepti à D.Gregor.4.Dialog.ca.18. relato,de quo ſupra,q.5.nu.10.

Extenditur nono, vt procedat non tantum in viris, ſed etiam in
58 mulieribus, † vbi generaliter ſit facta reſeruatio; tum,quia lex generalis generaliter eſt interpretāda, vulg. iur. tum, quia has nullo modo, ēt in foro exteriori excuſandas fore, quinimo acrius fortè puniēdas,tradit Decian.trac.crim. tom.2.lib.6.c.5.num.6. cum enim
59 natura ſua † deuotæ ſint feminæ, vt canit Eccleſia, Oremus pro deuoto femineo ſexu, propterea cū blaſphemant, præſertim hæreticaliter,oportet,vt in eis ſit maxima malitia,& deprauatus animus, cū contra ſexus naturam nitatur. Et vbi mulier verecūdiæ fines ſemel ttranſilierit,oportet,grauiter eſſe impudentem; & teſtatur Decian. loc.ci. Se vidiſſe Venetijs(quo loci peculiare officium contra blaſphemiam eſt conſtitutum, & acerrimè blaſphemantes vindicantur) plures flagitioſas feminas ob blaſphemiam lingua multatas,& meritò; faciūt adducta per Fran. Vegium conſ.48.vol.1.

Extēditur decimo,etiamſi pręs
60 dictæ perſonæ † blaſphemando ignorent vim uerborum; modò ex vulgari ſenſu ſaltem cognitum ſit vnicuiq;, talia uerba ſonare in blaſphemiam; quia tunc non excuſantur ignorantes ſenſum hæreticum,vel blaſphemiam eſſe hęreticalem; nam ſibi imputare debent, talia reuoluentes verba dānata,iuxta not. per gloſ. in c.à nobis,de ſent.excom.& in clēm.1.de conſang.& affinit. Quod ſanè procedere præſertim debet, quando eſſent contra ius Decalogi,vel legem Euangelicam, aut Apoſtolicam.Graff.in Praxi,lib.1.cap.10. nu.44.& ſic ſtultus in culpa, fiet ſapiens in pęna, ca.qui ea, diſt.39. & confirmatur ex doctrina D.Th. 2.2.q.13.art.2.ad 3.& Greg.à Val. tom.3.diſp.1.q.13.p.1. Lud.Carb. in Sum.tom.3.lib.1.c.58.verſ.Tertium circa fi. dicentium quando aliquis animaduertit verba aliqua pertinere ad blaſphemiam,nec tamen abſtinet ab illis, quoties illa vſurpat,toties eum blaſphemare, & grauiter peccare.

Extēditur vndecimo in eo, qui
61 † repentina iracundia, vel furore in hæreticales prorumpit blaſphemias,quas tamen aduertit eſſe tales,licet pęnitentia ductus,ſtatim ſe retractet,uel reuocet,& contritionis ſigna oſtendat; tum,quia à mortali peccato non excuſatur,ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè commotus fuerit,ſiue ſtatim pęnituerit, ſiue ex interuallo.Io.Capeauil.de caſi. reſer.caſ.19.q.1. in fine. Zecch.in princ.trac.de caſib.reſer.ex D.Th. 2.2.q.13.ar.2. tum,quia iracundia
62 non excuſat,ut probatur † Leuit. c.24.vbi blaſphemus Iſraelita iuſſus fuit à Deo lapidari,ex eo,quòd blaſphemaſſet, dum iurgaretur cum ab alio viro Iſraelita, & ſic dum ira excandeſceret; Prætere a ſi ira-

ſi iracundiæ calor excuſaret, ferè omnes deberent excuſari; quia rari ſunt, qui quieto animo, & non excandeſcenti blaſphement, ut probatur in cap. vlt. de maled. ubi Marian. Socin. nu. 5. & nullum ferè homicidium eſſet puniẽdum: quia ut plurimum ex iracundia committuntur. Dec. in l. quicquid calore iracundiæ, vbi Marc. Ant. Roueſc. in addit. ff. de regul. iur. Ioan, Royas, de hæret. par. 2. num. 172. Albertin. de agnoſc. aſſert. cath. quæſt. 27 numero 4. vbi ſub-
63 dit, in illis, quæ lex improbat, † vt ſunt maleficia, non diſtingui, an emananerint calore iracundię, vel non; quia ſemper maleficia non debent remanere impunita. Facit l. quoniam multa, C. ad legem Iul. de vi publ. & hæc probantur in l. ſi non conuicij, C. de iniur. à contrario ſenſu. & Conſt. nouæ Mediol. lib. quarto, titu. de poenis, §. ſeuere puniendi, verſic. & ſiue id faciant irati, uel non. Verum quidem eſt, in iudiciali foro excuſandos eſſe, vel ſaltem mitius puniendos fore blaſphemantes ex lubricitate linguæ, & ſtatim ſe retractantes, vt ex multorum Doctorum opin. dicemus infra quæſtione 12. à numero 35. & ſeqq.

Extenditur duodecimo, vt prę
64 dicti † hæreticaliter blaſphemantes non ſolum includantur in caſu reſeruato; ſed Inquiſitori ab audientibus ſint denunciãdi per edictum Inquiſitoris; eius enim officio ſubijciuntur, vti ſuſpecti de hæreſi; cum faciant exteriorẽ infidelitatis actum; vt infra plenius q. 12. differemus; vide Direc. Inquiſit. quæſt. 41. par. 3. & ibi Pegna com. 66.

65 Reſtringitur primo † in dicentibus, *al corpo*, aut, *al ſangue di Dio, di Christo*, aut, *della Vergine M.* & huiuſmodi, quæ non ſunt blaſphemiæ ſaltem hæreticales; ſic etiam in dicentibus: hoc eſt verum, vt Chriſtus natus eſt de Virgine Maria: Vel, vt Deus vnus eſt; quamuis, ſi irreuerentia accedat, ferè ſemper mortaliter peccent, & quandoque verè blaſphement, prout in præcedenti q. 3. fuit explicatum.

66 Reſtringitur ſecũdo, cũ quis † malum Deo, vel Sanctis imprecatur, vel eis maledicit, dicendo, maledictus ſit Deus, vel diſpliceat Deo, & huiuſmodi; quia blaſphemiæ hæreticales nõ ſunt; quamuis atroces dicantur, iuxta ſuperius declarata.

67 Reſtringitur tertio in eis, † qui Sacræ ſcripturæ verba ad iocoſa, ſcurrilia, & inania, velut paſchinos, & turpem amorem, abſque intellectus errore trahunt; quia propriè non dicuntur blaſphemi ſaltem hæreticales; quamuis peccent mortaliter, & grauiter coercendi ſint horum ſcelerũ patratores, vt notat Rodriq. in Sum. par. 1. cap. 34. numero 3. ex
68 † Concil. Tridentin. ſeſſ. 4. in fin. vbi hoc uitium reprehendens, & prohibens à nomine ſacrilegij, vel blaſphemiæ abſtinet; & vocat temeritatem, irreuerentiam, & cõtemptum. Idem ſentit Suarez

rez tomo de ſtatu Relig. tract. 3. lib. primo, c. 6. ſub nu. 17.

Eſt ſanè ingens, & immane ſcelus, cum Spiritus Sancti ver-
69 ba † in ludibrium conuertant, & contortis teſtimonijs Sacræ Scripturæ, quæ dicitur ſcripta digito Dei, cap. quidam autem, 24 quæſtio. 3. eius verba ad ſua trahant deſideria, uide Ignat. Lopez ad Prax. Can. Diaz cap. 110. in addit. Peccatum verò mortale non eſſe, ſi quis prædicta dicat, uel faciat ex ſimplicitate credens eſſe id licitum ob recreationem, & conſuetudinem, tradunt Nauarr. in Manual. cap. 12. nume. 87. Lel. Zecch. in Summa Moral. par. 2. c. 25. num. 5. in fin.

Aduerſus autem huiuſmodi,
70 qui in ludricis † abutuntur Sacræ Scripturæ locis, authoritatibus, & teſtimonijs in par. 1. cap. 19. Conſt. Synod. Papiæ ſub Epiſcopo Rubeo ita ſtatutum fuit. Et quoniam maximam Deo, eiuſq; orthodoxæ fidei contumeliam affert perdita nonnullorum audacia, qui ex ſacramentis, rebuſque fidei, iocorum, ac riſus argumenta quærunt: nonnulli enim, qui turpes de amore, alijsvè ludicris ſermones in comeſſationibus, tripudijs, & in plateis habẽt, non expaueſcunt Diuinæ legis teſtimonia adducere, uerba Saluatoris noſtri, & Scripturæ Sacræ pro temeritate ſua ad riſum trahendo, atque inuertendo, aliaq; ſigna faciendo, more etiam interdum eorum, qui in Eccleſijs verbum Dei populo annunciant: idcirco nos de Chriſtianæ religionis honore ſolliciti, & decreto Concilij Trident. inhærentes, omnes homines, qui in futurum talia dixerint, aut aliter quomodocunque iocoſis, ridiculiſque, aut quibuſuis profanis ſenſibus Sacramentorum, aut Diuinæ legis nomina, uel ſententias miſcuerint, ſeu talia, uel id genus alia dictauerint, ſcripſerint, aut dictata, & impreſſa uendiderint, pœnis iuris, & alijs arbitrio noſtro imponendis ſubiacere uolumus. Hęc ibi.

71 Secundò, † quòd quis ad Deũ laudandum profana, aut turpia verba aſſumat, & per ea uerba, Deum laudare intendat, blaſphemiam in eum committere uidetur, quia in actu exercito ſignificat, Deum gaudere ſimilibus laudibus, & ita facit Deum contemptibilem, potius quàm laudabilem: ita videtur ſentire Nauar. d. cap. 12. num. 87. Vbi verò huiuſmodi cantilenæ non proferãtur, nec referantur ad laudem Dei, ſed miſceantur alijs veris laudibus Dei; non erunt propriè blaſphemiæ; licèt non careant alia malitia irreligioſitatis, vel ſacrilegij, ut tradit Suarez tomo de ſtat. Relig. tract. 3. lib. primo, capit. 6. num. 17.

72 Reſtringitur quarto in † blaſphemia, quæ licet hæreticalis ſit, attamen ueniale peccatum eſt; nẽpe ob actus imperfectionem, cùm non fuerit deliberatus, iuxta declarata in ſuperiori quæſtione prima, numero 24. nam de veniali-

ſſialibus peccatis non fit reſeruatio ſecundum communem ſententiam, Iacob. Graff. 1. par. deciſ. lib. 1. cap. 13. numero 71. & ſeq. Lel. Zecch. de caſibus reſeruat. in princip. Sair. tract. de Sacram. in gen. lib. 2. cap. 8. quæſt. ſecunda, artic. 2.

73 Reſtringitur quinto in †proferente blaſphemiam, quantumcunque hæreticalem ſolum corde; quia licet apud Deum, qui eſt inſpector cordium, ſit mortale peccatum: attamen non cadit ſub reſeruationem, quæ de peccatis, & actibus exterioribus fieri cenſetur, ut poſt alios nouiſſime tradit Graff. in Praxi, lib. j. cap. 10. numero 37. & diximus ſupra q. 6. nu. 23. et ſeq.

74 Circa verò caſum† atrocis blaſphemiæ, animaduertendum primò eſt, prædicta in caſu hæreticalis blaſphemiæ expoſita procedere, reſpectiuè loquendo, in caſu atrocis, uel enormis, aut horrendæ, ſiue execrabilis; prout nonnulli ſcribunt Epiſcopi, in ſuis caſuum reſeruatorũ Tabellis, quæ quidem voces videntur inter ſe exequari. Secundò, quòd atrocis, ſiue enormis blaſphemiæ appellatione hæreticalis etiam continetur; ridiculum quippe eſſet, dicere Epiſcopos ſibi reſeruãtes blaſphemias enormes, excludere hæreticales.

QVAE-

QVÆSTIO VIII.

Blaſphemia ex conſuetudine, quę vocetur, & ob eam quando incurrat quis caſum reſeruatum.

SVMMARIVM.

1 *Peccata eò grauiora, quò pluries condonata, & iterata.*

2 *Locus Iſaiæ cap. 52. explicatur.*

3 *Blaſphemus conſuetus quis dicatur, nõ eſt ſatis clarum.*

Quod bis fit, frequenter fieri dicitur.

4 *Solitus patrare delicta dicitur, qui per tres vices delicta commiſit.*

5 *Blaſphemus conſuetus ex quot vicibus quis regulariter dici poſſit.*

Linguæ lubricum ad pęnam facilè non eſt trahendum, declaratur. nu. 21.

6 *Vſurarius conſuetus, & manifeſtus quiſnam dicatur.*

7 *In blaſphemi conſueti caſu reſer. includuntur quinquies poſt vltimam confeſſionem blaſphemantes, declaratur num. ſeqq.*

8 *Poſt blaſphemias pęnitentia peracta denuò recidens non uidetur perſtitiſſe in pęnitentia.*

9 *Abſolutus ab excom. à qua aliàs non poterat, ſi ceſſante impedim. non ſe pręſentauerit debito ſuperiori, reincidit in excom.*

Factum non dicitur, ſi non durat.

10 *Contemnere videtur, qui frequenter in aliquod vitium incidit.*

11 *Delictum pluries commiſſum, licet pluries punitum, aggrauat idem vltimo commiſſum.*

12 *Bona opera per peccatum mortificata ſicuti per pęnitentiam reuiuiſcunt; ſic & mala per pęnitentiam deleta per mala ſequentia reuiuiſcunt.*

13 *Tabella caſ. reſer. Venet. art. 1. Flor. ar. 5. Neapol. art. 1. Ianuen. ar. 3. Bergom. & aliæ declarantur.*

14 *Blaſphemans pluries extra ciuitatem, & pauciorib. vicib. intra; aut clã pluries, & bis, vel ter publicè, an dicatur blaſphemare ex conſuetudine.*

15 *Blaſphemãtes ſolum ter poſt vltimam confeſſionem, quando, & vbi incurrant reſeruationem.*

Aſſuetudinem blaſphemãdi intra tres vices uidetur quis oſtendiſſe.

16 *D. Io. Franc. Leo Hippor. Epiſcopus Author Theſau. for. Eccl. laudatur.*

17 *Vſus communis alicuius populi blaſphemandi non excuſat aliquem à peccato, nec à pęna.*

18 *Solitus blaſphemare, ſi abſtineat per plures menſes, & poſtea reincidat, an dicatur blaſphemus conſuetus.*

19 *Blaſphemantes ex conſuetudine, ſed inaduertenter, non comprehenduntur in caſu reſeruato.*

20 *Tabella Fauẽt. ar. 3. Viterb. ar. 2. Aux. art. 4. de blaſphemia perpenduntur.*

21 *Lubricitas linguæ excuſat, ſi appareat non doloſè, aut conſideratè blaſphematum.*

22 *In dubio non præſumitur blaſphemiam fuiſſe*

fuiſſe commiſſam ac prolatam animo pręmeditato, & deliberato.

23 Blaſphemans pluries vno, & eodem tempore non dicitur ex hoc blaſphemare conſuetus, declaratur numerò 28. & ſeq.

24 Multiplicatio ſimul facta unũ tantum inducit delictum.

25 Ludi frequentia quæ.

26 Furta plura eadem committens nocte, non dicitur, plura commiſiſſe, ad hoc ut ſuſpendatur.

27 Pluries appellans uno impetu, ſemel appellare cenſetur.

28 In foro exteriori ſemper inclinandum eſt in mitiorẽ partem ad euitandam pœnam; ſecus in interiori.

Bonarum mentium eſt agnoſcere culpam, etiam ubi non eſt.

29 Blaſphemans quater in eadem ſermonis ſerie, an unum, uel plura committat peccata neceſſariò confitenda, & nu. ſeqq.

31 Occidere uolens tres homines, tria committit homicidia in intentione.

32 Percutiens aliquẽ ferro tricipiti, triaque illi impingens vulnera tripliciter peccat.

33 Blaſphemans plures Sanctos uno impetu non includitur in reſeru. blaſphemi conſueti.

34 Si ex ſtatuto puniri debet blaſphemans Deum in 30. blaſphemans B. Virginem in 20. Sanctos uerò in 10. vt puniendus, qui vno impetu omnes blaſphemat.

35 Text. in l. præſes, ff. de pęnis, quòd in pęnis benignior eſt interpretatio fienda, explicatur.

36 Blaſphemans Deum, & Apoſtolos tredecim peccata committit in confeſſione explicanda.

37 Non ieiunans per totam Quadrageſimam cõmittit tot peccata, quot ſunt ſinguli dies obligantes ad ieiunium.

38 Percutiens tres clericos uno impetu, & actu, tres incurrit excommunicationes.

39 Furari uolens cumulum aureorum, uel tritici aceruum, unicum committit peccatum.

40 Pueri, & impuberes non doli capaces, vel ſenes ferè delirantes, licet ex conſuetudine blaſphement, in caſu reſerua. non includuntur, declaratur num. 46.

41 Palud. in 4. diſt. 34. q. 3. arti. 1. Graff. conſ. 3. de adult. & ſtupr. nume. 15. opinio declaratur.

Minores ante annos pubertatis non habent perfectum rationis uſum.

42 Minor in ſpiritualibus agit, ut maior.

43 Text. in c. 1. de delict. puer. refertur, & expenditur.

44 Impuberes ob delicta an debeant pœna puniri ordinaria.

45 Doli capax dicitur, qui ſeptimum excedit annum.

Puer in ſeptennio, doli capax, occidendo fit irregularis.

47 Ebrietas quando excuſet blaſphemantem à peccato, & à reſeru. & num. 50. & 51.

48 Committens homicidium, uel mutilationem, ebrietatis cauſa, efficitur irregularis.

49 Loth cum duabus filiabus ſuis concubuit, cum eſſet ebrius.

Blaſphemans ebrietatis cauſa eſt puniendus, ut in futurum caueat.

DEuenio modò ad particulam, ſiue caſum blaſphemi conſueti, pro cuius intelligentia, ſciendum eſt Primò, quòd talis reſeruatio à pleriſque Epiſcopis fit, his potiſſimum de cauſis; Primò quia peccata eo grauiora ſunt, quò diutius infelicem animam detinent alligatam;
1 & † tanto grauiora, quãto pluries cõdonata, & iterata; Glo. & Abb. in cap. j. de clerici percuſſore. Secundò, quia multiplicata delicta, & ex quadam conſuetudine commiſſa, maiora ſunt proculdubio, quã ſemel admiſſa; videtur enim delinquens, vitium in habitũ conuertiſſe; & ideo acrius eſt puniendus, etiam in exteriori foro; facit text. in ca. fin. de conſuet. & in l. 3. C. de Epiſcopali aud. Iaſ. in l. 3. §. iurari, nume. 4. de iureiur. Io. Royas par. 2. de hæret. nume. 177. Nauar. trac. de incompatib. benefic. nu. 4. & in c. 1. de pęnit. diſtin. 5. §. tanto. Decian. tract. Crim. tomo 2. lib. 6. c. 3. num. 6.

Facit etiam optimè illud Iſaiæ
2 † cap. 52. ibi, iugiter tota die nomen meum blaſphematur; quaſi, quòd ſi ſemel blaſphemaſſent; non ita indignatus fuiſſet Dominus. Et Eccleſiaſt. habetur: Vir multum iurans replebitur iniquitate, & à domo eius non recedet plaga.

Secundò ſciendum eſt, apud
3 Doctores non eſſe † ſatis clarum, & certum, quiſnam dicatur blaphemus conſuetus, vel blaſphemare ex conſuetudine; Alij enim ex bino actu induci huiuſmodi conſuetudinem tradunt, vt per Bald. in l. diuturna, ff. de legib. allegando l. 3. in fine, C. de Epiſcopali aud. nam, quod bis fit, frequenter fieri dicit, iuxta glo. ſing. in Rubr. C. quæ ſit longa conſ. Rodriq. tomo 1. qq. regul. q. 6. arti. 12. circa princip. Et ideo dicitur conſuetus furari qui bis furatur; cum binus actus inducat deliberatam voluntatem, & trahitur in conſuetudinem, vt in d. l. nemo, C. de epiſc. aud. vbi Bald. Alij verò ex trino actu, vt cum Luc. de Penna, in l. ſuper gloſ. ſępius, C. de ſuperexactorib. lib. 10. tradit Paul. Merenda conſ. 89. nu. 24. tomo 2. conſ. crim.
4 vbi dicit, vt quis dicatur † ſolitus patrare delicta, oportet, ut per tres vices delicta commiſerit; Alij verò, iudicis, vel confeſſarij arbitrio relinquendum eſſe, ſentiunt. D. Menoch. de arbit. in ſępe allegato caſ. 375. nu. 31. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dominus meus D. Claudius Rangonus Epiſcopus Placẽtiæ in Tabel. caſ. reſeru. articu. 1. ad marginem.

Ego verò probabiliter cenſeo, non ſufficere duos, vel tres actus, ad inducendam huiuſcemodi cõſuetudinem, ſed requiri ad hoc lõge plures reiterationes, & quòd
5 ſępius in illud vitiũ quis incidat, † & ſaltem quinarijs vicib. ex quodam habitu diuerſis temporibus blaſphemauerit; & ratio eſſe poteſt: quia hoc vitium in linguæ lubrico conſiſtit, quod ad pęnam non facile eſt trahendum, l. famoſum,

ſum, ff. ad leg. Iul. maieſt. circa fin. Curt. in c. fin. de conſuet. num. 49. D. Menoch. de præſumpt. lib. 5. q. 89. nu. 65. & conſ. 107. nu. 98. Roland. à Valle, conſ. 11. nu. 81. volu. 3. ex l. 1. C. ſi quis Impera. maledix. & ca. quod autem, 22. q. 2. Et non obſcurè colligitur hæc noſtra aſſertio ex Io. Anan. in c. 2. de maledi. Albert. de agnoſc. Cath. aſſert. † q. 6. nu. 20. Butr. in c. licet ex quadam de teſtib. Cyn. Bald. & Salic. in l. 2. C. de reb. credi. D. Menoch. d. nu. 31. Decian. d. c. 3. nu. 26. & c. 5. nu. 5. Farin. d. lib. 1. tit. 3. q. 20. nu. 43. Et hoc procedit præſertim in foro animæ, in quo uerſamur; ratio autē ſpecialitatis notatur per Curt. in rubr. de conſuet. q. 5. nu. 36. uide Boer. deciſio. 301. ſub numero 11.

6 Facit etiam à fortiori: quia † uſurarius, ut conſuetus, & manifeſtus dicatur, præcipuè in foro iudiciali, non ſufficit bis, uel ter uſuras exercuiſſe; ſed requiritur longe plurium actuum frequentia. Bart. in l. 3. nu. 3. ff. de furt. & explicat poſt alios D. Menoch. de arbit. caſu 236. nu. 6. & ſeqq. Io. Lup. in c. quam pernicioſum, num. 22. de uſur. & ratio eſſe poteſt pœnarum grauitas, de qua in d. c. quam pernicioſum; cum non ſit ueriſimile tam graues pœnas indici, niſi ex multorum actuū frequentia, Vincen. Caroc. tract. de re furt. quæſt. 10. num. 3.

Quibus ſic præmiſſis, dicēdum uidetur, quòd ubi reſeruātur blaſphematores conſueti, ſiue blaſphemantes ex conſuetudine, ue-
7 riſimiliter † comprehendi, qui interpellatis temporib. quinas protulerint blaſphemias poſt ultimā confeſſionem Sacramentalem; ubi aliàs hac de cauſa abſolutionem, à Pœnitentiario, uel alio abſoluendi à caſib. reſeruatis facultatem habente obtinuerint; reincidendo enim habitum quēdam contraxiſſe peruerſum, in eoque perſeuerare uidentur; maximè ſi paruum temporis interſtitiū fuerit elapſum ab ultima confeſſione, ut ſi poſt octo, uel decem dies à confeſſione ad blaſphemādum reuertantur.

Quod probari poteſt ex adductis per Graff. in Praxi, lib. 1. ca. 10.
8 nu. 67. & potiſſimum, quia † poſt blaſphemias pœnitentia peracta, denuo recidens non uidetur perſtitiſſe in pœnitentia, ſed perſeuerare in peruerſo blaſphemādi habitu, ut cōſuetudo reuiuiſcat, arg. tex. in c. eos, qui, de ſent. excom. li. 6. ubi, ſi quis poſt abſolutionē pro
9 poſuiſſet ſatisfacere parti læſæ, † uel de præſentando ſe ſuperiori, ſi poſt perſeuerat in duritia cordis ſui, reincidit in excommunicationē; facit tex. in cap. diuortium, de pœnit. diſt. 1. vbi probatur, quid nō dici factum, ſi non durat, & perſeuerat; & ita pœnitentia peracta, ſi non perſeuerat, nō videtur facta.
10 Imo uidetur † contemnere qui frequenter in aliquod uitium incidit, D. Menoch. de arbi. caſ. 416. nu. 28. frequentia enim patrati delicti inducit contemptum, Imola in clem. 1. in uerbo, ſcienter, de ſepul. et iteratio mali actus, inducit

mentis perditionem. Io. And. ad Spec. de fide inſtr. §. porro, uerſ. donatio autem.

11 Facit etiam, quòd delictum† pluries commiſſum, licet ſit pluries punitum aggrauat idem vltimò commiſſum: iuxta doctrinam Gloſ. & Abb. in c. 1. de cleric. percuſſore. Et ad hoc inducit Graff. loc. cit. nu. 68. ex Bart. illud, nempè, de committente furtum diuerſis temporibus, & Prouincijs; etſi per vnum furtum non poſſit puniri pœna furcæ, ſiue vltimi ſupplicij; reſpectu tamen alibi commiſſorum, condemnari poſſe.

12 Ad idem facit, quòd ſicu ti† bona opera, quæ per peccatum mortificantur, per pœnitentiam reuiuiſcunt, cap. intermittentes, de pœnit. diſtin. 4. D. Thom. in Opuſc. lib. 4. & in 4. diſtin. 22. artic. 2. ad 6. Nauar. cap. quærat, de pœnit. d. 3. §. quod autem. Corrad. q. 68. par. j. ſic mala deleta per pęnitentiam, per mala ſequentia reuiuiſcũt ad ſupplicium, ratione ingratitudinis, Nau. in com. cap. Gratianus, de pęnit. diſt. 2. num. 1. Io. Baptiſta Corrad. par. 1. q. 64. Rodriq. in Sum. par. 1. cap. 14. vbi inquit, debere pęnitentem confiteri hanc reiterationem.

Et ita declarari, & intelligi poſ-
13 ſunt Tabellæ caſuum reſer. † ut Venet. art. 1. Floren. art. 5. Neapol. art. 1. Papienſ. art. 1. Bergom. ar. 11. Placent. art. 1. Peruſ. art. 4. Viterb. art. 2. & aliç, vbi blaſphemia ex cõſuetudine reſeruatur. In ciuitate autem, & diœceſi Ianuenſi, ubi ar. 3. reſeruatur blaſphemia ex inueterata conſuetudine, longe plures præcedere debent Sacramentales abſolutiones, prout requirit Tabel. Albenſ. art. 7. vbi in cõceſſione facultatis pro huiuſmodi abſoluendis, dicit, conceditur, dummodo aliàs non fuerint vltra tres vices abſoluti.

14 Extenditur primo, etiamſi † qs extra ciuitatem pluries blaſphemauerit, & in ciuitatem reuerſus in illas reinciderit, paucis etiam vicibus; nam ſi aliàs de blaſphemiæ peccato abſolutus fuerit, & blaſphemiæ vnitæ cũprimis ſint ſufficientes ad inducendam conſuetudinem; cum teneatur quis confiteri omnia peccata, in quàcunque orbis terrarum parte cõmiſſa. Sylueſt. verbo confeſſor 1. §. 13. & ibi commiſſæ comitatiuè aggrauent blaſphemias, hic commiſſas, ex Anchar. in clem. 1. not. 17. de pęnis, in caſu reſeruato includi tanquam conſuetum probabiliter, dicendum eſt. Quod procedit etiam, ſi quis plures blaſphemias clam, & occultè, uel coram paucis, & aliquas, vt binas, vel trinas, publicè protulerit, ita in term. Graff. in prax. lib. 1. cap. 10. nu. 70. & ſeq.

15 Extenditur ſecundo ad † blaſphemantes trina vice; ſi in reſeruationis Tabella, talis exprimatur numerus, prout in Vercel. art. 2. vbi Deum, ac Deiparam Virginẽ, ſeu Sanctos ter blaſphemantes, poſt vltimam confeſſionem reſeruantur. Sic etiam Cremonç, ubi Illuſtriſſ. Card. Sfondratus, vigilãtiſſi-

tiſſimus Epiſcop. in Tabel. concedendæ facultatis abſoluendi à caſibus reſer. par. 2. art. 1. inquit, conceditur, niſi pęnitentes poſt ultimam confeſſionem ultra tres uices blaſphemauerint: & re uera uidetur quis aſſuetudinem intra tres vices ſatis oſtendiſſe in re tã execrabili; quamuis hoc paulo mitius eſſe moraliter accipiendũ regulariter ſupra dictum fuerit, cũ ex linguæ lubricitate pẽdeat, & ſic facilè excuſandum, ſaltem quo ad reſeruationem.

Dictus autem ternarius nume rus fuit, quippe ab illo Illuſtriſſi-
16 mo Cardinali, necnon † à Reuerendiſſimo D. Franc. Leone Hippor. tunc illius diœceſis Vercel. Vicario Generali, nunc Epiſcopo digniſſimo, viro quidem & probitate, & ſingulari doctrina prædito, vt patet ex ſuo Theſaur. for. eccleſ. prudenter expreſſus ad tollendas multorum Confeſſariorũ hęſitationes, & ſcrupulos. Rauennat. verò Archiepiſcopus art. 3. ſibi reſeruat blaſphemias hæreticales iterato prolatas; alias verò ex cõſuetudine, nempe vt diximus, quinquies emiſſas poſt vltimam confeſſionem.

Extenditur tertio etiamſi adeſ-
17 ſet in aliquo populo † communis vſus blaſphemandi, & longo tempore fuerint impuniti blaſphemi; licet enim nonnulli Doctores videantur tenere, talem generalem patrię conſuetudinem blaſphemandi excuſare, arg. gloſſ. in l. quotiens, §. ſi quis nomen. ff. de hæred. inſt. & adducunt etiã Bal. in conſi 476. vol. 3. & Angel. in d. l. his verbis, §. 1. de hæred. inſtit. necnon gloſſ. 1. in cap. cum venerabilis, de conſuet. & concludunt conſuetudinem prauam, & iniquam excuſare à pœna, ſaltem in exteriori foro; attamen contrarium eſt verum, & in iudicando tenendum, quòd talis conſuetudo, in vtroque foro non excuſat, ſuppoſito, verba ex ſe blaſphemiã apertè inducere, vt ex Iaſ. Claro, Menoch. Decian. Azor. Farinac. ſupra q. 3. nume. 20. probauimus. adductis ibi rationibus.

Reſtringi debere videtur pri-
18 mo in eo, † qui erat ſolitus ſingulis ferè diebus blaſphemias proferre, vel ferè ſemper in ludo, & poſt confeſſionem, in qua decreuit intra ſe non amplius blaſphemare, per plures menſes, etiam ludendo abſtinuit; quia ſi deinde in blaſphemias proruperit, priores blaſphemias cum vltimis connumerari non debere, ad hoc, vt cõprehendatur in reſeruatione; ſed talem poſſe abſolui, uti eum, qui inciperet ex nunc blaſphemare, cenſerem; facit Graff. loco citato. Niſi denuo in plurimas incidiſſet blaſphemias, priſtinam quaſi reaſſumendo peruerſam conſuetudinem.

Reſtringitur ſecundò in blaſ-
19 phemantibus † ex conſuetudine inaduertenter, licet enim ex ea aſſuetudine putentur deliberatè agere; quando tamen ex malo habitu, & praua conſuetudine blaſphemant inaduertenter, etiam decies; nec proferrent, emendationis

tionis

tionis cupidi, ſi aduerterent; tunc quidem, cum huiuſmodi blaſphemiæ merè vocales dicantur, (ex improuiſo enim, & ſine vlla præmeditatione ſunt prolatæ) mortalia peccata non inducunt; & conſequenter non reſeruatas eſſe, tradunt probabiliter Lud. Lopez par. 1. inſtr. conſc. cap. 51. Sair. in Claui lib. 6. cap. 13. nume. 6. & latè ſup. q. 1. verſ. Quarto præmitto, nume. 28. fuit declaratum.

20 Comprobatur ēt tum ex † Tabel. Fauent. art. 3. vbi blaſphemi publici, & ex conſuetudine, & ex propoſito, copulatiuè reſeruant; tum ex tabel. Viterb. vbi habetur ſic, art. 2. *Li biaſtematori del nome di Dio, della Beata Vergine, & de Santi, non per ira, ò traſcorſo di lingua, ma per uſanza*, & ex Tabel. Auxit. in Gallia, art. 4. vbi exprimitur blaſphemia deliberata; Qui ſanè modi ſibi inuicem ferè æquales ſunt, vide Alex. conſ. 15. ante fin. vol. 3. Afflict. in Conſt. Blaſphemantes, nume. 5. & 10. & reſtringitur præſertim in eo, qui non perfecit blaſpemiam, & ſtatim pœnituit. vide Decian. d. lib. 6. cap. 5. num. 11. quo loci dicit, quòd etiam in exteriori

21 foro † lubricitas linguæ, ſi appareat non doloſè, aut conſideratè blaſphematum, excuſabit, ut habetur per omnes in l. 1. C. ſi quis Imper. maled. Alexan. d. conſi. 15. num. 8. Vt autem appareat, quod ex lubricitate linguæ quis blaſphemauerit, probādum eſt, quòd non ſit conſuetus blaſphemare, & etiam quis blaſphemauerit abſque contemptu. Boer. deciſ. 301. n. 14. poſt Hoſt. tit. de maled. §. vlt.

22 In dubio autem non præſumitur, blaſphemiam fuiſſe commiſſam, ac dictam animo præmeditato, et deliberato, nec penſato, ſed in rixa, vel caſu, ſeu aliter abſque qualitate animi deliberati, ut cum Boſſio in Praxi, tit. de homic. nu. 46. & ſeqq. tenet Plot. trac. de blaſphe. nu. 16. verſ. ſed pone.

Reſtringitur tertio in blaſphe-

23 mante † non ſolum quinquies; ſed decies, vno, & eodem tempore, & continuato ſermone; quia tunc pro vnica habetur blaſphemia; requiritur enim, ut interpellatis uicibus, & ex interuallo, diuerſoque tempore blaſphemauerit, ex traditis per Decian. d. cap. 5. num. 14. & Farin. loco cit. & colligitur ex Alciat. in ca. cum non ab homine, num. 53. de iudic. dicente, ſi quis blaſphemauerit etiā ex aliquo modico interuallo ter, uel quater; in continuatione tamen eiuſdem ſermonis, non eſt puniēdus, niſi pro una blaſphemia, ita tenent Boer. deciſ. 301. nume. 16. Cæpol. conſil. 76. & 77. quē refert Alciat. loco cit. Petr. Ant. Anguiſol. conſ. 12. lib. 6. volu. 1. uide latè Couar. lib. 2. var. cap. 10. nume. 8.

24 vbi agit de multis crim. iteratis; † multiplicatio enim blaſphemiæ ſimul facta unicum dumtaxat cōficit delictum; acrius tamen & durius puniendum una tantū pœna, l. inficiendo, §. infans, ff. de furt. glo. in l. nunquam plura, ff. de priuat. delict. Simanch. de Cath. inſt. tit. 8. nu. fin. D. Coſta de fact. ſciēt. & igno. inſpec. 15. num. 4. tomo 1.

Quod

Quod declaratur etiam in eo, qui in eodem ludo, cum eiſdem perſonis ex interuallo, & interpellatis vicibus pluries blaſphemauerit; quia ſolius temporis modicum interuallum non inducit diuerſitatem, vel pluralitatem delicti; ſed diuerſi impetus diuerſis temporibus non continuatis, ut ex Cepol. loco cit. tenet Graff. in Praxi, lib. j. c. 10. num. 61. Menoch. de arbitr. caſ. 399. nu. 21. ubi cum
25 Bart. docuit, ludi † frequentiã nõ iudicari ex uno actu ludendi continuato vna die, etiamſi varijs ludis, & uarijs, ac diuerſis cum perſonis ludat; ſed ex diuerſis & interpellatis temporibus, ita vt conſtet, talem conſueuiſſe in ludo vitam agere. Et ad hoc facit etiam primo text. in l. quod lex, §. fina. ff. de adult. vbi incontinenti dicitur, patrem interficere filiam deprehenſam in adulterio, etiamſi occiſo adultero, fugiente filia, & interpoſitis horis, eam apprehenſam occiderit.

Confirmatur etiam ſecundo,
26 quia plura † furta eadem cõmittens nocte, non dicitur plura commiſiſſe ad hoc, vt ſuſpendatur; nam, quòd ex tertio furto quis ſuſpendatur, id in odium cuiuſdam prauæ conſuetudinis ex qua furetur, fuit introductum; quæ quidẽ conſuetudo nõ poteſt propriè uerificari in unius noctis multiplicato, ac cõtinuato furti delicto. Plot. in Auth. ſed nouo iure, nu. 72. C. de ſeru. fugi. quem rectè ſequitur D. Polyd. Ripa, de noct. temp. c. 45. nu. 2. & ſeq.

27 Tertiò, quia unico † impetu bis, uel ter appellans, ſemel tantũ appellare dicitur, cap. Lotharius, adiuncta gloſ. uerbo, appellauit, 31. q. 2. Et qui bis, uel ter eandem rem in teſtamento legauit, perinde eſt, ac ſi ſemel legaſſet, l. cum quæſtio, C. de legat. Nau. in Man. c. 6 nu. 17. Azor. par. 1. Inſt. lib. 4 c. 4. q. 5. Sic qui bis idem promittit, ipſo iure amplius, quàm ſemel non tenetur, & ſimilia.

Aduertendum quidem eſt, prædicta procedere debere tantum quo ad reſeruationem peccati, &
28 quoad punitionem † in exteriori foro, in quo ad euitandam pœnam ſemper tendimus in mitiorẽ partem; & leuiora facimus delicta, propter præſumptionem bonitatis; quæ ſemper præſumi debet in homine, etiam delinquente; ſecus quoad culpam in foro interiori, in quo procedimus ſecundũ meram veritatem, Dec. in cap. 1. in 2. lect. nume. 32. de Conſt. Nauar. in Man. c. 23. nu. 42. & tendere debemus in ſecuriorem partem; bonarum namque mentium eſt agnoſcere culpam, etiam vbi non eſt; & ideo ſeuerius agitur in foro cõſcientiæ, quàm in foro contentioſo, Dec. ibid. nu. 35. per tex. in c. nouit, de iudic.

Idcirco infertur, quamuis vnũ
29 † eſſe peccatum, ſed multo grauius, quàm ſi ſemel tantum quis blaſphemaſſet, cenſeat Azor. par. 1. Inſtit. lib. 9. c. 28. q. 15. quoniam omnes blaſphemiæ videntur partes vnius continuati ſermonis; quemadmodum ſi quis alterum

ſemel,

ſemel, & iterum pugno percuteret, aut gladio cęderet, aut virgis verberaret, abſq; temporis interuallo. Item quia ſecunda, & tertia blaſphemia nihil aliud eſſe videtur, quàm primæ blaſphemię confirmatio.

30 Attamen, qui in vna † ſermonis ſerie, quater blaſphemat, quatuor committere peccata, neceſſariò confitenda mihi videtur, ea potiſſimum ratione: quia ſecundum verbum non eſt neceſſariò requiſitum ad primum; neque è contra; neque deriuatur à volitione primi verbi; ita vt in virtute, vel mediatè inſit primo; ideo ſunt diſtincta peccata; maximè, quia huiuſmodi peccata conſumũtur in ore; Ratio rationis adducitur; quia quando obiecta uoluntatis diſtinguuntur numero inter ſe, ita vt vnumquodq; ſit ex ſe malum, & vnum non ſit ordinatum ad alterum; tunc licet actus volũtatis internus ſit vnus, qui fertur in omnia obiecta; virtualiter tamen eſt multiplex; quia æquiualenter continet malitiam multorum actuum, numero differentiũ, ac ſi eſſent multa peccata nume-
31 ro completa; vt qui † vult occidere tres homines, tria committit homicidia in intentione; quia tã mala eſt voluntas occidendi vnũ, quàm alterũ: & ſimiliter, qui ter dicit *al diſpetto di Dio*, vel aliam blaſphemiam, committit tria peccata; quoniam non minus malum, ſiue delictum eſt dicere in primo *al diſpetto di Dio*, quàm in ſecundo, tertio, vel quarto verbo, nec ſecũdum eſt neceſſarium concomitans primum; ſicut eſſe poteſt in actibus venereis.

Imo videtur dicendum, ex eo,
32 quòd percutiens † aliquem ferro tricipiti, triaque illi vulnera grauia impingens tripliciter peccat. Nau. de pęn. diſtin. 5. in princ. etſi actus ſubſequentes concomitentur primum actum; nihilominus quòd augeant peccatorum numerum; vide Azor. par. Inſtit. Moral. lib. 4. c. 4 q. 5. circa finem.

Reſtringitur quarto in blaſphe-
33 mante † plures Sanctos vno impetu, quia vnica, quoad reſeruationem, quoque erit blaſphemia, ex Cępol. conſil. 76. ita in blaſphemante Deum, & Sanctos vno impetu. D. Menoch. de pręſump. lib. 5. præſump. 2. nu. 27. Decian. d. c. 5. num. 14. qui exiſtimat grauius puniendum, qui bis vnum Sanctum blaſphemat; quàm qui ſemel tantum, & vno impetu plures; tum quia in delictis offenſio facta vno impetu pluribus, recipit vnam tãtum accuſationem, & procedit in publicis delictis, prout eſt iſtud, l. ſi plures, ff. de accuſ. & vnica pęna punitur, l. Senatus, cod. titul. tum quia in pęnis benignior eſt interpretatio facienda, l. præſes, ff. de pęnis, Decian. d. nu. 14. in fine. Plot. eod. trac. nu. 24.

Subdit quidem Decian. loc. ci.
34 quòd ſi † ſtatutum puniret blaſphemantem Deum in 30. alterũ blaſphemantem B. Virginem in 20. & tertium blaſphemantẽ Sanctos in 10. ſiquis vno impetu blaſphemaſſet Deum, Virginem, & San-

Sanctos, quòd deberet puniri in
30.tanquam ille, qui blaſphema-
uit Deum,non in 10.tātum; quia
maius delictum abſorbet minus,
vt habetur in l. quoniam plura,
& in l.illud,§.fi.ff.ad leg. Aquil.&
35 ſic reſoluitur † regula illa, l.præ-
ſes, ff. de pęnis ſupra adducta, ꝙ
in pęnis benignior eſt interpreta-
tio facienda; nam ſecus eſt, quan-
do vnico actu plura facta ſunt de-
licta; quia tunc maius abſorbet
minus,vt notant gloſs.& Scrib.in
præalleg.legib.vide D. Polyd. Ri-
pam,tract.de noct.temp.capit.46.
num.1.

Verùm ratione peccati, mihi
videtur concludendum cum Io.
Azor.par.1.Inſt.mor.lib.4.c.4.q.5.
36 ꝙ blaſphemans † Deum,& Apo-
ſtolos faciat tredecim peccata in
confeſſione explicanda, contra
Nauar.in Man.ca.6.nu.19. quem
ſequuntur Rodriq.in Sum. par.2.
c.214.nu.3.Prax.pęnit.c.12.q.48.
Probatur,quia licet talis locutio-
nis actus ſit vnus,virtute tamē,ra-
tione peccati,eſt multiplex; plu-
res enim cōtumelia afficit;& hoc
peccatum in ſe habet tot mali-
tias,quot ſunt duodecim Apoſto
li,qui sūt diuerſa obiecta exterio-
ra,quorum quilibet eſt prohibitū
37 blaſphemare; ſicut qui † nō ieiu-
nat per totā Quadrageſimā, com
mittit tot peccata, quot ſunt ſin-
guli dies obligantes per ſe ad ieiu
nij pręceptum; ſicuti qui vno ictu
vulneraret, vel occideret plu-
res.

38 Confirmatur ēt ea ratione; qa †
vno ictu, & impetu qui tres cleri-
cos percuteret,ter excōicatus eſ-
ſet,Io.And.in Mercur.ca.delictū,
de reg.iur.lib.6.Nau.in Man.c.6.
nu.19.Hugol.de Cenſur.c.16.tab.
1.§.3.nu.8.quem citando nouiſſi-
mè ſequitur Lucas Floron. tract.
de prohib.duelli.c.5.§ 6.nume.4.
quot enim clericos percuſſit,ſin-
gulis quoque iniuriam intulit, &
ſinguli poſſunt accuſare, ex quo
diuerſæ ſunt excōmunicationes,
Sair.de Cenſur.lib.1.c.10. nu.9.in
fin. Aliàs plura delicta ſimul con-
currentia facerent,vt ea cōmittēs
alicuius impunitatem conſeque-
retur,contra l.nunquam plura.ff.
de priuat.delict.

Nec obſtat ratio Nau. loc.cit.
39 de eo,qui † vult furari cumulum
aureorum, vel tritici aceruum, ꝙ
ſit vnicum peccatum, uel de eo,
qui vult comburere totā domū;
quia eſt diſpar ratio, nam hęc cō
iuncta faciunt vnum indiuiduū;
& ideo vnicum eſt peccatum; li-
cet reſpectu quantitatis,ſit maius
peccatum:vt ēt innuit Nau. In ca-
ſu aūt noſtro duodecim Apoſtoli
ſimul iuncti non faciunt unicum
indiuiduum; ſed ſemper ſunt di-
uerſa, & duodecim indiuidua,nu
mero diſtincta; conferūt adducta
ſupra in præcedenti limitatione
num.30.

40 Reſtringitur quinto in pueris,†
& in impuberibus,q non ſunt do-
li capaces, ignorātes quid dicant;
qui ſanè tanquam pſittaci idem
dicunt, quod aliàs audierunt; ar-
gumen. l. primę, §. finali, C. de
falſa mon. l. in eo quod plus.§.pu-
pillus,ff.de regulis iuris. Idem eſt

dicendum de ſenibus, qui ob ætatem decrepitam delirãtes blaſphemant; iudicij enim, & rationis expertes ſunt; ideo ab omni pęna excuſantur.ita Sair.in Claui regia,lib.6.ca.13.nu.25. Pegna ad Direct.Inquiſ.3.par.com.17.

41 Et hæc reſtrictio procedit ſm † Palud.in 4.diſt.34. q.2. art.j. & Iacob.Graf.conſ.3.de adul. & ſtupr. nu.15.regulariter in omnibus impuberibus,& minorib. 14.annis; quia cum ante pubertatis annos non habeant uſum rõnis pfectũ, conſequenter in caſib. reſeruatis minime cõprehẽdi debent;ẽtſi poſt pubertatem peterent abſolutionẽ, Gaiet. in verb. excõicatio. Cõtrarium tñ eſt, qñ impuberes, & minores ſunt doli capaces, in q bus malitia ſupplet ætatem: tunc enim non ſolum peccant mortaliter, maximè ſi uim, & ſenſum blaſphemiæ intelligant; ſed in caſu includuntur reſeruato.

Probatur primò; quia impubes 42 & minor † in ſpiritũalibus agit, ut maior,gl.celeber. in c. mulier,32. q.2.Nau.cõſ.1.de cogn.ſpirit. Vnde excõicari poteſt, ca.1.& fin.de ſent.excom.Suarez tom.5.diſp.5. ſect.j.nume.19.vide Sair. de Cenſur.lib.1.c.8.num.4.

43 Secũdo probatur † p c.1.de delic.puer.vbi ſic hr: Pueris grandiuſculis peccatũ nolunt attribuere quidã;niſi ab annis 14. cum pubeſcere cęperint; Quod merito crederemus,ſi nulla eſſent peccata, niſi q̃ mẽbris genitalib. admittunt. Quis uerò audeat affirmare furta,mendacia, periuria, & blaſphemiæ non eſſe peccata? At hiſ plena eſt puerilis ætas: quãuis in eis non ita, ut in maioribus puniendà uideantur.

44 Tertiò facit,quia hmõi † impuberes ob delicta pęna puniri dẽnt ordinaria in foro iudiciali, ſecũdũ Decian.trac.crim.lib.6.ca.5.nu.6. Farin.in Prax.crim.q.16. num.49. Odd.de reſt.in integr.par.2.q.81. ar.j.nu.20.Plaz in Epit. delic.lib.j. c.32.nu.6. & 10. & de ueriori magiſq; recepta opin. fidẽ facit Caroc.trac.de minor.in delic. excuſ. ubi plures citat, quamuis ɔ̃trium teneant Caſtr.in l. quid ergo §.pęna grauior.ff.de reg.iur. Tiraq. de pęnis,cauſa 7. verior tñ mihi videtur opinio D. Menoch. de arbitr. caſ.329.nempe, impuberes puniri iudicis arbitrio, dummodo, ut diximus, ſint doli capaces.

45 Doli aũt † capax dr regulariter, qui ſeptimum annum excedit,gl. in c.j.de delict puer.in verb.grandiuſculis.D.Menoch.de arbitr.caſu 57.nu.41. vide Sanchez tom.1. lib.6.diſp.38.nu.2.in qua quoque ętate,ſi verè eſt doli capax,occidẽdo,fit irregularis,nõ ante. Clem. 1.de homic. vbi Couar. par.3.§.1. a nu.5.Plaz d.c.32.n.2.Sair.de cenſur.lib.6.c.18.nu.18.& ſeqq. qcq; dicant alij, uide Nau.d.conſ.1.de cogn. ſpirit. vbi de cõi & recepta opin.teſtat. Propterea concludendũ mihi vr † in reſeruatione com- 46 prehẽdi impuberes doli capaces blaſphemare ſolitos;niſi expreſsè eximeret,prout faciunt Archiep. Neapol.in ſua Tabel. caſ. reſer. in fin. Epiſc. Arim.art.10. Foril art.7.

Placen.art.4.& alij. Mulieres quoque blaſphemare ſolitæ includũtur in reſeruatione, iuxta ſuperius adducta, q.7.num. 58.

47 Reſtringitur ſexto in †ebrio; licet.n.ebrietas non excuſet ſolitũ in ebrietatem ſæpè incidere; nã, vt inquit Tul.4.Rhetor. qui ſe p uinũ perdidiſſe rationem dicet; is animi uitium addet ſceleri, & nõ imprudentia ſe excuſabit; ſed culpa contaminabit perſonam: & ita in terminis blaſphemiæ tradit Luc.de Pen.in l.omnes, nu.7. de delat.lib.10.& ideo dr̃ in c.à crapula, de vit.& honeſt.cler.& in Cle.j.

48 de homic.† ꝙ committens homĩcidiũ, uel mutilationem p ebrietatem efficitur irregularis; ſi ipſe fuerit in cauſa, unde ebrietas extitit. Azor.tom.13.lib.2.Inſt.moral. par.j.c.11.& lib.7.c.33.q.7. Deciã. trac.crim.lib.6.tom.2.c.5.num.8. Gutier.lib.2.Capon.qq.ca.4. Sair. de cenſur. lib.6.c.17.nu.34 & lib. 7.c.2.nu.13.circa med facit D.Polyd. Ripa, de act.in mortis art.cap.

49 60.nu.4. Sic Loth † culpandus videtur, qui poſtq̃ inebriatus fuit, proprijs filiabus ſe immiſcuit, ut habetur Gen.c.19.& quem Sodoma non vicit, uina uicerũt, inquit §.1.diſt.35. Quare ſubdit Albert. de agnoſc.aſſert.q.27.nu.15. ꝙ ut in futurum quis caueat ab ebrietate, quæ eum traxit ad blaſphemias, pœna eſt puniendus arbitraria, l.hodie.ff.de pęnis, facit l.reſpiciendum, §.delinquunt, ff.de pœnis, D. Menoch.de arbitr. caſ.377. num.6.

50 Attamen non includitur † in reſeruatione blaſphemans in ebrietate pluries, uel etiam hæreticè, dummodò omninò, uel quaſi mente priuatus fuerit; nam perinde de eo, ac de furioſo, & mente capto cenſendum eſt; ac proindeà pęna excuſandus erit; ſecùs ſi modica fuerit ebrietas; tunc.n. in vtroque foro erit delinquens puniendus. Zanchin. de hæret.c. 7.num.9. vbi Campeg.in add. Pegna ad Direc.Inquiſ.conſ.17.par. 3. Lopez de Salzedo in Prac.Cri. c.110. Tiraq.de pęnis temperand. aut remit.cauſ.5.nu.2. Sair.in Claui, lib.6.ca.15.nu.24. Idem erit de dormientibus, hæreticalia quandoque proferentibus.

51 Nec includitur ſecundũ Graſ. in ſua Praxi, lib.j.c.10.n.52.† etiãſi talis ebrietas procedat ex culpa blaſphemantis: nempe aduertens ſe ex potu immoderato inebriari: & tamen non uelit à potu abſtinere; ſed potius ebrietatẽ incurrere; & ante ebrietatem aduertat quoque ſe in ebrietate ſolitũ blaſphemare: tunc enim tantum mortaliter peccat; ſed non comprehenditur in caſu reſeruato.

QVÆSTIO IX.

Blaſphemia quænam publica, ſiue notoria dicatur; & ob eam qui in Epiſcopali reſeruatione includantur.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemiæ publicæ abſolutio, cur ab Epiſcopis communiter reſeruetur.*
Delictum publicè factum ex leui efficitur atrocius.
Tolerabilior eſt culpa, ſi lateat.
2 *Publicum peccatum, cur publicè puniri debeat: & nu. ſeq. ex Concilio Tridentino.*
4 *Notorium iuris, & notoriũ facti quid, & ut differant, & nu. ſeq.*
Publicum quaſi populicum dicitur.
6 *Notorium facti ex quibus inducatur, & quid ſit ſecundum communem traditionem, nu. ſeq.*
8 *Notorium quando quid dicatur in dubio, iudicis arbitrio in vtroque foro relinquitur.*
9 *Arbitrium iudicis, uel boni uiri regulari debet iuxta iuris, & æquitatis regulas.*
10 *In publici blaſphemi caſu reſeruato qui comprehendantur, vel non.*
11 *Ad notorium inducendum in omni loco publico ſeptem perſonæ ſufficiũt.*
12 *Numerus ſeptenarius eſt perfectus; & ideo in Doctoratu ſeptem Doctores requirũtur intereſſentes.*
Doctores quot requirantur in examine alicuius doctorandi.
13 *Blaſphemans in vicinia, taberna, collegio, coram ſex perſonis, dicitur publicus.*
14 *Tabella Neapolit. art. 1. expenditur.*
15 *Quando comprehendatur quis in caſu reſeruato notorij blaſphemi coram duab. perſonis blaſphemando.*
16 *Blaſphemantis crimen deductum ad forum iudiciale, quando includatur in hac reſeruatione.*
17 *Teſtes qui eſſe non poſſint.*
18 *Notorius blaſphemus, ut quis dicatur, oportet eius delictum maiori parti Collegij conſtare.*
19 *Blaſphemans in loco publico, ubi adſit multitudo perſonarum, ſi à nullo audiatur, publicus non dicitur.*
20 *Statutum requirens præſentiam, oportet ꝓbare, quòd præſens intellexerit.*
Percuſſio clerici in platea facta, non videntibus ad minus ſeptem perſonis, non dicitur notoria.
21 *Blaſphemans coram duabus, uel tribus perſonis, ſi illæ pluribus manifeſtet, & fiat fama publica non dicitur notorius blaſphemus, contra Capean. & alios, declaratur num. 23.*
22 *Ad notorium inducendum non ſufficiunt teſtes ex auditu, uel fama publica, & nu. ſeq.*
23 *Peccatum alicuius quandoque à maleuolis ſine aliqua facti certitudine publicatur,*

Locus

24 *Locus non omnis facit blaſphemiam publicam, & quæ loca dicantur publica.*

25 *Blaſphemans domi coram filijs, & famulis, cur publicus blaſphemator non dicatur, etſi plures decem adeſſent, declaratur nu. 27. & 28.*

Nauta blaſphemando in naui coram pluribus ſuis ſocijs, non dicitur notorius blaſphemus, ſub nu. 26.

26 *Notoria non ſunt dicenda, quæ in domo fiunt, cum difficilè probari poſſint.*

29 *Noctu blaſphemans non dicitur notorius; declaratur nu. ſeq.*

30 *Nihil refert quid ex æquipollentibus fieri.*

Aequipollentia eandem habent rationem, & idem eſt eorum effectus.

31 *Teſtis deponens de delicto noctu commiſſo, fidem facit, ſi probetur quod luna luceret, uel aliud adeſſet lumen.*

32 *Teſtis deponens quem eſſe blaſphematorem, probat, ubi rationem reddat.*

33 *Teſtis ut probet, blaſphemiæ uerba enunciare debet.*

POſtremò pro caſu blaſphemi publici; ſiue notorij ſciendum eſt primò, quòd bla-
1 ſphemiæ † publicæ abſolutio ab Epiſcopis reſeruatur, ea potiſſimũ ratione, quia peccatum publicum ſemper peius eſt, & grauius, quàm ſecretũ. Imò delictum publicè factũ communiter, ex leui efficitur atrocius, Puteus deciſ. 296 nu. 1. par. 1. tum, quia publicus delinquens videtur ex maiori peccaſſe contemptu; tum, quia hoc fit regulariter cum aliorum ſcandalo; Nauar. in com. cap. 2. de pęnit. diſt. 1. num. 2. & tolerabilior eſt culpa, ſi lateat, vt habetur in cap. nemo, 32. quæſtio. 4. Scandalum autem videtur eſſe principalis cauſa huius reſeruationis, vt rectè notat Ioan. Capeauil. caſu 19. q. 1. in tracta. de caſibus reſeru. & facit gloſ. in cap. cum illorum, de ſent. exc. quæ cõſiderat notorietatem loci efficere percuſſionem grauem, ſiue iniuriam ratione ſcandali, Praxis Archiep. Neapol. c. 81. nu. 3

Quare in foro etiam exteriori
2 † publicum peccatum ſemper publicè puniri debet; vt alijs metus incutiatur; ne ſimilia faciant, & vitetur ſcãdalum, cap. Quapropter, 2. q. 7. l. aut facta, § fin. ff. de pęnis, & vbi non puniatur, murmurationem parit, Nauar. in Com. cap. inter uerba, 11. q. 2. concluſ. 6. n. 665. & faciunt adducta per Montal. de ſent. Pilati, art. 1. nu. 46. & ſeq. Accedit ſingulariter Decretum Sacri Conc. Trid. Seſſ. 24. ca. 8. de refor. his verbis; Apoſtolus monet publicè peccantes palàm eſſe cor-
3 ripiendos; Quando † igitur ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit, vnde alios ſcandalo offenſos commotoſque fuiſſe, non ſit dubitandum, huic condignam, pro modo culpæ, pœnitentiam publicè iniungi oportet, vt, quos exemplo ſuo ad malos mores prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectam reuocet vitam; Epiſcopus

pus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud ſecretum poterit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire. Pro cuius decreti vera intelligẽtia vide Nauar.c.8.nu.10.not.Couar.var.li.2.c.10.nu.3.verſ.6. Rodriq.in Sum.par.1.c.56.nu.2.

Secundò ſciendum, quòd notorium dicitur, vel notitia † iuris,
4 ſcilicet,quando conſtat in actu iudicij, vel ex propria, & ſpontanea confeſſione in iudicio facta, vel ex indubitata, & clara probatione;vel ex ſententia vltima,& irreuocabili; Tolet.in Sum.lib.1.cap.69.num.2.ex Pan.& communi,in ca.veſtra, de cohabit.cleric.& mulier. & id attinet ad forum exterius. Vel notitia facti,quod quidẽ pertinet præcipuè ad forum animæ,& conſcientiæ, in quo nunc
5 maximè verſamur. Et dicitur † notorium facti ſecundum Alex. de Neuo,in addit.2.ad Abba. in cap.2.de maled.lit.b.quando blaſphemia eſt adeo nota; ut nulla tergiuerſatione purgari poſſit, vt in ca.olim,de verbor.ſignif. Et ubi blaſphemia fuerit prolata coram pluribus, & hoc probatur per teſtes, efficitur notorium iuris,ut not.in d.ca. veſtra. Dicitur autem publicum,quaſi populicum, ita gloſ.in §.conſequens inſtitu. de ſuſpect. tut. deriuatur enim hoc uerbum publicum à populo.

6 Tertiò notorium † facti ex tribus communiter inducitur,nempe ex ſcientia, ſiue notitia multorum hominum,ex loci,temporiſque qualitate, Maſchar.de proba. concl.1106.nu.16.in fin.uolum.2. Sair. de cenſur. lib.2. cap.12. num.19. Sed non tàm loci, quàm ſcandali ratio habenda erit, ut aduertit in materia percuſſionis Clericorum Prax. Archiep. Neapol.in c.81.nu.3. quod notandum.

7 Et communiter definitur † illud eſſe, quod à maiori parte alicuius Ciuitatis, Parochiæ, Viciniæ,Collegij,Monaſterij, uel alterius Congregationis, euidenter ſcitur;modò ſaltem in eis reperiātur decem homines; & ſufficit notum eſſe maiori parti Viciniæ, Collegij,Monaſterij;licet nō fuerit tale maiori parti Prouinciæ, Ciuitatis,& Parochię,Nauar.poſt alios in Man.c.27.nu.255.Tolet. Maſchar.Sair. loc.cit. optimè Bened.Capra, tracta.de notorio,in 1.memb.nu.7.& nos in 2.par. Can. qq.quæſt. Quando quis dicatur notorius clerici percuſſor.

Quartò ſciēdum, quòd quam-
8 uis † ſatis controuerſum ſit,quando aliquid notorium, uel aliquis notorius delinquens dicatur, nec poſſe dari certa doctrina uideatur: idcirco iudicis arbitrio in foro exteriori,in interiori uerò Epiſcopi,uel prudentis cōfeſſarij eſſe relinquendū, tradunt D. Menoc. de arbitr.caſ.166.nume.7. Maſch. de prob.concl.1106.num.18.Sair. d.num.19.

9 Attamen,quia † tale arbitrium debet regulari non ſm iuxta ſuā imaginationem,& libitum; ſed ſecundum iuris diſpoſitionem, & approbatis doctrinis congruum eſſe debeat, capit.cum autem 22. diſt.

diſt.ubi Præpoſ.Hier.Gabr. conſi. 74.num.8. D.Menoch. de arbitr. q.6.nu.2. Rodriq.tomo 1.Regul. qq.q.11.ar.6.reg.8.circa finem.Propterea,quæ in hoc articulo magis à Doctoribus ſunt recepta, hunc explicando caſum, breuiter addu
10 cemus. In hoc ſanè caſu † reſeruato publici,ſiue notorij blaſphemi ueriſimiliter includuntur; nõ ſolum, qui indifferenter, ubicunque inueniuntur, ſine aliquo reſpectu, in blaſphemias paſſim prorumpunt,cum plurimorum ſcandalo,iuxta tex.in c.fin.26.q.6. Sed qui in foro, ſiue in publica platea, in mercato,in nundinis, in Eccleſia coram ſeptem, uel plurib. perſonis audientibus blaſphemauerint,quod procedit in foro Villæ, Sair.in Clau.lib.6.cap.13.nume.11. Coron.in Sum.par.1.nu.86.

Et quamuis decem homines in ciuitate dicantur pauci; & in uilla ſint multi, propterea in platea ciuitatis,in mercato,in nundinis uideatur maior numerus, quã
11 ſeptem, † requiri ad faciendum notorium facti, ut innuit Sair. loco cit. Attamen ſeptem teſtes regulariter ſufficere ad notorium inducendum in omni loco publico, rectè, & probè concludit Maſch.de probat.d.concl.1106.nu.17. Et licet Doctores loquantur de decem teſtibus, id exempli gratia faciunt; non ideo negant, quin ex numero ſeptem teſtium notoriũ inducatur: ita etiã firmat Doctiſs. D.Mar.Anton.uar.reſol.lib.3.reſol.11.num.17.& confirmatur ex defini.notorij cõmuniter recepta.

Faciunt per me adducta ad Cõpend. Nau.in uerb.Doctor.num.
12 19. de numero ſeptenario, † qui eſt numerus perfectus, ſecũdum gloſ.in princ.diſt.1.de pęnit.& maiorem habet efficaciam, quàm alius numerus. Et hac potiſſimum de cauſa, ut ſcribunt Coraſ.de cõmuni opin.lib.1.tit.3.nu.20. & ſequen. D.Menoch.de arbitra.caſu 221.num.11. fuit conſtitutum, ut non minus,quàm ſeptem Doctores intereſſent Examini Laureandi; qui eum approbarent, ut not. Abb.in c.prudentiam nu.9.de offic.deleg.u.de Fab.Paulin. qui ſeptẽ de ſeptenario numero libros edidit in illum Virgilij uerſum Aeneid.lib.6.

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimine uocum.

Extenditur primo in blaſphemante
13 † in Vicinia,Taberna,Refectorio Fratrum,Capitulo,aut Collegio coram quinque,uel ſex perſonis, prout erit Vicinia, Collegiũ, uel alius locus; quia reſpectu horum locorum, iſti dicuntur multi,& probabiliter præſumitur, qđ illi alijs de Collegio manifeſtauerint; ita colligitur ex Sair. loco cit. Rodriq.tomo 2.qq.regul. q.6. ar.4.Clar.in Praxi, §.fina.q.9. & in libro Archiepiſcopi Coſentini titulo, *Auertimenti per l'officio d'l Rettore*,par.4.ti.6.uerſ.circa il j. Graff. in Praxi lib.j.cap.10.nu.19.Et huc
14 faciunt Tabella † caſ. reſeru. Illuſtriſſimi Card. Aquæuiuæ Neapol. Archiep.art.j.ibi, blaſphemãtes Deum, uel B. Virginẽ ex peruerſa conſuetudine coram pluribus

bus perſonis ſupra quatuor;& nouæ Dominij Mediol. Conſt.lib.4. tit.de pęnis, §.ſeuerè puniēdi, ibi, modò ſint numero ſaltem quatuor vltra familiam illius, cuius locus eſt.

15 Extenditur ſecundo in † blaſphemantibus coram duabus,vel tribus perſonis,ſi tot teſtes ex epiſcopali reſeruatione tantum ſufficiant, prout expreſſit Illuſtriſſ. & Reuerēdiſſimus Archiepiſcopus Piſarum in ſua Tabella caſuum reſeruatorum,ar.15.vbi ſic habet. Blaſphemantes publicè, & notoriè, ita, vt ſaltem per duos teſtes probari poſſit,niſi hoc furore iracundiæ acciderit.

16 Extenditur tertio in† blaſphemante, cuius crimen ſit deductū ad forum iudiciale; illudque vel ex propria,& ſpontanea confeſſione in iudicio, vel ex indubitata probatione,vel ex ſententia diffinitiua conſtet, iuxta capit. ſtatuimus,de maled. & ſuperius notata ex Tolet.d.cap.69.num.2.& Sair. d.num.11. ſecus quidem eſſet dicendum,vbi delictum ſimpliciter ſit in iudicio deductum,uide Bened. Capram,tract. de notorio in primo membro à numero 12.ubi plenè.

Reſtringitur primò, ubi perſonæ præſentes tales non ſint,quòd blaſphemia probari poſſit, v.g. ſi
17 nō † ſint mentis compotes,vti furioſi,ebrij, vel amentes. arg. c.fin. qui matr.accuſ.non poſſ.uel non habeant rationis iudicium, ut minores ſeptennio,capit.1. de delict. puer. Vel eſſent ſurdi, ita quòd penitus non intelligerent; vel eſſent dormientes;quia cum ceſſet reſeruationis cauſa, nempe circūſtantium ſcandalum, uel occaſio mali, ceſſare etiam debet ipſa reſeruatio,vulg.iu.& notat Graff.in Praxi,lib.j.cap.10.ſub numero 64.

18 Reſtringitur ſecundo,vbi nō † innoteſcat ſaltem maiori parti viciniæ, Collegij, Congregationis, in qua regulariter decem reperiri oportet per tradita à Pan. cum communi, in cap.veſtrà,de cohabit.cler.& mul.notitia namq; pauciorum,quàm ſex non facit aliqd publicum; neque ſex, quando illi non ſunt maior pars illius cōgregationis,cuius reſpectu illud dicitur eſſe publicum, Nau. in Man. cap.25.nume.73. & ideo Franc. Tolet.d.cap.69.ſub nume.3. ſubdit,quando Collegium, vel vicinia continet viginti, ſex non ſufficere ad faciēdum notorium; ſed neceſſariam eſſe maiorē viciniæ partem; in hoc tamen caſu teneri poteſt, quod probabiliter dixi ſupra, nempe ſufficere ſeptē teſtes, iuxta opinionem magis communem Doctorum teſtimonio approbatam.

19 Reſtringitur tertiò,vbi quis† in loco publico blaſphemaret,& ibi adeſſent etiam centum homines; ſed à nullo audiretur: uel quia voce ſubmiſſa blaſphemaret; vel qa longè diſtarent,& audire nō poſſent: Aut ſi adeſſent aſtantes,ſed ſuis negotijs intenti, non aduerterent verba blaſphemiæ prolata ludendo, uel rixando; facit gloſſ.in cap.in primis,verb.præſente, & intellige-

telligente, 2.q.1. vbi Gemin. dixit,
20 quòd ſi ſtatutum † requirat præſentiam, oportet probare, quod præſens intellexerit, argum. in ca. teſtes, 3.q.9. vbi habetur non ſufficere præſentiam, niſi exiſtat intelligentia. Et illud dicitur corã aliquo fieri, qđ fit eo ſciente, & intelligente, l. coram, ff. de verb. ſig. vide Felin. in proœ. decre. à nu. 22. faciunt etiam tradita per D. Mar. Antonin. lib. 1. var. reſol. d. reſol. 11. num. 17. vbi cum Maſchar. loc. cit. num. 17. rectè docet, clerici percuſſionem in platea factam, non videntibus ad minus ſeptem teſtibus, non poſſe dici notoriam. Et ratio huius limitationis eſt, quia non tàm loci, quàm ſcandali conſideratio habenda eſt, vt ſuperius diximus, quod ſine dubio ceſſat in hoc caſu.

21 Reſtringitur quartò, vbi quis † blaſphemaret coram duabus, vel tribus perſonis audientibus, & illæ pluribus manifeſtarent, ità vt fieret publica fama; nam licet ſecundum Io. Capeauil. tract. de caſib. reſer. caſ. 19. quæſt. 2. ad fi. poſt Sylueſt. verb. Blaſphemia, quæſ. 6. Sebaſt. Medic. in Sum. pecc. q. 41. Graf. in Praxi, lib. 1. cap. 10. ſub nu. 19. in fin. talis blaſphemus dicatur notorius, nec neceſſarium ſit, vt fama ad aures Epiſcopi perueniat: attamen eorum opinio non eſt admittenda; iſte enim nõ notorius, ſed famoſus blaſphemus dici debet; tum quia ad notorium inducendum requiritur certa ſcientia tot teſtium; prout ſupra diſſeruimus; ideo non ſufficit † teſtimo-
22 niũ, ſiue teſtes ex auditu, vel vox, & publica fama, Ant. Buti. in d.c. veſtra, Maſchar. d. concl. 1106. nu. 20. & num. 21. concludit, in factis recentibus proprium ſenſum requiri; vt, quia fuit præſens, vidit, audiuit: optimè Bened. Capra, tract. de notorio, in 2. memb. nu. 6. ibi. Quintò requiritur, quòd totus populus, vel Parochia, vel maior pars populi, vel Parochiæ poſſit eſſe teſtis, non ex auditu aliorum, prout eſt in fama, ſed in proprio ſenſu corporali auditus, viſus, vel alterius ſenſus immediatè ſecundum ſubiectam materiam; vt patet in cap. dilectus, de purg. can.

23 Confirmatur etiam; quia † peccatum alicuius quandoque contingere poteſt, quòd à maleuolis ſit publicatum, ſine aliqua facti certitudine, aut euidentia, ratione cuius publicationis aliqua infamia ille talis veniret notatus, & dici deberet notorius in huiuſmodi delicto; quod tamen nõ eſt verum, vt rectè explicat Rodriq. tom. 2. qq. regul. q. 6. artic. 4. Facit Capra tract. de notorio, in 2. mẽb. num. 2. & ſeq. Et propterea quæcunque notitia non inducit notorium; quamuis ex ea poſſit oriri ſcandalum. Verum quidem eſt, quòd blaſphemans coram tribus perſonis, ſi hoc ex fama deueniat ad notitiam Epiſcopi, coram quo ille confiteatur, vel conuincatur notorium dici blaſphemum, iuxta not. in c. 2. de maled. & ſuperius in 3. ampl.

Reſtringitur quintò ratione lo-

24 ci, quia non † omnis locus facit, blaſphemiam eſſe publicam: loca namque publica dicūtur eſſe Eccleſia, Platea, Via publica, Hoſpitium, Apotheca, vel alius locus ēt priuatus, in quo ſe cōgregent homines ad quoduis negotium, modo tamen ſint numero quatuor vltra familiam illius, cuius is locus eſt, ita declarant nouæ Mediolani Conſt. lib. 4. tit. de pęnis. §. ſeuerè puniendi. Vnde ſi quis bla-
25 ſphemaret domi ſuę, coram filijs, & famulis: (famuli enim dicūtur eſſe de familia domini.) Vel nauta in naui: aut mulio per uiam incedendo, ſequens mulos coram ſocijs; quamuis eſſent plures ſeptem, non dicetur publicus, ſiue notorius blaſphemus, ex Farin. in Praxi, de delict. tit. 3. quæſt. 21. à num. 38. & in ſpecie num. 55. facit D. Polyd. Rip. de noctur. temp. c. 68. nume. 31. Coron. d. nu. 86. Sair. in Claui, d. num. 11. ratio eſt, quia præſumitur, quòd domeſtici dictum peccatum ſubticeant; &
26 propterea quæ in domo fiunt, cū de facili probari nequeant, notoria dicenda nō ſunt, cap. veniens, el 2. de teſtib. cap. cum dilecti, de elect. Capra loc. cit. nu. 7.

Declara primò, hanc limitationem non procedere, ubi quis domi, uel nauta in naui, aut mulio per uiam, & ſic in ſimilibus locis,
27 coram † extraneis ibi conuenientibus, uel pertranſeuntibus blaſphemaret; modò ipſi intelligant verba blaſphemiæ; dicetur enim notorius blaſphemus; ceſſat namque ratio mox adducta. Hinc dicebam in facti contingētia, rhedarium quendam, qui in ſua taberna aptando equos ad rhedam, coram ſex perſonis extraneis, præter alios ſuos ſocios, blaſphemauit, includi in caſu reſeruato notorij blaſphemi; & abſoluendum fore à Pęnitentiario, vel alio habente huiuſmodi facultatem.

28 Declara ſecundò quando † eſſet magna domus, famulorum ſatis plena; cum de tot, & de filijs eorum, tot diuerſorumque parentum non præſumatur ſecretum; ſi ab ipſis peccatum ſciatur; tunc quidem notorium dicetur, & in tali caſu, blaſphemū ſub reſeruatione comprehendi videtur dicendum; cum non ceſſet aliorum ſcandalum, arg. eorum, quæ ſupra in principio huius quæſtionis adducta fuere.

Reſtringitur ſextò ex temporis
29 qualitate; quia † ſi de nocte, etiam concurrentibus alijs circumſtantijs, blaſphemaret, non diceretur notorius; oportet enim, ut de die factum ſit delictum, ca. pernicioſum, ff. de pęnis, l. aut facta, cum ſimil. Ioan. And. in d. cap. veſtra; & Bald. in l. ciues, C. de appel. Capra in d. trac. de notorio, in 2. memb. ſub num. 7. Sair. d. nu. 11. Maſchar. de prob. concl. 1136. num .. in fin. quod ipſum confirmat doctrina D. Polyd. Ripæ, tract. de noct. tēp. cap. 68. num. 33. & ſeq. Lud. Carb. in Sum. tom. 3. lib. j. cap. 60. verſic. aliqui tunc.

Declarari tamen debet, niſi luceret luna, vel adeſſent lumina; quia concurrentibus alijs circum-

30 cumſtantijs,† nihil refert quid ex ęquipollentibus fieri, l. 3. C. de inſtit. & ſubſt. c. in his, de verb. ſign. c. licet ex quādam, de teſtibus; nā æquipollentia eandem habent rationem, & eorum effectus eſt idem, Bald. in l. illud, C. de ſacroſ. eccl. etiamſi loquamur in materia reſtringibili, glo. in cap. ſi poſtquam, §. j. & §. fin. de elec. lib. 6.

31 Quocirca teſtis† de delicto, vel actu cōmiſſo de nocte deponens probat; ſi rationem addat; quia luna lucebat, uel aliud lumen aderat, ut probè tradit inſignis I. C. D. Polyd. Ripa, de noctur. temp. c. 57. num. 5. poſt Burſat. conſi. 34. num. 6. quem refert, & de cōmuni probat Bonacoſ. in par. 1. com. opin. crim. verb. Teſtis. modo probet, quòd luxerit luna, vel aliud adfuerit lumen, Bald. in l. Arethuſa, nu. 3. ff. de ſtat. hom. Rol. à Val. conſ. 7. nume. 28. lib. 1. Guttierez conſ. 35. nu. 23. Maſchard. concl.

32 1391. num. 25. Sicuti† probat teſtis deponens aliquem eſſe blaſphematorem, & rationē reddit, quia ſum vicinus. Purpur. in l. prima, ff. ſi cer. pet. num. 108. Maſch. de probation. concl. 195. nume. 1.

33 debet † tamen huiuſmodi teſtis enunciare etiam uerba blaſphemiæ, aliter fidem non facit. Petr. Cabal. in reſol. crimin. caſu 180. num. 6. & ſeq.

QVÆSTIO X.

Obſeruationes, ſiue declarationes quędam circa Epiſcoporum Tabellas, de caſibus reſeruatis in hac blaſphemiæ materia; & expoſitio Decreti ſacræ Congregationis, quo prohibetur abſolutio à caſib. reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemię publicæ abſolutio an Epiſcopo ſit à iure, aut generali conſuetudine reſeruata, & nu. ſeq.*

3 *Blaſphemia antiquitus ad iudiciale forum delata ab Epiſcopo ſolenni pęnitentia puniebatur.*

4 *Blaſphemiæ abſolutio communiter ab Epiſcopis in ſuis diœceſibus reſeruari ſolet.*

5 *Confeſſarij quid aduertere debeant, ubi in Tabella caſ. reſer. non ſit mentio de blaſphemia.*

6 *Tabella caſ. reſer. ſi ſimpliciter exprimat blaſphemiam, non addendo publicam, an occulta, & publica comprehendatur.*

7 *Abſolutio publicæ blaſphemiæ Epiſcopo reſeruatur, ab occulta uerò quilibet confeſſarius abſoluit, declaratur nu. 9. & ſeq.*

8 *Tabellæ Bonon. Ferrar. Parm. Piſau. ar. 1. Fulginen. ar. 13. Cremen. in admon. & Aquen. art. 5. Narb. ar. 1. Turon. ar. 13. de blaſph. explicantur.*

9 *Blaſphemia hæreticalis ſimpliciter reſer. comprehenditur, etſi publica nõ ſit; & declarantur plures Tab. & numero ſequen.*

Tabell. Aſtenſ. arti. 14. Comen. arti. 1. Derth. ar. 11. Pap. Plac. ar. 1. Vintim. ar. 4. declarantur.

10 *Tabel. Taurin. ar. 7. Alex. ar. 10. Montiſreg. Senog. ar. 1. Regien. art. 3. Lucen. ar. 2. exponuntur.*

11 *Reſeruationis tota vis pendet ex reſeruantis intentione, ad quam eſt recurrendum.*

Tab. Neapol. art. 7. Piſau. art. 15. Cæſaraug. ar. 3. Bamberg. ar. 2. Rothom. ar. 3. Mutin. artic. 1. quomodo intelligendæ.

12 *Tab. in quibus reſeruantur blaſphemi publici, & conſueti copulatiuè, ut Arim. Imol. Tarauiſ. artic. 2. Fauen. Forol. Piſtor. Sarzan. art. 3. Mant. Padua. & aliæ interpretantur.*

13 *Tabel. reſeruantes blaſphemiam publicam, & enormem quomodo intelligendæ, & declarantur. Tabel. Antuerp. Camer. Leod. ar. 19. Remẽ. ar. 1.*

14 *Plura ubi ſimul copulãtur ad aliquid, omnia concurrere debent, alias impoſſibile eſt, illud eſſe.*

15 *D. Ludouici Medæ Pap. S. Theol. & Artiũ Doctoris, et primarij Logices ĩ patrio Gymnaſio Profeſſoris encomiũ.*

Ad

Ad veritatem uerborum copulatiuè prolatorũ requiritur concurſus omnium copulatorum.

16 *Tab. in quib. atrox blaſphemia publica, & ex conſuetudine reſeruatur, vt in Alben.ar.7.Caſal.arti.11.exponuntur.*

Dictio, Siue, pro dictione Vel, quandoq; ſumitur.

17 *Tab. Mediol.ar.1. Alex.ar.10. Bob. Cremon. Ferrar. Nouar.ar.1. & in Gallia Narbon.art.1. Parcen.arti.7. & Vienn.ar.4. ubi reſeruantur ſolũ blaſphemantes Deum, & B. Virginem, declarantur.*

Caſus reſeruatos non incurritur, niſi ob aſſignatas actiones, quæ ſtrictim ſunt interpretandæ.

18 *Blaſphemans vnum Sanctum an includatur in caſu reſeruante Sanctorum blaſphemiam.*

Grauatus inter pauperes aliquid diſtribuere, an poſſit uni tantum diſtribuere.

Statutum puniens accedentem cum hominibus armatis, an procedat in accedente cum vno homine armato.

19 *Statutum puniens producentem falſos teſtes, an habeat locum in producente unum falſum teſtem.*

Conſtitutio pœnalis loquens in plurali numero extenditur ad numerum ſingularem.

20 *Blaſphemantes Deum, vel B. Virginẽ ſpecialiter, includuntur in reſeruatione atrocem blaſphemiam exprimentis, & nu. ſeq. ubi declaratur.*

22 *Tab. in quib. blaſphemia in Deum, & Sanctos ſimpliciter exprimitur, ut Parm. Piſan. art.1. Vercell. art.2. in Gallia Aquen, art.5. Toloſ. ar.3. explicantur.*

23 *Tab. in quibus blaſphemia ex conſuetudine reſeruatur, quomodo intelligendæ, & quamplures declarantur tab. vt Venet.ar.1. Flor.ar.5. Ianuen.ar.3. & aliæ.*

24 *Tab. Laud. Pap. Plac.ar.1. & Sauon.ar.11. ubi blaſphemia hæreticalis, ac etiam blaſphemi conſueti reſeruantur, exponuntur.*

25 *Blaſphemans ſemel quando incurrat caſum reſeruatum.*

26 *Caſus reſeruati qua ratione ab Epiſcopis reformandi, aut mutandi.*

Interpretatio ad communiter accidentia ſe facile adaptat.

27 *Caſus ab Epiſcopo Pap. anno 1610. reſeruati referuntur, ac nonnullarum dubitationum circa eos ſubinfertur reſolutio.*

28 *Ad Epiſcopum pertinet prouidere circa acceſſum ad monialium monaſteria etiam exempta.*

29 *Decretum Archiepiſcopi Neapol. contra præſumentes accedere ad monaſteria monialium, quantumuis exẽpta ſine eius licentia refertur.*

30 *Tab. Bono.ar.5. Genu.ar.8. Piſan. Rauẽ. art.4. & aliæ exponuntur circa caſ. accedentium ad monaſteria monialium, ad perpetrandas obſcœnitates.*

31 *Ingrediens clauſuram monaſterij monialium prætextu licentiæ animo tẽtandi impudica, quando incurrat excommunicationem Papalem.*

32 *Regulares confeſſarij uigore ſuorum priuilegiorum, à quibus caſib. reſer. & abſoluere poſſint, & nu. ſeqq.*

33 *Decretum Sac. Cõgreg. quo Regularib. prohibetur abſolutio à quibuſdam caſibus reſeruat. quando editum, & declaratum.*

34 *Caſus immediatè Sedi Apoſtolicæ reſeruati,*

ſeruati, qui, & vbi explicentur.

35 *Abſoluentes à caſibus reſeruatis, quas pęnas ex decreto Sac. Congregat. incurrant.*

36 *Regularis confeſſarius cur non poſſit ratione ſuorum priuilegiorum abſoluere excommunicatũ ob clerici percuſſionem, etiam leuem.*

37 *Regularium priuilegijs per decretum Sac. Congr. probatur, ſatis fuiſſe derogatum, & num. ſequen. & nu. 41. & 42.*

38 *Cardinali aſſerenti, aliquid fuiſſe mandatum à Papa viuæ vocis oraculo creditur, etiam in præiudicium tertij.*

39 *Cardinalium Congregationis quanta ſit auctoritas, & nu. ſeqq.*

41 *Conſtitutionem ex quibus uerbis deducatur, ad mor. pecc. obligare.*

43 *Decretum prædictum Sac. Congregat. exponitur, & quando quis incurrat eius pęnas, & nu. ſeqq.*

44 *Confeſſarius bona fide, uel ignorantia abſoluẽs à caſibus reſer. quare dictas non incurrat pęnas.*

Verbum audeat, vel pręſumat de ſui natura malum importat animum.

45 *Præſumere dicitur, qui aliquid facit ſua auctoritate, quod tamen declaratur.*

46 *Confeſſarius abſoluere volens à caſib. in decreto reſeru. ſpecialem debet habere facultatem ordinario oſtendendam.*

47 *Regularis abſoluens regularem à caſibus ſuo ſuperiori regulari reſer. non incurrit pęnas decreti.*

48 *Confeſſarij urbis Romæ & extra Italiam non ligantur per dictum decretum.*

49 *Abſolutio impertita in caſibus reſeruatis à non habente ſpecialem facultatem eſt nulla.*

50 *Confeſſarius, ſi abſoluendo à caſib. reſeruat. incurrat dictas cenſuras, an poſſit abſolui ab Epiſcopo, ſi caſus eſt occultus, uel à Regulari vigore priuilegiorum.*

51 *Facultas Regularibus à Pio V. conceſſa iuxta cap. 24. de refor. Conc. Triden. quomodo reſtricta.*

52 *Confeſſarij approbati volentes abſoluere à caſib. extra dictum decretum reſeru. vigore ſuorum priuil. debent prius ad hoc ab Ordin. approbari.*

53 *Epiſcopi quid animaduertere debẽt circa Regulares abſoluere uolentes à caſib. reſeru. uigore priuil.*

54 *Epiſcopus poteſt ferre cenſuras contra Regulares, niſi habeant in hoc ſpeciale priuilegium.*

55 *Epiſcopus poteſt excommunicare Regulares, abſoluentes à caſibus ſibi reſerua. ſine eius licentia, & probatur nu. ſeqq. & uſu receptum probatur num. 62.*

56 *Sacerdotes audire non poſſunt confeſſiones, niſi præuio Epiſcopi examine, non obſtante quouis priuil.*

57 *Priuilegia omnia etiam in foro conſciẽtiæ reuocata, in quibus Conc. Triden. decretis aduerſantur, & nu. ſeq.*

59 *Epiſcopus excommunicare poteſt Regulares præſumentes prædicare ſine eius approbatione.*

60 *Epiſcopi procedere poſſunt contra turbantes, uel impedientes eorum iuriſdictionem, etſi ſint exempti; & uſu eſt receptum.*

61 *Epiſcopus intereſſe poteſt diuinis officijs in Eccleſia Regularium peragendis cum Baldachino erecto.*

Conceſſo uno conceditur & id, ſine quo fieri

fieri commodè, & rite nequit.

62 *Cenſuræ ab ordinarijs promulgatę à Regularib. publicandæ, & obſeruandæ.*

63 *Capitulum Sede Vacante poteſt ſibi reſeruare caſus, & apponere excommunicationem ipſo facto contra abſoluentes ſiue eius licentia, & num. ſequen.*

NOn abs re exiſtimaui, nonnullas obſeruationes, p̄ter eas, quas in præcedentib. quęſtionibus, plurib. in locis annotauimus, circa diuerſas Epiſcoporum Tabellas caſuũ reſeruatorum in hoc blaſphemię articulo, hic illis nõ inutiliter annectere. Sed in primis inquirendũ

1 eſt, an blaſphemiæ † abſolutio in foro pęnitentiali de iure ſpectet tãtum ad Epiſcopum; & videtur communiter teneri affirmatiua, vbi publicè prolata ſit blaſphemia, per cap. ſtatuimus de maled. ita gloſ. in c. ſi Epiſcopus, in verb. reſeruantur, de pęnit. & remiſ. lib. 6. Doctores, in c. vlt. de maled. Decian. tract. crim. tomo 2. lib. 6. ca. 3. num. 29. & de communi fidem facit Gregor. Sair. in Claui Regia, lib. 6. c. 13. nu. 11.

2 Verùm potius ex quadam † generali, & longæua conſuetudine, quàm à iure, eam Epiſcopo reſeruari, ego tenerem; tum, quia illud capit. ſtatuimus loquitur de foro contentioſo, & iudiciali, vt videre licet; tum, quia de iure videtur oppoſitum fuiſſe ſtatutum; nam ex Concil. Lateran. §. ad abolendam, ſeſſ. 7. quatenus prohibet, ne ordinarij confeſſarij blaſphemos in foro conſcientiæ, niſi cum grauiſſima pęnitentia ad arbitriũ ſeueri Confeſſarij impoſita, abſoluant, deducitur, eos poſſe cũ prædicta pęnitẽtia abſoluere, vt ſubtiliter notarunt Nauar. in Man. c. 27. nu. 262. & Io. Azor. par. 1. Inſti. Mor. lib. 9. c. 28. q. 12. Suarez de pęnit. diſp. 28. ſect. nu. 10.

3 Quare infero, quòd cum † blaſphemia in iudiciale forum delata, vti publica, antiquitus ſolenni pęnitẽtia ab Epiſcopo puniretur, iuxta d. cap. ſtatuimus, ob id fortè conſuetudine, quæ & ipſa iuriſdictionem dare poteſt, ſecundum communem, in cap. duo ſimul de offic. ordina. c. cum contingat, & ibi gloſ. de foro comp. Nau. conſi. 3. de Regular. introductum, & receptum eſt, vt ipſe ſolus in conſcientiæ foro regulariter abſoluat à blaſphemia publica, vt communiter tradunt citati Doctores. Et hæc noſtra opinio videtur approbari ex traditis à Rodriq. in Sum. par. 1. c. 34. nu. 4. & à Viuald. in Cã del. Aur. par. 3. c. 14. nu. 42.

4 Ceterum ex priuatis Epiſcoporũ conſtitutionibus, † ſiue edictis blaſphemiæ abſolutio ſacramentalis in pleriſq; Prouincijs, & Dięceſib. ſolet regulariter reſeruari; q̃uis nõnulli Antiſtites, vt, Archiepiſcopus Senarum, Vrbini, & Ep̃s Anconę, Brixię, Macer. Salutiarũ, & Vicentiæ, in ſuis nouiſſimis Tabellis caſuũ reſeru. blaſphemiam minime exprimant; niſi fortè intelligant & ipſi, prout Epiſcopus Cre-

Cremæ, qui licèt inter caſus ſibi
reſeruatos non exprimat blaſphe-
miam, in admonitionibus tamen
5 pro † confeſſarijs, declarat per ca-
ſus expreſſos in ſua Tabella, ſe nõ
intendere reſeruationi cenſura-
rum,& caſuum Epiſcopis à iure,
ſeu generali conſuetudine reſer-
uatorum derogare, quorum in
numero ſunt blaſphemiæ præſer-
tim atroces, vt ipſe exprimit; &
ſaltem ex generali conſuetudine
huiuſmodi reſeruationem Epi-
ſcopis competere, ſupra explica-
tum fuit; Et propterea, niſi dicti
Antiſtites aliter ſe declarauerint,
non licebit Cõfeſſarijs, ibi, in hoc
caſu manum apponere.

Hinc dubitati contingit primò,
6 cum † reſeruationis textus abſolu-
tè loquatur, nec de publica blaſ-
phemia, vel occulta mentionem
faciat, an occulta, ſiue priuata bla-
ſphemia ſit comprehenſa, ita ut
blaſphemans tantum coram dua
bus, vel tribus perſonis, iuxta ſupe
rius declarata incurrat caſum re-
ſeruatum; prima facie videtur, v-
tramque includi, & ita tenet Ia-
cob. Seuert. in Sum. excom. par. 3.
art. 13. quia, vbi lex nõ diſtinguit,
nec nos diſtinguere debemus,
vulgat. iurib. Conueniunt tamen
7 omnes, tantum † blaſphemiæ pu-
blicæ abſolutionem Epiſcopo re-
ſeruari; ab occulta verò, ſiue pri-
uata, niſi aliter exprimatur in Ta-
bella, poſſe proprium parochum,
vel alium confeſſarium approba-
tum abſoluere; glo. in c. 2. in verb.
reſeruantur, de pœnit. & remiſ. lib.
6. & Doct. communiter, in cap. 1.
de maled. Decian. Sair. Rodriq. lo
co cit. Medices in Sum. pecc. q.
41. quicquid interpretando Cõc.
Lateran. in contrarium ſenſerit
Viuald. d. c. 14. nu. 44.

Et iuxta hanc communem in-
terpretationem à Syluest. Angel.
Armil. & alijs ab ipſis citatis ap-
8 probatam, † declarandæ ſunt Ta-
bel. Ferrar. Nouar. Parmen. Pi-
ſaur. art. 1. & Fulginen. arti. 13. ubi
ſic habetur: Qui Deum, aut San-
ctiſſimam Virginem Mariam, vel
Sãctos blaſphemauerint: Ferrar.
& Nouar. tamen non exprimunt
Sanctos: Sic etiam Bonon. ar. 1. &
Cremen. in admon. Hipporig. art.
16. vbi atrox blaſphemia in Deũ,
& Sanctos ſimpliciter reſeruatur.
necnon in Gallia. Aquen. art. 5. &
Narbon. art. 1. Turonenſ. ar. 13. vbi
habetur; Qui blaſphemiam exe-
crabilem in Deum, B. Virginem,
& Sanctos commiſerit.

9 Reſtringitur, vbi de † blaſphe-
mia hæreticali fiat reſeruatio; qa
etiam ſimpliciter facta, ut in Ta-
bel. Aſtenſ. art. 14. Comen. artic. 1.
Derthon. art. 11. Vintim. art. 4. &
alijs comprehenditur, etiamſi nõ
ſit publica, hoc eſt coram duab.
vel tribus perſonis, vel nullo præ-
ſente, prolata, ratione ſuæ enormi
tatis; & ſic intelligi debent Tabel
læ, vbi ſic exprimitur: Blaſphemia
hæreticalis & blaſphemi publici,
aut conſueti in Deum, & Sanctos.
Et hoc procedit, vbi textus, ſiue
Tabel. exprimat ſimpliciter blaſ-
phemos in Deum, & Sãctos; quia
tunc & hæreticales blaſphemi in
cluduntur, & proculdubio reſer-
uantur;

cantur; quamuis non ſint publici. Et ſic declara Nouar. artic. 1. & ſimiles.

Hęc tamen reſtrictio ſublimitari, & declarari debet; niſi in Tabella reſeruationis ſimpliciter ex-
10 primantur † Blaſphemi publici, & notorij, vt in Taurinen. ar. 7. Alex. art. 10. Monteregal. Senogal. ar. 1. Regien. art. 3. Lucen. art. 2. vbi habetur, *Li publici biaſtemmatori*, tunc enim, & hæreticalis blaſphemia debet eſſe publica, ad hoc, vt ſit reſeruata; præſumitur namque probabiliter, talem eſſe reſeruantis intentionem ad quam regulariter eſt recurrendum, l. ſi quis, ff. de leg. 1.
11 cum ab ea † vis tota reſeruationis pendeat: & ſic intelligendæ ſunt Tabel. Mutinen. art. 1. vbi atrox reſeruatur blaſphemia (cuius appellatione venit hæreticalis) publica, & notoria; Piſan. art. 15. Neapol. art. 7. vbi ſic: Blaſphemantes Deum, & B. Virginem ex peruerſa conſuetudine coram pluribus perſonis ſupra quatuor. Et in Hiſpania Cæſarauguſt. artic. 3. & in Germania, Bamberg artic. 2. & in Archiepiſcopatu Rothomag. in Gallia art. 3. vbi ſic: Qui publicè Deo, B. Mariæ Virg. & reliquis Sanctis maledixerit.
12 Secundò obſeruãdum eſt, † vbi in Tabella reſeruantur blaſphemi publici, & conſueti copulatiuè, vt in Tabel. Neapol. art. 7. Arimin. Imol. Taruiſ. ar. 2. Fauen. Foroliuien. Piſtorienſ. Sarzan. art. 3. vbi ſic exprimitur: Blaſphematores publici, qui ſint conſuetudinarij: vel ſic notoria conſuetudine blaſphemantes: ita etiam Tabel. Mantua. & Paduan. art. 1. & in Gallia Ebredunen. art. 26. eo caſu, ſi blaſphemus erit conſuetus, & non publicus, vel e contra, nõ includitur in caſu reſeruato, ratione infra adducenda, numero 14. & ſeq.

13 Extenditur ſecũdo vbi † Tabella exprimat blaſphemiam publicam, & enormem, vt in Mutinen. art. 1. & in Gallia, in Tabel. Leodien. Antuerp. Camerac. ar. 19. in Rhemenſ. Archiepiſcopatu, art. 1. vbi ſic: Si quis in Deum, vel in Sãctos enormiter, & publicè blaſphemus extiterit: Vnde ſi quis blaſphemiam enormem, vt, *al diſpetto di Dio*, vel ſimilem protulerit, coram duobus, vel tribus perſonis, non comprehenditur ſub tali reſeruatione, & conſequẽter non eſt remittendus pęnitens ad Superiores pro abſolutione.

14 Probatur, quia duo † ſimul requiruntur, nempe vt ſit publica, & enormis; altero autem deficiente, deſinit reſeruatio; cum enim plura neceſſariò requiruntur ad alicuius conſtitutionem, deficiẽte aliquo illorum, impoſſibile eſt, illud eſſe: ex adductis per D. Lu-
15 douic. † Medam Papien. Artium, & Sacræ Theolog. ex Collegio Doctorem, omnibus numeris abſolutum, in patrio Gymnaſio Logices primarium, ſubtiliſſimum, ac eloquentiſſimum interpretẽ; meumque in Cathed. Concanonicum, ac Dominum ornatiſſimum, in commen. lib. 2. Ariſt. poſter. Analyt. cap. 6. facit & iuris regula,

gula,

gula; videlicet ad veritatem ver-
borū copulatiuè prolatorum re-
quiritur concurſus omnium co-
pulatorum, §. ſi plures conditio-
nes, Inſtitut. de hæredibus inſti-
tuen. l. ſi hæredi plures, ff. de con-
dit. inſtit. latiſſimè Iaſon in l. 1. ff.
de iuſt. & iur. pulchrè D. Polydor.
Ripa, trac. de actis in mortis artic.
cap. 70. num. 21. D. Menoch. conſ.
640. nu. 14. D. Lucas Floron. trac.
de prohibit. duelli capit. 13. nu-
mero 3.
16 Extenditur tertiò ubi atrox †
blaſphemia publica, & ex conſue
tudine reſeruatur. Vel vbi hor-
renda, & frequenter prolata expri
matur, ut in Tabel. Alben. ar. 7. &
Caſal. art. 11. quia ſimul requirun-
tur, alias ceſſat reſeruatio, dicta
ratione, per quam probatur, non
eſſe caſum reſeruatum Archiepi-
ſcopo Neapolitano, ubi tria non
cōcurrant, nempe, quod blaſphe-
mia ſit contra Deum, vel B. Virg.
Quod ſit ex peruerſa conſuetudi
ne; Quod ſit coram publicis per-
ſonis ſupra quatuor prolata, ut et
notat Graff. in Praxi, li. 1. c. 10. n. 64.
Fallit quidem, ubi blaſphemi pu-
blici, & conſueti ſeparatim reſer-
uarentur, ut quando fieret reſer-
uatio per dictionem, Vel, aut, Si-
ue, vt in Papienſi, & in Veronenſi
Tabel. art. 1. ubi ſic ſcriptum eſt;
Atroces Dei, & Sanctorum blaſ-
phematores, nimirum ſi fuerint
publici, & notorij, ſiue in id aſſue-
ti. Dictio Siue, pro dictione Vel,
ſumitur, iuxta illud Cic. ad Quint.
Fratr. Quapropter hoc te primū
rogo, ne contra te erigas, & reſi-
ſtas, ſique etiam vltrò occurras ne-
ci.
Tertiò obſeruandum, ubi in
Tabellis exprimuntur ſolum bla-
ſphemantes Deum, & B. Virginē
17 Mariam, vt in Italia † Tabel. Me-
diolanen. Alexandr. art. 10. Bobien.
Cremon. Ferrar. & Nouar. art. 1.
& in Gallia Narbonen. art. 1. &
Vienn. art. 4. Pariſien. art. 7. ſi quis
ibi in Sanctos blaſphemias, etiam
hæreticales protulerit, non obli-
gatur Parochus, vel alius Confeſ-
ſarius approbatus, ad Superiores
talem remittere pęnitentem. Si-
militer ſi complectatur tantum
blaſphemantes Deum, vt Tabel.
Montisregalis art. 1. non includū-
tur B. Virginem, vel alios Sanctos
blaſphemantes. Probatur; quia
non incurritur caſus reſeruatus;
niſi ob aſſignatas, & ſpeciales a-
ctiones, quæ ſtrictim ſunt intelli-
gendæ; reſeruatio enim habet
propemodum rationem pœnæ,
quæ, vbi textus ſilet, reſtringen-
da venit, vulg. iurib. & propterea
proprios non excedit terminos,
facit gloſ. in Extrauag. comm. j. de
ſepultur. verſ. à iure, & plenè pro-
bauimus in 2. par. noſtri Theſaur.
Confeſſ. ex Lel. Zecch. & Iacob.
Graff. conſil. tertio, nume. fin. de
homicid.
Sed dubitari contingit, cū non
nulli locorum ordinarij ſibi reſer-
uent blaſphemantes Sanctos, ſi
18 quis † vnum Sanctum blaſphema
uerit, includatur in reſeruatione;
& pro negatiua præter iam mox
adductas rationes, facit dictum
Bart. in l. j. ff. de opt. legat. vbi gra-

natus inter pauperes aliquid diſtribuere, non poteſt uni tantum diſtribuere; & facit, quod ſi ſtatutum dicat: ſiquis acceſſerit cum hominibus armatis puniatur tali pęna, accedens cum vno homine armato non incurrit pęnam; quia non eſt eadem ratio, ſed maior iniuria eſt, quæ à pluribus committitur, q̃ quę ab vno, vt tradit Bald. in l. iubemus §. ſin autē, C. ad Trebell. ſic maior eſt offenſa plures Sāctos blaſphemare, quàm vnum Sanctum.

Pro affirmatiua autem, quam cum Graff. in Praxi lib. j. ca. 10. nu. 76. credimus verā, facit Io. Andr. in d. c. 2. de maledic. ubi dicit, text. in d. ca. 2. procedere, etiamſi quis aliquem Sanctorum blaſphemauerit, prout exprimit ibi tex. & facit text. in cap. omnes leges, diſt. j. vbi gloſ. exponit omnes leges, id

19 eſt, omnis lex; & ſtatutum † puniens producentem falſos teſtes, habet locum in producēte vnum falſum teſtem, vt ſcripſit Bart. in l. 2. §. ſed ſi vnus, ff. de vi bon. rapt.

Hinc Franchus in ca. j. nu. 8. de temp. ordin. lib. 6. rectè dixit, conſtitutionem poenalem, licet ipſa non extendatur; attamen ſi loquatur in plurali numero, extendi etiam ad numerum ſingularem; cap. ſi compromiſſarius, de elect. lib. 6. gloſ. 3. l. ſiquis id, ff. de iuriſd. omn. iudicum.

Quartò obſeruandum, blaſphe

20 mias † in Deum vel B. Virginem Mariam ſpecialiter prolatas, regulariter enormes dici, & inter maximas eſſe computandas. Pegna in Direct. Inquiſ. par. 2. comm. 66. & facit Bulla Pij V. incip. Cum primum, relata in Conſt. Synod. Papien. par. 4. ſub cap. 33. vbi clerici Deum, vel B. Virginem blaſphemātes grauius puniūtur. Et dixit Afflict. in Conſt. Blaſphemantib. num. 10. qui ſemel blaſphemauerit Sanctum, eum nō puniri illius Conſtitutionis pęna, niſi Deum, aut B. Virginem ſemel blaſphemaſſet; conuenit tex. in c. noua de pęnit. & remiſſ. & maximam eſſe blaſphemiam, quæ contra Sacratiſſimam Virginem profertur, rectè tenet Simanc. de Cath. inſt. ti. 8. num. 8. vbi memorabile retulit exemplum.

Huc facit etiam Prag. Reg. Hiſpan. l. 5. tit. 28. par. 7. ubi duplo maior ſtatuitur pęna in blaſphemantes Sacratiſſimā Virginem, quàm ceteros Sanctos, prout referunt Couar. in ca. quamuis de pact. lib. 6. par. 1. §. 7. nu. 9. verſ. Nono, in fi. Simanc. d. nu. 8. in fine. Deducitur quoque ex Tabell. Mediol. Ferrar. & Nouar. arti. 1. vbi ſolum blaſphemia in Deum, ac B. Virginē vti enormis reſeruatur.

Quare ſi in Tabella atroces tātū exprimantur blaſphemiæ, pro-

21 ut † in Mutinen. artic. 1. & alijs regulariter contra Deum, vel B. Virginem in ſpecie blaſphemātes in reſeruatione includi, cenſendum eſt, vt etiā concludit Iacob. Graff. in Praxi, lib. j. c. 10. nume. 7. Quod animaduertere debet Confeſſarius, vt iudicare poſſit, an ſit caſus reſeruatus nec, ne, & ſic declaranda eſt Papien. Tabel. art. 1.

Sed ſciẽdum eſt; inter blaſphemias contra Deum, & B.Virginẽ dari magis,& minus ratione enormitatis, attentis etiam circumſtãtijs, & Cremonæ reſeruari tãtum blaſphemiam,quæ maiorem in ſe continet grauitatem,cum in eius Tabella 2.ar.1.ſic dicatur,Blaſphemia atrox in Deum, & Beatam Virginem.

Quintò obſeruandum, quòd
22 vbi in reſeruatione † exprimatur abſolutè blaſphemia in Deum,& Sanctos;nec addatur verbum hæreticalis, vel enormis, ſiue atrox, aut ex conſuetudine, vt in Italia, Tabel.Parmen.& Piſau.art.j.Vercel.ar.2.& in Gallia Aquenſ.art.5. Toloſ.art.3.tunc omnes blaſphemiæ propriè ſumptæ intelligũtur comprehẽſæ, modò ſint publicæ, excepta tamen hæreticali, quæ ẽt non publica includitur,niſi ex reſeruationis verbis neceſſe ſit, qđ ſit publica,vt ſupra explicauimus.

23 Quando verò ex Tabella † requiritur,blaſphemiam eſſe ex cõſuetudine, tunc blaſphemans etiã hæreticè, niſi habeat hoc ex conſuetudine,non comprehenditur; quamuis ſecus ſit, ſi cum hæreticali quinarium expleuerit numerum; & ſic declarandæ ſunt Tabel.Venet.ar.j.Florent.ar.5.Iaunen.art.3.Bergom.art.11.Peruſ.ar.4.Viterb.arti.2.vbi exprimitur; Qui nefaria conſuetudine blaſphemauit.

24 Si autem caſus, ſiue articulus † exprimeret blaſphemiam hæreticalem, ac etiam blaſphemos conſuetudinarios,vt in Tabella Laudenar.j.& Sauon. ar.11. tunc quidem blaſphemans dupliciter in reſeruationem incurrere poteſt; primò ratione blaſphemiæ hæreticalis; ſecundò ratione aliarum non hæreticalium,ſi cum hæreticali quinarium compleuerit numerum, prout clarè colligitur ex Sauonen.d.art.11.& ſic intelligendæ ſunt Papienſ.& Placen. ar.1.

Et quamuis ſupra quæſt. 5.nu. 18. dictum fuerit, quòd regulari-
25 ter † non punitur blaſphemus pęna ordinaria; niſi habuerit ex conſuetudine; attamen hoc procedit in foro iudiciali,nõn autem in pęnitentiali; Vbi enim Tabella ſimpliciter reſeruat blaſphemiam in Deum,vel in Sanctos, tũc etiamſi ſemel quis blaſphemauerit, niſi aliqua ratione à mortali excuſet peccato, in reſeruatione comprehenditur, prout etiam nouiſſimè annotauit Iacob.Graff.in Praxi,li. 1.c.10.nu.58.& ſeq.

Et hæc ſufficiant pro interpretatione dictarum Tabellarum in hac materia.Et licet quandoq; re-
26 ſeruati † caſus reformẽtur,ac mutentur iuxta id,quod magis expedire iudicauerint Epiſcopi pro animarum ſibi creditarum ſalute cuiuſque Diœceſis ſtatu,qualitate, & populi moribus, ac propenſione diligenter conſideratis,prout nuperrime fecit Illuſtr. & Reuerendiſs. Dominus meus D. Io. Baptiſta Bilius, Papiæ Epiſcopus meritiſſimus, adhibito cõſilio ordinariç Congregationis;quorum quidem caſuum Tabellam in calce huius quęſt.adſcribere placuit.

Nihil-

Nihilominus fieri non poteſt, vbi hic blaſphemiæ caſus reſeruetur, vt communiter ab omnibus ferè ſolitum eſt; quin aliqua ex prænotatis animaduerſionibus, ſiue declarationibus ad eius intelligentiam plurimum conducat; ad communiter namque accidētia interpretatio ſe facilè adaptat, arg.l.ad ea,ff.de legib.

Tabella Caſuum Reſeruatorum Epiſcopo Papienſi Anno 1610.

Io.Baptiſta Bilius Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſc. Papi. & Comes, &c.

27 Cum Caſuum † Reſeruatorum in hac Ciuitate, & Diœceſi noſtra Papienſi renouationem, vt nobis æquum viſum fuit, facere decreuerimus: Idcirco ſciant omnes, nos illos dumtaxat caſus inferius annotatos nobis ſpecialiter reſeruaſſe; videlicet,

Contra Dei honorem, & Eccleſiam

1 Blaſphemia hæreticalis, vel enormis, ſi fuerit publica, vel conſueta.

2 Sortilegijs, maleficijs, incantationibus, ſuperſtitionibus ſciēter vtentes, & quomodolibet Eccleſiæ Sacramentis, vel ſacramentalibus abutentes, & ad id cooperantes.

3 Monialium, ſeu ſæcularium in earum clauſtris degentium pudicitiam violantes, & quomodolibet ſolicitantes, & ſcienter ad id cooperantes.

4 Pijs legatis intra ſex menſes non ſatisfacientes; & Notarij illa dolosè non denunciantes intra duos menſes.

5 Votorum cōmutatio, ſiue diſpenſatio, vbi Sedi Apoſtolicę non ſit reſeruata.

Contra bonos mores, & hominum ſocietatem.

6 Defloratio Virginum vi, vel fraude.

7 Sodomiam, aut inceſtum in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis committentes.

8 Abortum procurantes.

9 Suffocantes paruulos in lecto.

10 Homicidium voluntarium facto, vel præcepto committentes, aut id conſulentes, ſi ſequatur effectus.

11 Malitiosè deponentes falſum teſtimonium in iudicio; & falſificantes ſcripturas, vel eis ſcienter vtentes, ſi damnum inferatur.

12 Incertorum reſtitutiones ſupra libras duodecim.

Circa

Circa autem dictam Tabellã, cum nonnullæ fuerint propoſitæ dubitationes, trium reſolutionẽ afferre operę pretium exiſtimaui; quarum quidem prima eſt:

An caſus tertius, Monialiũ, &c. cõprehendat talia perpetrãtes ad monaſteria Monialium ſub Regularium regimine exiſtentium, cum ea ſint exempta; cui ſanè dubitationi reſpond. affirmatiuè; ad
28 Epiſcopum † enim ſpectat prouidere circa acceſſum ad monialiũ monaſteria, cap. Monaſteria, de vita, & honeſt. Cleric. vbi non fit diſtinctio, an ſint exempta, vel non: vnde etſi ſpecialis mentio nõ fiat de monaſterijs exemptis, prout videtur requiri, ſecundum Roland. à Vall. conſ. 3. vol. 3. ſed ſimpliciter loquatur caſus: attamen contrauenientes ligantur; cum hoc tendat ad ſuorum ſubditorũ bonum ex cauſa legitima, nempe ad vtilitatem animarum, & ad euitandum peccatum, & in odium illarum monialium, quæ ſua irreligioſitate huic rei præbent cauſã. Faciunt adducta per Gemin in c. 1. de Conſt. lib. 6. num. 9. vide Sylueſtr. in verb. excommunicatio, 2. num. 13. in fine, & patet ex adductis in noſtro trac. de monialibus, ſect. 4. quæſt. 3. vbi probauimus, edictum Epiſcopi contra accedẽtes ad monaſteria monialium ſine eius licentia ligare ſibi ſubditos ad monaſteria exempta accedentes abſque tali licentia; & nouiſſimè de communi opinione teſtatur Reuerendiſſ. D. Marc. Ant. Genuenſ. in Praxi Archiepiſcop. Neapol. cap. 33. nu. 1.

Quod confirmatur ex literis Illuſtriſſ. Cardin. Sacræ Congregationis, Epiſcoporum, & Regularium, quibus prohibetur acceſſus ad monaſteria Monialium cuiuſcunque ordinis, & Regularibus ſubiectarum, vel eorũ ingreſſus abſque Epiſcopi, vel ab eo deputati licentia, quarum literarum tenorem loco cit retulimus.

Probari quoque poteſt ex Praxi; nam multi Epiſcopi hac de cauſa graues imponunt pęnas, & cenſuras, vt inter alios, fecit Archie-
29 piſcopus Neapolitanæ † Eccleſię, qui ad maiorem cautelam exprimit, etiam monaſteria exempta, ſic in ſuis Synodalibus cõſtitutionibus dicens: Excommunicamus ipſo facto quempiam, qui præſumeret accedere ad monaſteria Monialium, quantumuis exempta, ut cum Monialibus, uel aliqua ipſarum colloquatur, etiamſi ſit Nouitia, aut cum puellis, quæ educationis cauſa ibi commorantur, ſine tamen noſtra, uel noſtri Vicarij licentia. Declarantesq́; ꝙ qui facultatem obtinuerint colloquendi cum aliqua prędictarum, non poſſint eadem vti, vt cũ alia colloquãtur data opera, aut ex ꝓfeſſo; eos verò, qui (quod Deus auertat) etiam ſub prætextu licẽtiæ obtentæ præſumerent, cum aliqua Moniali, etiam Nouitia de rebus obſcęnis, verbis, aut actib. impudicis pertractare, uel literas de rebus obſcęnis, ſiue internuncium tranſmittere ipſo facto excommunicamus: & ſimiliter tàm

viros,

viros, quàm mulieres, tàm intus, quàm extra clauſtra monaſterij exiſtentes, qui ſcienter literas, uel nuncium de rebus prædictis deferrent.

30 Et ſic declarandæ ſunt † Tabel. Bonon. art. 5. Genuen. caſ. 8. Piſan. Rauen. art. 4. Lucen. Bamberg. ar. 3. Alexan. art. 2. Bergom. art. 14. Caſal. art. 6. Comen. art. 11. Cremen. art. 4. Derth. art. 6. Fulgin. art. 10. Imol. art. 10. Hipporig. art. 9. Nouar. art. 9. Padua. art. 16. Placen. ar. 5. Reg. Vercel. art. 7. ſic & Auxit. art. 13. Bitur. Lugdun. Narbon. artic. 2. Rothomag. art. 5. Senon. ar. 11. Toloſ. art. 8. Vienn. art. 12. Matiſcon. art. 2. Pariſien. art. 14. Leodien. Camerac. art. 14. & aliç, nempe eas Tab. includere perpetrantes prædictas obſcęnitates etiam ad monaſteria exempta; cum textus ſimpliciter, & generaliter loquatur, & ſimpliciter, generaliterque ſit intelligendus, iuxta diſpoſitionem iuris communis; niſi ordinarius aliter ſuam intentionem declarauerit, Vide in noſtro Theſauro, parte ſecunda, capit. .. vbi interpretatur hic caſus, & obiectorum reſolutionem circa hoc adduximus.

31 Et adde, quòd ſi quis, † etiam prætextu licentię, ingreſſus fuerit ſepta Monaſterij monialium tali animo, hoc eſt, cum voluntate, & intentione impudica attendendi, etſi non perficeret opus, excommunicationem incurreret, à qua, excepto mortis articulo, niſi à Sūmo Pontifice abſolui poſſet, cum malo fine violauerit clauſuram, iuxta decretum promulgatum à Sacra Congreg. Card. anno 1602. Nō incidere quidem dicerem, in dictam excommunicationē, ſi cū licentia, & ex cauſa legitima ingreſſus eſſet, & deinde ibi impudicos haberet actus cum aliqua moniali; quia tunc non dicitur violaſſe clauſuram, cum ingreſſus fuerit legitimus, & licitus, quamuis forſan malam habuerit intentionem, & ſic declara Graſſium in Praxi lib. 1. c. 5. nu. 54.

Secundò fuit dubitatum, An Regulares ualeant à prædictis caſibus reſeruatis, prætextu ſuorum priuilegiorum abſoluere non obſtante Decreto Sacrę Congregat. Card. edito anno 1601.

Et pro reſponſione dicimus, ꝙ

32 † Regulares vigore ſuorum priuilegiorum, quæ à Leone X præſertim fuerunt conceſſa, & à Clemēte VII. aucta, & à Pio V. Gregorio XIII. & Sixto V. & alijs Summis Pontificibus confirmata, innouata, & communicata, præuia eorū Superiorum localium, nēpe Priorum, ſeu Guardianorum ſpeciali deputatione, ac ordinarij approbatione ad confeſſiones audiendas, poſſunt in quibuſdam cuiuslibet anni ſolennitatibus, & Dominicis diebus Quadrageſimæ, vſque ad octauam Paſchæ incluſiuè, ab omnibus cenſuris, & criminibus etiā Sedi Apoſtolicæ reſeruatis in foro conſcientię abſoluere, vt etiam notat Ioan. Baptiſta Confett. in Summar. materiarum priuilegio. Ordinum Mendicantium, tit. 17. capit. 6.

Quod

Quod declarari debet primò, dummodo eorum priuilegia an-
33 te † Decretum Sacræ,& Illuſtriſſimæ Congregationis Cardin.ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis, incip.Sacra Congregatio, editum anno 1601.& declaratũ per eandem Sacram Congreg. anno 1602. ſint vſu recepta; & Sacri Conc. Tridentini decretis nõ aduerſentur, nec ſint reuocata, aut ſub aliquib.reuocationibus comprehenſa, vt declaratur in dicto decreto.

Secundò, dummodo non ſint caſus excepti in eodem et decreto Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſer-
34 uati, nempe † caſus in Bulla Cœnæ Domini contenti. 2.Violationis immunitatis,& libertatis eccleſiaſticæ in terminis conſtitut. fel.record. Gregor. XIIII. incip. Cum aliàs;quam nouiſſimè explicat Alex.Ambroſin.3.Violationis clauſuræ Monaſteriorum Monialium ad malum finem.Dicitur autem violare clauſuram, qui abſq; neceſſaria,&vrgenti cauſa,ac ſine Superiorum licentia, vel cauſa, & licentia conceſſa abutens prędicta monaſteria ingreſſus fuerit, vt declarauit Clem.VIII.in Conſtit.incip.Quęcunque anno 1604. die 24. Decemb. edita ſuper modo,& forma per quoſcunque Regulares Ordines faciend. in erectionibus,& inſtitutionibus Confraternitatum, & Congregat.&c. & latius in noſtro tract.de Monialibus.

Quartò, Prouocantium,& pugnantium in duello iuxta decretum Sacri Concilij Trid.& Conſti.Gregor.XIII.incip.Ad tollendum.

Quintò, Inijcientium violẽtas manus in clericos iuxta canonẽ, ſi quis ſuadente 17.q.4. ac iuris diſpoſitionem, de qua quidem excommunicatione diffusè egimus in 2.par noſtrarum Can.qq. ſect., & Graff.in Praxi lib.1.c.8.

Sextò, Simoniæ realis ſcienter contractæ; atque etiam confidentiæ beneficialis; de quibus optimè tractat Suarez tom. 7. nempe de ſtatu Relig. circa fin. & Graff. loc.cit.ca.9.

Octauò, Omnes caſus,quos locorum Ordinarij ſibi reſeruarũt, vel in poſterũ reſeruabunt; Quos ſanè in noſtro Confeſſariorum Theſauro plena manu explicauimus. & Graff.in d.Praxi.

35 A quibus quidem narratis† caſibus, etiam in neceſſitatis, & impedimenti caſu, excepto mortis articulo, nullus confeſſarius tàm regularis,quàm ſæcularis abſolue rè poteſt, niſi habeat licentiam, nouam, & ſpecialem à Sede Apoſtolica, vel ab ordinarijs reſpectu ſuorũ caſuum reſeru. in ſcriptis, vel viua voce; alioquin excõmunicationis, priuationis officiorũ, dignitatum, beneficiorum, inhabilitatis ad ea in poſterum obtinẽda ipſo facto pęnã incurrit, abſq; vlla declaratione; & à nullo diſpẽſari, habilitari, vel abſolui poteſt, niſi à Sede Apoſtolica,prçterquã in mortis articulo; Et abſolutio aliter impertita nulla eſt, nulliuſque roboris, ac momenti, vt expreſsè

preſsè habetur in d.decreto.

Idcirco dixi in facti contingen
36 tia quendam regularem † Cōfeſ-
ſarium, ratione ſuorū priuilegio-
rum, non potuiſſe cuidam ſchola-
ri ab excommunicatione ob cle-
rici percuſſionem abſolutionem
impertire; ſed dictas cenſuras, &
pęnas incurriſſe, ubi ſine ſpeciali
Sedis Apoſtolicæ facultate, id fe-
ciſſet; tum, quia percuſſio, meo iu
dicio, grauis erat, cum publicè eſ-
ſet cum crepida in facie facta, nō
mediocri relicta ſugillatione, & li
uore, qui per menſem euidenter
apparuit; tum, quia dato, ꝙ me-
diocris dici poſſet, & abſolutio eſ
ſet Epiſcopalis; nihilominus ipſe
regularis non poterat manus ap-
ponere; cum per dictum decretū
in hoc eorum priuilegijs ſit dero-
gatum.

Nec vllo modo dicendum mi-
37 hi videtur, non fuiſſe † per dictum
Sacræ Congregationis decretum
eorum priuilegijs derogatū; ſed
adhuc poſſe à dictis caſibus, ibi
expreſſis, Bullæ Cœnæ Domini
exceptis, abſoluere, ea potiſſimū
ratione, quòd per ſpeciale breue,
ſiue Bullam immediatè à Sum-
mo Pontifice emanatam, non fue
rint eorum priuilegia, quo ad hoc
ſpecialiter, & ad uerbum abroga-
ta, prout requiri videtur, iuxta nō-
nullorum ſcribentium opinionē.

Quia reſpondetur primo tale,
decretum de ſpeciali Clem. VIII.
mandato promulgatum fuiſſe, vt
de viuæ vocis oraculo ſuper ea
habito, ibidem ipſa ſacra Congre
gatio teſtatur, cui ſanè abſque du
bio credendum eſt; cum etiam
38 vni † Cardinali tantum credi de-
beat, aſſerenti, aliquid fuiſſe man-
datum à Summo Pontifice viuæ
vocis oraculo. Abb. & Felin. in c.
quod ſuper his, de fide inſtr. Lap.
alleg. 32. & ibi addita per Mandoſ.
Dec. in cap. conſtitutus, el 1. nu. 9.
de appell. etiam in præiudiciū ter-
tij, vt aſſerit Dec. loco cit. maximè
autem ſi Cardinalis exiſtat in Cu
ria Romana, & à latere ſui Princi
pis. Iaſ. conſ. 104. lib. 1. dub. 1. Alex.
conſ. 106. nu. 19 lib. 2. & ibi Natt.
pulchrè Nau. conſ. 11. de teſtam.
nu. 8. & ſeq.

Secundò, quia dato, quòd tan-
39 tum ab ipſa Sacra † Congregatio-
ne eſſet emanatum dictum decre
tum, equidem nō eſſet ambigen-
dum, quin ligaret, ac ſi ab ipſo
Summo Pontifice eſſet editum;
nam ſacra Cardinalium Congre-
gatio, ſiue potius Reipubl. Chri-
ſtianæ Sacroſanctus Senatus, ſui
Principis vice fungitur, in ſibi v-
niuerſaliter commiſſis, ut appa-
ret præſertim ex Bulla Sixti V.
quam refert Rodriq. in qq. regul.
tom. 1. q. 11. art. 1. & 2. & in ea ex-
primitur ampla dictæ ſacræ Con-
gregationis facultas; vnde pro le-
ge habendum eſt, quod ab ea ſan-
citum eſt, ac ſi à Papa emanaſſet,
vt rectè tenet Dec. conſ. 200. in fi.
quem citat, & ſequitur Aymo
Crauet. conſ. 144. & 198. & nouiſ-
ſimè D. Gambarup. in tract. de ca-
ſib. reſeru. cap. 3. nu. 6.

Et eadem ſacra Congregatio
cuidam Abbati Maſſanen. teſte
Nicolao Garcia tract. de benefic.

40 in præfat.ſic reſpondit. Eadem † ratio habenda eſt de his, quę ſcribuntur à Cardinalibus Sacrę Cōgregationis Concilij Trid. nomine ipſius Congregationis, ac ſi à Papa ſcripta eſſent: & aliàs ſic cēſuit, Decreta, & literas Congregationis Concilij, ſemotis litibus, eſſe omnino executioni demandāda. Et plura de magna auctoritate declarationum eiuſdem Sacræ Congregat. dicemus infra quæſt. 13. de opin. deligenda à nu. 49.

Hinc ſequitur, huiuſmodi de-
41 cretum eſſe obſeruandum † tanquam ipſius Papæ legem; atque ſub æterni interitus pęna obligare, vt deducitur, tùm ex verbis; Iubet, & præcipit, quæ de ſui natura præceptum important, Dec. in rubri. de Conſt. in 2. lect. nu. 19. tùm ex ſubiecta materia, iuxta tradita per Felin. in cap. nam concupiſcētiam, de Conſt. Tolet. in Sum. de pec. mor. c. 20. num. 2. in fin. Azor. par. 1. Inſt. Moral. lib. 5. c. 6. q. 5.

Tertiò, quia tale decretum videtur etiam confirmatum per dictam Clemen. VIII. Conſt. incip. Quæcunque; vbi ſimilem ferè caſuum reſeruationem fecit, prout in dicto decreto.

Quartò, quia ſunt in dicto de-
42 creto, † & eius declaratione clauſulæ adeo pręgnantes, & plenæ, vt nullus omnino dubitandi, vel ambigendi ſit relictus locus; quin ſufficienter eorum etiam ſpecialibus priuilegijs fuerit derogatū, quoad ibi expreſſos, & ſupra relatos caſus: vt patet ex multis clauſulis ipſius declarationis decreti, & pręſertim, ibi; Ceterum ne quis ſacerdotum ſæcularium, aut regularium &c. & quia Ieſuitarum Societas ſpeciales videt habere prærogatiuas, & priuilegia, quib. forſan non cenſetur derogatum, niſi de eis ſpecifica fieret mentio: propterea in dicto decreto exprimitur, etiā Societatis Ieſu. vide Paul. Comitol. in reſponſ. mor. li. 9. q. 9.

Hic autem obiter pro maiori
43 intelligentia dicti † decreti aduertendum non abs re putaui, quoad dictas pęnas incurrendas, illud reſtringi debere, primo, vbi confeſſarius non ſub prætextu alicuius priuilegij, ſed ſimpliciter abſolueret à dictis caſibus Summo Pontifici, vel Epiſcopo loci reſeruatis: tunc enim in dictas pęnas non incideret; argum. eorum, quæ in ſimili dicunt Couar. in capit. Alma Mater, in 1. par. relect. §. 6. nu. 9. de ſent. excom. lib. 6. Suarez tom. 5. diſpu. 22. ſect. 6. excom. 6. Rodriq. tom. 1. qq. regul. q. 48. art. 2. Greg. Sair. de cenſur. lib. 3. c. 31. num. j. & ſeqq. & Nau. in Man. c. 25. nu. 94. Et ſic declarandum eſt dictum Vgolin. tract. de poteſt. Epiſc. par. 2. c. 37. §. 2. ſub nu. 3. de abſoluente à caſu, de quo dubitat, an ſit reſeruatus.

Reſtringitur ſecundo, vbi con-
44 feſſarius † bona fide, ſine dolo, ignoranter, aut imprudenter, ſiue inaduertenter à dictis caſibus reſeruatis abſolueret, per verba in dicto decreto poſita, audeat, vel præſumat, quæ de ſui natura malum animum, & malitiam important, bonamq; fidem excludunt,

iuxta

iuxta doctrinā receptam Cardin. in clem. 1. de priuileg. q. 39. quam ſingularem appellat, atque ad plura accommodat Nau. in cap accepta in ſolut. oppoſ. 8. nu. 32. & de alien. bon. eccleſ. nu. 16. vt in ſimili latè ſcripſimus in 1. parte noſtr. Can. qq. ſect. 4. q. 16. nu. 10. & nouiſſimè Vgolin. de poteſta. Epiſc. p. 2. c. 37. §. 2. ſub nume. 3. verſ. 2. & Gambaru p. d. c. 3.

Nec obſtat Felin. in cap. Iudæi.
45 de teſtib. dicens illum † præſumere, qui aliquid facit ſua auctoritate, ſiue ex ſe, pro quo debuiſſet requirere ſuperiorem; quia reſpondetur, iſtud non habere locum in foro conſciētiæ: nam vbi quis bona fide tranſgreditur conſtitutionem, punientem præſumentem contrauenire, nō peccat, neq; incurrit conſtitutionis pęnas, prout in caſu dicti decreti, in quo, vbi ꝓbabiliter exiſtimat ſe abſoluere, tunc poſſe, non incidit: eſto quòd deinceps animaduertat, ſe nō poſſe: Gambaru p. loc. cit.

Quare rectè inquit Nauar. in Man. c. 27. nu. 74. cum Papa in Bulla Cęnæ Domini excommunicet abſoluere præſumentes contra prohibitionem dictæ Bullæ ab excommunicatione, abſoluens animi ſimplicitate hanc cenſurā non incurreret, prout etiam notauit Eman. Rodriq. tomo 1. regul. qq. quæſt. 47.

46 Reſtringitur tertio, vbi † Confeſſarius poſt illud decretum, abſoluendi facultatem à prædictis caſibus obtinuiſſet: quæ quidem noua, ſeu ſpecialis à Summo Pontifice requiritur, & eiuſdē decreti vigore loci ordinario eſt exhibenda, prout etiam annotauit Illuſtr. Card. Sfondratus Epiſcopus Cremon. in Tab. caſuum reſeru. edita die 1. Martij 1610. in Animaduerſionibus ad Confeſſarios.

Reſtringitur quarto, vbi Regu-
47 laris † abſolueret Regularem à caſibus reſeruatis ſuo Regulari ſuperiori; non enim incidit in dictas pęnas; ratio eſt; quia decretum loquitur de reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, & locorum ordinarijs, qui propriè ſunt Epiſcopi, cap. omnes Baſilicæ, & capit. ſeq. 16. q. 7. cap. 1. de offic. ord. extrauag. Io. 22. execrabilis, §. Ceterum ordinarios de præb. Nec verbum locorum adaptari poteſt Regularibus Pręlatis, qui non ſunt ordinarij locorum, ſed fratrum; & propterea non cōuenit eis dicti decreti diſpoſitio, quod ſtrictè, & propriè interpretari debet. cap. odia cum alijs vulg.

Reſtringitur quinto in Confeſ-
48 ſarijs † Vrbis Romæ, & extra Italiam; decretum etenim loquitur de ijs confeſſarijs, qui per vniuerſam Italiam, extra Vrbem, degūt, ergo ſecus eſt de alijs; incluſio. n. vnius alterius excluſio eſt, c. nonne de præſump. Vgolin. de poteſt. Epiſc. p. 2. c. 37. §. 2. ſub nu. 3. Gambarupta d. c. 3. nu. 8.

Sed notandum eſt, quòd licet
49 confeſſarius † abſoluens à dictis caſibus, prout diximus, non incurrat dictas pęnas, & cenſuras; attamen, cum abſoluat, à quibus non poteſt, nihil agit, & nulla eſt abſolutio, ſecundum communem, &

receptam doctrinam; Ad maiorẽ verò notitiam confitentium, ſiue pęnitentium, qui vt plurimũ hoc ignorant, in dicto decreto ponitur, nullam eſſe abſolutionẽ, ibi: Præterea nouerint pęnitẽtes &c. & dictum eſt ſuperius.

50 Secundò aduertendum eſt, † ſi quis incurrat dictas cenſuras, & pęnas abſoluendo contra præſens decretum, etiamſi caſus eſſet occultus, non poterit abſolui in foro conſcientiæ ab Epiſcopo ſuo ordinario vigore c.6. Conc. Trid. ſeſſ.24. de reform. nam licet ibi cõcedatur Epiſcopis generaliter facultas abſoluendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis in foro cõſcientiæ, nec diſtinguatur de antea reſeruatis, vel poſtea reſeruandis; attamen Sacra Card. Congregatio declarauit, dictum capi.6. de ante promulgationem Concilij Trid. reſeruatis eſſe intelligendum, prout in 1. par. noſtrarum Can. qq. ſec.4. q.14. nu.19. annotauimus, & tradit D. Dominicus Anſoſſius in ſuo trac. ſacrarum reliquiarum, §.29. nume.27. & ſeq. & ſic declara adducta in contrarium per Hor. Gambarup. de caſ. reſer. c.3. nu.33. Nec minus à cõfeſſario regulari iure ſuorum priuilegiorum abſolui poterit, vt rectè reſpondit Paul. Comit. li.6. reſp. mor. q.9.

Quare animaduertere debent

51 † Regulares, facultatem ex priuilegio à Pio V. anno 1571. die 21. Iulij per conſt. incip. Romani Pontificis circumſpecta &c. conceſſam, Prælatis Ven. Ordinis Prędicatorum, & per communicatiõnẽ extenſam alijs Regularib. Pręlatis abſoluendi ſuos fratres, & moniales in foro conſcientiæ, & cum eis diſpenſandi, ſicut per Sacrum Conc. Trid. in d.c.6. Epiſcopis fuit conceſſum, reſtringi tum ad formam dicti decreti, eiuſque declarationis; tum ad dictam Sacræ Congregationis declarationem de antea, & non poſtea reſeruatis, & ſic intellige per nos dicta in qq. can. titu. de Monit. ſect 4. q. 4. nu. 16. & ſeq. & optime faciunt adducta per Comit. d. q.9.

Tertiò aduertendum, quòd cõ

52 feſſarij † electi vigore priuilegiorum conceſſorũ Ordinibus, Religionibus, Confraternitatibus, Aggregationibus, Societatibus, &c. ad abſoluendum à caſibus reſeruatis, vltra exceptos in dicta Cõſt. Clementis VIII. incip. Quæcunque non valent hoc facere, niſi prius fuerint à locorum Ordinarijs, & à ſuis Superioribus ad hoc approbati, vt videre licet in cõſt. ibi. Præterea volumus, vt confeſſarij, qui vigore priuilegiorum ipſis ordinibus, Religionibus, Inſtitutis erigentibus, inſtituentibus, & communicantibus, ſeu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus conceſſorum, ac Confraternitatibus, & Congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi poſſunt, & potuerunt, ſæculares in alma Vrbe à prædicto noſtro Vicario, extra Vrbem verò à locorum ordinarijs: Regulares autem non ſolum à prædicto Vicario

cario noſtro, & à locorum ordinariis reſpectiuè; ſed etiam à ſuis ſuperioribus approbati ſint; vtque confratres confitentes à criminibus, caſibus, & cenſuris iuxta dictorum priuilegiorum, quatenus tamen ſint in vſu, & Sacris Concilij Trid. decretis ac Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris conſtitutionibus non aduerſentur, nec reuocata, aut ſub aliquibus reuocantibus comprehenſa ſint, formam, & tenorem dumtaxat abſoluere valeant; exceptis caſibus contentis in Bulla Cœnæ, & alijs ſupra relatis.

53 Et valde quidem opportunũ, † & pro animarum ſalute non mediocriter proficuum iudicarem; ſi id ſeruaretur, nempe. vt, niſi Cõfeſſarij ſpecialiter ab Ordinario deputati poſſent à dictis caſibus Sedi Apoſtolicæ, vigore priuilegiorum abſoluere, & in hoc ſaluberrimum conſilium adducerentur facilè omnes locorum Ordinarij; ſi ipſi ſcirent, quantũ id proficeret, & cunctæ Chriſtianæ Reipublicæ, cui præſunt, & animarũ ſaluti, quam quiſque, vt par eſt, proſequi debet; quæ vſu didicimus, & experientia ſæpius cõprobauimus, me facilè inducunt ad hoc tam neceſſarium ſuadẽdum, cum præſertim habeant facultatẽ à Sede Apoſtolica ſic faciendi, q̃ recipere vnuſquiſque deberet, ne tractu temporis eis opponi poſſet Pontificiam hanc Conſtitutionẽ non eſſe vſu receptam; cùm præſertim inter alias qualitates, quæ in validitate conſtitutionum indies requiri videmus, illa ſit, an ſit vſu recepta, vide Azor. par. 1. Inſt. Moral. lib. 5. cap. 4. per tot.

Tertiò dubitatum fuit, An Epiſcopus poſſet apponere cẽſuram ipſo facto contra Regulares Confeſſarios abſoluentes à caſibus reſeruatis, non obtenta ab eo facultate.

Et reſponſum fuit affirmatiuè, rationibus infra adducendis; & quamuis hoc uideri poſſet ſuperfluum, cum iam excommunicatio ſit appoſita per decretum Sacræ Congregationis, vt in præcedenti quæſt. dictum fuit; attamẽ, cum dictum decretum loquatur de abſoluentibus prætextu priuilegiorum, nec liget abſoluentes à prædictis caſibus alio prætextu, vt patet ex eius tenore, ibi ſub prætextu priuilegiorum, non ſuperfluè poſſet apponi dicta cenſura.

54 Quam quidem iuridicè Eps † ferre poteſt, niſi Regulares ſpeciale habeãt in hoc priuilegium; ita Rodriq. tom. 1. qq. regul. q. 45. art. 2. in fin. vbi ex Capucin. in cõpẽd. Medic. refert Sacram Card. Congregationem reſpondiſſe die 9. Aprilis anno 1587. (antequam decretum ederetur, ne Religioſi ad Monialium monaſteria accederent; quod fuit promulgatum anno 1590.) Regulares adeuntes monaſteria Monialium abſque Epiſcopi licentia incidere in pœnam excommunicationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, niſi ſint Regulares ſpeciale habẽtes priuilegium, vt non poſſint ab

Epi-

Epiſcopis excommunicari; & ſic excommunicatos non poſſe abſolui à ſuis ſuperioribus; ſed ab Epiſcopo, qui hanc ſibi abſolutionem reſeruauit; ita etiam referũt Stephan. Quaranta in Sum. Bullarij, in verb. Monaſteria Monialium, circa medium. Theſau. fori eccl. par. 2. c. 16. nu. 56.

55 Regulares verò † quoad hoc nullo gaudere priuilegio, nempe quin cẽſuris coerceri poſſint, ſi à tali caſuũ abſolutione non ſe abſtineant, patet; quia nulli dubium eſt, Epiſcopos poſſe ſibi reſeruare caſus, in quibus Sacerdotes inferiores nihil poſſunt, ſine eorum licentia, & conceſſione, ex decreto Sacri Conc. Triden. ſeſſ. 14. c. 7. & eſſe de fide, determinatur in eadem ſeſſ. can. 11. de pęnit. ſacram.

56 Imò Sacerdotes, tàm Sæculares, quàm Regulares, quamuis in ſua Ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant: attamen ſæcularium confeſſiones audire non poſſunt, niſi præuio examine, & approbatione Epiſcopi, priuilegijs, & conſuetudine quacunque etiam immemorabili nõ obſtantibus, ut decernitur in cap. 15. de reform. ſeſſ. 23. ipſius Concilij.

Sed in his, quæ ſpectant ad ob-
57 ſeruantiam † Concilij Triden. omnia, & quæcunque priuilegia ſunt annullata, reuocata; ac etiam in foro conſcientiæ, ſi quæ cõtra attententur, ſunt irrita, per Bul. Pij IIII. incip. In Principis, public. anno 1565. decimo tertio Kal. Martij, vbi mandat locorum Ordinarijs, ita iudicare debere; ſic etiam Gregor. XIII. in ſua Conſt. 15. edita anno 1572. reducendo Conſtit. 38. Pij V. editam anno 1567. ad terminos iuris communis, annullauit pariter omnia priuilegia quoad illa, quæ Concilij Trid. decretis contradicunt: Et nunc in confirmatione priuilegiorum Regularium ſolet de ſtylo apponi clauſula; Confirmamus &c. in his omnibus, in quibus decretis Concil. Triden. non aduerſantur, ut in ſimilibus confirmationibus cõſtat ex Bullis tum Clemen. VIII. tum Pauli V. hodie Pontificis Maximi, quem Deus diù ſeruet incolu-
58 mem. Cum ergo ratione † obſeruationis decretorum Conc. Trid. in nihilo proſint priuilegia ipſis Regularibus, ſequitur, ſeruãdam eſſe iuris communis diſpoſitionem, quo quidem iure Epiſcopi habent merum, & mixtum imperium in tota ſua Diœceſi in omnes perſonas eccleſiaſticas, cap. 1. & cap. irrefragabili, de offic. ord. cap. 2. & ibi gloſ. eod. tit. lib. 6. cap. omnes Baſilicæ, 16. q. 2. gloſs. in c. de Xenodochijs, de religioſ. domib. & ſic, ubi agitur de obſeruãtia Conc. Trid. etiam Regulares afficiuntur cenſuris, & pœnis per loci ordinarium promulgatis.

59 Vnde † in facto reſpondi quibuſdam Regularib. Illuſtriſſimum Papiæ Epiſcopum iuſtè per edictum appoſuiſſe excommunicationem ipſo facto incurrendam cõtra Sacerdotes, tàm Sæculares, quàm Regulares prædicare præſumentes abſque approbatione,

vel

vel benedictione Epiſcopi, aut
eius Vicarij; Regulareſque cõ-
tra facientes proculdubio dictã
incurrere excommunicationem.

Probatur ſecundò, quia Epi-
ſcopi, ſiue locorum ordinarij pro-
60 cedere † poſſunt contra turban-
tes eorum iuriſdictionem, vel eã
impedientes, etiãſi fuerint exem-
pti, ut egregiè ſcribit Innocen. in
cap. 1. de offic. deleg. num. 2. & in
ſpecie loquitur de excommuni-
catione; idem tenet in capit. dile-
ctus, de pœnis, quem ſequuntur
Aufrer. trac. de poteſt. ſecul. ſuper
eccleſiaſt. perſonas, num. 23. Ioan.
Royas tract. de hæret. par. 1. num.
555. cum ſeq. ubi aſſerit in foren-
ſib. controuerſijs ita contra Cano
nicos Regulares obtinuiſſe, & cõ
tra quoſdam Monachos D. Ber-
nardi. Hanc quoque Innoc. ſin-
gularem ſententiam receptam ſe
vidiſſe, teſtatur Ignat. Lopez ad
Pract. Diaz cap. 3. annot. 2. contrà
quaſdam moniales exẽptas, quæ
mulierem nuptam intra clauſurã
monaſterij iniuſtè detinebant: Et
hac ratione iuſtè iudex ordina-
rius contra ipſas cenſuris eccleſia
ſticis proceſſit, quouſque mulier
ipſa marito fuit reſtituta.

Propterea inferebam in facti
61 contingentia, Epiſcopum † non
ſolum uigore Decreti à Sacra
Card. Congreg. anno 1603. editi;
de expreſſo Clem. VIII. manda-
to, quod refert Stephan. Quar. in
Sum. Bullar. in verb. Priuilegia
Regulariũ; Et meminit Auctor
Praxis Archiep. cap. 88 nume. 18.
ſed de iure communi, iuxta dictã
Innocent. receptam doctrinam,
potuiſſe procedere contra quoſ-
dam Regulares, qui uano immu-
nitatum, & priuilegiorum prætex
tu ipſum Epiſcopum intereſſe vo
lentem quadam die diuinis offi-
cijs, in eorum Eccleſia ſolenniter
peragendis, indutum Cappa, qua
in Cathedrali uti ſolet, dum eo
præſente diuina officia ſolẽniter
peraguntur, admittere renuebãt,
cum Baldachini erectione ſuper
ſolium Epiſcopale; cum id eſſet
turbare, & impedire ipſius Epi-
ſcopi iuriſdictionem, per Clem.
Archiepiſcopo, de priuileg. Epi-
ſcopis conceſſam, vt poſſint in
qualibet Eccleſia, etiam exempta
ſuæ diœceſis, ipſis etiam exem-
ptis inuitis celebrare diuina, uel
celebrari facere in ſua præſentia,
etiam ſine pontificalibus, & exer-
cere pontificalia, &c. Et licet
nulla fiat mentio in d. clemen. de
Baldachini erectione; attamen
hoc venit in conſequentiam;
nam conceſſo vno, & omne id
conceditur, ſine quo id fieri co-
mmodè, & ritè nequit, l. 2. de iu-
riſdict. omn. iudic. capit. præterea,
de offic. deleg. Nauar. conſil. 4. de
offic. Ordin. num. 4.

Probatur tertiò, quia ex Decre
to Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.
62 25. cap. 12. de Regular. cenſuræ †
ab ordinarijs promulgatæ ſunt à
Regularibus, & publicandæ, &
obſeruandæ.

Probatur quartò, ex vſu rece-
pto, vt locorum ordinarij impo-
nant cenſuras etiam contra Regu
lares abſoluẽtes à caſib. ſibi reſer-

uatis ſine debita facultate.Ita fuit ſeruatum Venetijs anno 1601. à Capitulo Sedę Vacante, vt patet ex eius Tabella caſuum reſeruat. edita annò 1601. die 4.Martij: & imponebatur pęna ſuſpenſionis ipſo iure tàm ſęcularibus, quàm Regularibus confeſſarijs contra facientibus.Idem factum eſt a Capitulo Sede Vac. Neapoli, vt ex eius Tabella caſ.reſeru.anni 1604. die 12.Aprilis videre eſt.

In Prouincia Mediolanenſi cõtra tales confeſſarios lata eſt excommunicationis ſententia in Conc.Prouinc.5. tit. Quæ ad pęnitentiæ Sacram.pertin.§.ab ijs verò, & notať in Tab. caſ.reſer.Cremon. anni 1610. In Archiepiſcopatu Senarum anno 1602. eadem excommunicationis pęna ipſo facto incurrenda fuit quoq; impoſita,vt patet ex eius Tab.caſuum reſer. omitto quamplura alia exempla breuitatis gratia.

Ex prædictis infertur quoq;, ꝙ
63 cum † Capitulo Sede Vac. competat ius ſibi reſeruandi caſus, vt patet ex Panor. in c.his quæ, in fi. de maior.& obed. Suarez tom.4. diſp.26.ſect.1.concl.j. verſ.Atque, Lęl.Zecch.de ſacram.pęnit. c.11. verſ.Nono Sede Vac.Steph.Quarant. in ſum.Bul.verb.Capitulum ſed.vac.§.Tertio quæro,ex Graff. in Praxi lib.1.c.2.à nu.8. & plurib. rationibus, & auctoritatibus comprobauimus in noſtro Confeſſariorum Theſauro,par.2.cap.... vbi explicauimus illud, quod paſſim aſſeritur, nempè mortuo Epiſcopo ceſſare caſuum reſeruationẽ;
64 Et quòd ipſum Capitulum † ſuccedat in ordinaria Epiſcopi iuriſdictione, prout ex Pauin.et alijs latè probauimus,in par.1.noſtr.can. qq.ſect.1.q.7. iure meriro potuiſſe Capitulum Cathedralis Papiæ Sede vac. anno 1609. non ſolum ſibi caſus reſeruare: ſed etiam excommunicationis ſententiã ipſo facto incurrendam apponere, cõtra Sęculares, et Regulares Confeſſarios, abſoluentes ſine facultate; et ita practicari patet ex multis Tabellis caſ.reſer.et præſertim ex dicta Veneta,et Neapol.ſup.relat.

QVAE-

QVÆSTIO XI.

Circa blaſphemi confeſſionem, & abſolutionem, quid à Confeſſario obſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *In blaſphemi cōfeſſione quid in primis inueſtigare debeat confeſſarius, & num. ſequen.*

2 *Confeſſarius ſi non habet authoritatem abſoluendi à caſu blaſphemiæ reſeruato, quid agat.*

3 *Confeſſarius non poteſt abſoluere à caſibus reſeruat. ſub ſpe rathibitionis.*

4 *Confeſſarius quando abſoluere poſſit peregrinum, uel aduenam à caſibus ſuo Epiſcopo reſeruatis.*

5 *Confeſſarius in impetranda abſoluendi facultate à caſib. reſeru. non ſit adeo facilis, & quare, nu. ſeq.*

7 *Facilitas veniæ incenſiuum tribuit delinquendi.*

Accendit culpam facilis dimiſſio culpę.

Reſeruationes pecc. quæ in animarum tendunt ſalutem, confeſſariorum culpa quandoque proprium non ſortiũtur effectum.

8 *Blaſphemus cum errore intellectus à quo abſoluendus.*

9 *Caſus Epiſcopo reſeruati, ſi error in intellectu concurrat, Sedi Apoſtolicæ reſeruantur.*

10 *Malitia duplex eſſe poteſt in eodem actu, nempe blaſphemiæ, & periurij, quæ eſt in confeſſione aperienda.*

11 *Confeſſarius oſtendere debet blaſphemanti blaſphemiæ grauitatem, & ſuam ingratitudinem, & nu. ſeq.*

13 *Locus D. Io. cap. 10. Multa bona opera, &c. expenditur.*

14 *Pater, herus, & ſimilis blaſphemantes audiens ad quid teneatur, ex Synod. Mediolanenſi.*

15 *Blaſphemans quare excuſatione ſit indignus, etſi in blaſphemias prorumpat ob alicuius tribulationis occaſionem.*

16 *Dęmonis aſtutia circa blaſphemare ſolitos.*

17 *Blaſphemantes non excuſantur, licet blaſphemando non intendant diuino detrahere honori.*

18 *Locus D. Paul. cap. 10. ad Rom. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem, explicatur.*

Ore qui maledicit, licet corde non maledicat, oris tamen inquinamenta incurrit.

19 *Ad contrahendam malitiam non eſt neceſſaria formalis intentio, ſed ſufficit interpretatiua, ſi in obiecto eſt ſufficiens fundamentum.*

20 *Praua blaſphemandi conſuetudo, quæ videtur huius pecc. neceſſitatem inferre, non excuſat delinquentē etiam in foro exteriori.*

21 *Blaſphemantes non ſine grauiſſima pęnitentia ſunt abſoluendi, & nu. ſeq.*

23 *Pęnitentiæ omnes confeſſarij arbitrio remittuntur.*

24 *Blaſphemi aſſueti, vel publici quando, & quomodo abſoluendi,& num.26.*
25 *Qualitas ſemel aſſumpta præſumitur retenta.*
27 *Quænam pœnitentia à confeſſario blaſphemis imponenda, & nu.ſeqq.*
30 *Delinquentes inuitandi, & alliciendi ad emendationem.*
31 *Blaſphemis quæ remedia applicanda pro vitanda recidiuitate, & nu.36.*
32 *Ex Plinio pulchrè demonſtratur, tantum eſſe loquendum, quantum cor dictat, ac præcipit ratio.*
33 *Damna quæ ex ludo proueniunt, & ſub num. 35.*
34 *Cupiditas radix omnium malorum.*
35 *Ludus ſub grauibus pęnis prohibitus, quæ pœnæ ob luſorum contumaciam non obſeruantur.*
36 *Confeſſarius hortari debet blaſphemũ pęnitentem ad frequentem confeſſionem,& Euchariſtiæ ſumptionem.*
37 *Nulla efficacior medicina ad prauum vincendum vſum, & inueteratum euellendum habitum, quam frequẽs confeſſio, & nu.ſeq.*
39 *Cur magno timore,& tremore blaſphemi accedere debeant ad Sacram Euchariſtiam ſumendam.*
Reliquiæ Sanctorum ſingulari munditia ſunt pertractandæ.
40 *Contra importunas blaſphemiarum cogitationes quid agendum,& quando inducant pecc.& num.ſeq.*

1 CIrca blaſphemi ꝯfeſſionẽ,† & abſolutionẽ ſacramentalem confeſſarius diligenter dẽt animaduertere in primis, quas blaſphemias protulerit, an verè, & propriè ſint blaſphemiæ, vbi, coram quot perſonis, quot vicibus, an aliàs fuerit à blaſphemia abſolutus, an inaduertenter blaſphemauerit,an contra Deum,vel B.Virginem in ſpecie, vt conſideratis verbis tum blaſphemiæ,tum reſeruationis,necnon circumſtantiarũ percipere poſſit, an pęnitens incurrerit caſum reſeruatum, necne,an ipſe poſſit eum abſoluere, necne.

Si namque res ſit dubia, vel reſpectu blaſphemiæ,vel reſpectu facultatis ei conceſſæ, v.g.per verba, aut generalia, quæ poſſint gignere ſcrupulos, vel alia rationabili de cauſà, eo in caſu cum agatur de ſtatu animæ,debet abſtinere,iuxta gloſ.in cap.1. de ſcrutin. facien. Silueſtr. in verb. dubium num.4.& conſulere debet Epiſcopum,vel eius Pęnitentiarium,aut viros hac in re verſatos, non expreſſo pęnitentis nomine, vt dictum eſt in General. Obſeru. caſ. reſer. par.2. reg... noſtri Theſauri Confeſſariorum. Si verò reſpectu blaſphemiæ dubitat,an ſit reſeruata,& abſoluat,inueniatque poſtea eſſe reſeruatam,abſolutio eſt nulla, & incurrit pęnas decreti cõtra abſoluentes à caſib.reſeru. vt arg. c.illud de cler.exc.miniſtr. ſcribit Vgolin.de pot Epiſ. par.2.c.37.§.2. ſub nu.3. Quod declara, modò dubitando prætextu alicuius priuilegij abſoluat: tunc enim incidet in pęnas dicti decreti,prout in præcedenti quæſt.numero 43.explicauimus.

Vbi

2 Vbi verò cognoſcat † caſum eſſe reſeruatum, & ipſe non habeat in hoc abſoluendi facultatem, vel eam procuret; vel per ſe, vel per alium, vel per epiſtolam, prout ſupra in Generalibus Obſeruationibus docuimus; vel mittat pęnitētem ad ſuperiores iudices, prout ei magis expedire videbit; Et tria debet animaduertere: Primo ſtatim monere pęnitentem, ſe ab huiuſmodi peccato ipſum abſoluere non poſſe: Si autem nihilominus velit confeſſionem perficere, ipſe libēter audiet, & abſoluet, à quibus poteſt; ne pęnitens poſtea doleat, & de eo conqueratur, quòd voluerit omnia eius peccata audire, cum nō poſſet abſoluere, vt benè aduertit Horat. Gambarup. de caſibus reſeruatis, cap. 2. numero 38.

3 Secundò, non † poſſe ſe abſoluere ſub ſpe rathibitionis fiendæ ab Epiſcopo; quamuis enim ſub ſpe rathibitionis non futuræ, ſed præſentis, quæ habet vim licentiæ tacitæ proprij parochi, poſſit alter confeſſarius pęnitentem validè abſoluere, iuxta tradita per Nau. in cap. placuit, num. 102. de pęnit. d. 6. & in Man. cap. 9. num. 6. non tamen hoc procedit, quo ad caſus reſeruatos, vt declarauimus in General. Obſeru. loco cit. & faciunt egregiè adducta per D. Io. Baptiſtam Coſtam tract. de Retrotractionibus cap. 8. caſ. 15.

4 Verum quidem eſt, † poſſe ſine alia facultate peregrinum, aut aduenam de caſibus ſuo Epiſcopo, hoc eſt, peregrini, reſeruatis abſoluere, ſi non ſunt reſeruati in Diœceſi ipſius Confeſſarij, vbi reperitur peregrinus, vel aduena; Si verò etiam ibi ſunt reſeruati; tunc obtēta facultate à ſuo ordinario poteſt peregrinum à caſibus, quibus ipſe ligatus exiſtit, abſoluere, præſertim ſi ueniat è longinquo, nec faciat in fraudem; vt cum Nauar. conſ. 21. de pęniten. tradit Rodriq. in Sum. par. 1. cap. 55. num. 5. & colligitur ex Suarez tom. 5. diſput. 41. ſect. 2. nume. 10. & latè in noſtro Theſau. loc. cit. nouiſſimè Vgolin. de poteſt. Epiſc. par. 2. ca. 39. §. 5. Quamuis Paul. Comitol. in reſp. mor. q. 28. lib. 1. cōtrarium ſentire videatur. Sed intelligi debet, quando aduena, vel peregrinus non multum diſtaret à ſua Ciuitate, vel ſtatim illuc eſſet reuerſurus, uel faceret in fraudē: vt ex eius dictis facilè colligi poteſt, & ſic eſt intelligendus Gambarupta d cap. 2. num. 36. vbi in fine in noſtram tranſit opinionem, tanquā magis probabilem.

5 Tertiò prudenter agat † in impetranda abſoluēdi facultate, nec tam facilè Superiores pro ea obtinenda adeat; ſed pęnitenti perſuadere nitatur, vt ipſe ad Superiores, & legitimos iudices pro abſolutionis beneficio accedat, iuxta decretum Sacri Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. nam non deſunt parochi, alijque confeſſarij, qui non ſolum pęnitētibus peccatis reſeruatis onuſtis, ad Superiores vt
6 eant, perſuadent, verùm † etiam, vt commodius in peccato perſeuerent, latè pollicentur, obtinere

eos poſſe facultatem ab Epiſcopis abſoluendi; importuniq; quãdoq; ſunt ſuperioribus iudicibus; Et in hoc caſu illud ſæpè vſurpatum ſuccedit, nempe, vt facilitas
7 †veniæ incenſiuum tribuat delinquendi, cap. eſt inhibendum, de cohabit. cleric. & mulier. gloſſ. in Auth. Vt hi qui obl. in verb. facilia. Vel vt alter dixit; *Accendit culpam facilis dimiſſio pœnæ*. Videatur quæſo, quid dicat D. Gregor. in 2. par. Paſtor. ſuper c. 13. Ezech. & refert Gambarup. loc. cit. c. 1. nu. 28. Iſtæ propterea reſeruationes, quę animis vſui maximo eſſe deberent, confeſſariorum culpa proprium non ſortiuntur effectum; ut animaduertit D. Gambar. loco citato.

Vt autem, vnde paululum digreſſi ſumus, redeamus; quando cõfeſſarius talem habuerit facultatem, conſideratis, vt diximus,
8 blaſphemiæ verbis, inquirere† debet de pęnitentis intentione, nẽpe; an crediderit, quod blaſphemando protulit; ſi enim habuit errorem in intellectu, incidit in excommunicationem latæ ſententiæ, à qua, (cum ſit Papæ reſeruata) non niſi ab habente ſpecialem facultatem abſoluendi ab hęreſi abſolui poteſt. & ſic intelligendæ ſunt omnes Tabellę caſuum reſeruatorum, non tantum in hoc caſu, quando blaſphemia eſt hæreticalis; ſed in alijs quoque †caſibus,
9 in quibus error in intellectu concurreret; illorum namque abſolutio per literas Bullæ Cœnæ Domini, Apoſtolicæ Sedi eſt reſeruata, nec Epiſcopis, vel alijs virtutẽ priuilegiorum licet manus apponere, prout declarauit Sacra Cardin. Congregatio.

10 Perquirere etiam debet, an† in eodẽ actu duplex malitia ſit, nempe blaſphemię, & periurij; quamuis enim contingat, blaſphemiã, & periurium in eodem actu coniungi; nihilominus ſemper manent diſtinctæ malitię; ideoq; ita eſſe actum in confeſſione, eſt aperiendum, vt vtraque illius malitia explicetur, vt optimè notat Suarez, tomo de ſtatu relig. tract. 3. libro 1. cap. 6. nu. 16. vbi diffusè hoc declarat.

11 Deinde perquiſitis modis †omnibus, & generibus verborũ, quibus blaſphemauit, & numero peccatorum, crimẽ quàm immane, & abominabile ſit, quot, quantiſque pęnis ſit ſubiectum, pœnitenti oſtẽdere debet, ſceleris grauitatem exaggerando, quo cũ ipſi blaſphematores in nihilo Deum offendere nequeũt, & ſeipſos valde lędunt, inſtar illius, qui iacit lapidem in altum, & ſuper eius caput cadit, Eccleſ. cap. 27. Nam facilè pęnitentes labuntur, uel quia culpam ferè neſciunt, uel non ita grauem exiſtimant, ut aduertit Graff. in Praxi lib. 1. cap. 10. ſub numero 82.

12 Secundò admonere † pęnitentem, Deo ſe ſummopere ingratũ fuiſſe; tũ, qa ob multa ab eo accepta beneficia, ob quæ, ſi omnia noſtra mẽbra in linguas ꝯuerterent, & uita noſtra centũ mille annos perduraret, nõ poſſemus ſufficiẽter

ter illum laudare, debitaſq; ei gratias agere; vice amoris odio illũ ꝑſecut⁹ eſt blaſphemijſq; dilaniauit: vice reuerentiæ, illũ contempſit; vice honoris, eum iniurijs affecit, uice gratiarum, & laudum, blaſphemias illi obtulit; quare
13 Chriſtus † apud Io. c. 10. meritò conqueritur; Multa bona opera oſtendi uobis ex patre meo, ꝓpter quod eorum opus me lapidatis? tum etiam ob ipſius Dei longanimitatem, & patientiam, qua (vt inquit D. Paul. ad Rom. cap. 2.) inuitat nos ad pęnitentiam, quibus nolentibus peccatum deſerere in hac vita, eò acerbior erit pęna in alia.

Propterea nõ ſolum debet pęnitens ab hoc deteſtabili uitio ſe abſtinere; ſed ingenti zelo alios etiam blaſphemantes opportunè corrigere, præſertim ſi hoc ad eũ
14 ratione officij ſpectet, vt, ſi † pater, herus, vel ſimilis ſit; iuxta illud, ad quod hortatur Synodus Mediol. par. 1. tit. de blaſphemia, nẽpe ſi domini, mercatores, aut alij artifices famulos, aut miniſtros blaſphemantes audierint, ubi ſemel moniti, iterum eo in genere peccarint, domo eos eijciãt.
15 Tertiò admoneat pęnitentẽ, † ipſum non eſſe excuſatione dignum, eo, quòd ob alicuius ſiniſtri euentus, aut vexationis, ſiue tribulationis occaſionem in deſperationẽ incidat, & in blaſphemias prorumpat (quamuis in foro exteriori videatur talis mitius puniendus, vt dictum eſt ſup. q. 6) nam vexatio adhuc durat, & ipſe fructu priuatur; non enim, quia blaſphemat, minuit dolorem, aut tollit damnum, ex eiuſmodi ærũnis proueniẽs: imo magis exacerbat, magiſque cruciatum aggrauat, adiungendo dolores, & vulnera blaſphemiarum, quibus offendit animam ſuam: quod ſanè multo maius malum, & damnum eſt, quàm quod prius pati poterat, vt tradit D. Io. Chryſoſtom. ſerm. 3. Lazari, & de talibus dicitur Iſaiæ cap. 1. dereliquerunt dominum, blaſphemauerũt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Et prouerbis pœnitentiæ, ſiue patientię verba ſuperbiæ, & blaſphemiæ ꝓferunt, vt dicit Hierem. c. 3. Contrarium quidem eueniret, vbi viriliter, & patienter ſuſtinerent calamitatem, & facerẽt, quod dicit Dauid, Pſal. 76. Turbatus ſum, & non ſum locutus; & quò vexatio atrocior eſſet, ſi eò maiores gratiæ Deo omnipotenti agerentur, ſtatim tentator eos deſereret, vt ille, qui fruſtra tentare cognoſceret.

Sciendum quidem eſt, quòd
16 dæmon † aduerſarius noſter quęrens ſemper quem deuoret, ubi uideat aliquem dicta de cauſa ſolitum eſſe in blaſphemias prorũpere, innumerabiles ei procurare, & imponere moleſtias, & vexationes, vt illum in deſperationem inducat, & conſequenter in hoc blaſphemiæ baratrum præcipitare faciat; nã deſperatio eſt radix quædam blaſphemię; quia & excludit timorem iniuriam inferendi Deo, vt notarunt D. Thom. 2. 2. q.

15. art. 4. & Suarez tom. de ſta. Relig. tract. 3. lib. 1. c. 6. num. 9. in fi. & quaſi ex natura rei auertit animū ab affectu Dei, de quo aliquis deſperat, & ita facilè ad blaſphemandum de illo prouocatur.

Quartò excuſationem admittere non debet confeſſarius, quā
17 † nonnulli, blaſphematores afferre ſolent, cum ſit excuſatio ad excuſandas excuſationes in peccatis; dicentes, etſi in blaſphemias prorumpant, intra tamen eorum corda ſe fidelitatem ſeruare, non prætendentes ex hoc debitum à Deo honorem remouere; Quia, licet hoc aliquid malitiæ, quæ in blaſphemiam reperitur, quodammodo minuat; non tamen omnino eam tollit; tum, quia, ſicuti
18 non ſufficit † credere; ſed neceſſarium eſt fidem ore confiteri, ut inquit D. Paul. cap. 10. ad Rom. corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Vnde adorantes Mahometū metu mortis, non excuſantur in foro interiori à peccato; ita ut non ſufficiat honorem Deo corde nō auferre; ſed neque lingua eius honor detrahendus ueniat: vt notat Iacob. Ramirez de cuſtod. ling. c. 3. tum, quia, qui ore maledicit, licet corde non maledicat, oris tamen inquinamēta incurrit, ut ex D. Hier. habetur in cap. qui negligunt, 24 q. 3. & declarari poteſt ex generali regula, quòd ad contra-
19 hendam † malitiam non eſt neceſſaria formalis intentio, ſed ſufficit interpretatiua, quādo in obiecto ipſo eſt ſufficiens fundamentum, ex traditis per Suarez, tomo de Relig. ſtatu, trac. 3. lib. 1. cap. 5. ſub num. 5. tum, quia non excuſatur à ſcandalo, quod præbet audientibus, qui ignorant eius animū, & ſatis patet in S. Euāgelio, Luc. cap. 17. quàm acriter Deus minetur illis, per quos ſcandala veniūt.

20 Quintò non eſt admittenda † excuſatio cuiuſdam prauæ conſuetudinis blaſphemandi, quæ aliquando huius peccati neceſſitatē inferre uidetur; & plerumque linguam impetuosè transferat ad prorumpendum in huiuſmodi ſcelerata verba: qua ratione nonnulli dicunt, non poſſe ſe abſtinere. Nam reſpondet S. Io. Chryſoſtom. in ſerm. 3. Lazari, quòd præuidendo talem impetum, anteq̄ exeat blaſphemia, debet quis etiā fortiter dentibus linguam mordere; multo enim melius eſt, illā nunc ſanguine aſpergere, quàm habere poſtea ad optandam aquę guttam, nec poſſe eam obtinere, ut euenit diuiti, de quo S. Lucas cap. 6. Et ſi poſſunt ſe abſtinere, aut timoris, uel metus cauſa, aliquem temporalem Domicellū maledictis afficiendi, ſignum quidem eſt, ſe homines magis, quam omnipotentem Deum pertimeſcere.

21 Sextò abſoluendi nō † ſunt blaſphemi, niſi grauiſſima eis impoſita pęnitentia, prout ſtatuit Conc. Lateran. vlt. ſeſs. 9. §. ad abolendā, ubi ſic fuit ſtatutum: In foro pœnitentiæ nemo blaſphemiæ reus abſque grauiſſima ſeueri Confeſſarij arbitrio iniuncta pœnitentia abſol-

abſolutati; conſonat Cōc. Tri. ſeſſ. 14.c.8. & profectò ſi confeſſarij in iniūgendis pęnitētijs blaſphemā tibus, aliquo in modo antiquis canonibus, vt can. 30. pęnitential. & habetur in cap. ſiquis iratus 2.q. 1. cum alijs, ſe conformarent, indicā do aliqua in parte huius vitij grauitatem pęnitentibus, non foret certè ita freques, vt videmus hoc
22 vitium. Et propterea † excogitanda, & imponenda venit pergrauis pęnitentia, vt tantum malum, ſi fieri poſſit, eradicetur, præſertim in hæreticalibus blaſphemijs, & contra B. Virginem Mariam directè prolatis, quæ inter graues blaſphemias connumerantur, conſideratis blaſphemiarum gradibus, de quibus egimus ſupra quæſt. 3. prope fin.

Reſtringitur quidem, vbi ſubſit iuſta cauſa, mitiorem pęniten-
23 tiam iniungendi; † omnes enim pęnitentiæ, tàm quoad quantitatem, quàm quoad qualitatē prudentis Confeſſarij arbitrio relinquuntur. c. menſuram, & c. Deus de pęnit. & remiſſ. & tradunt Nauar. in c. 25. nu. 20. Capeauil. d. caſ. 19. q. 3. D. Menoch. de arbitr. caſu 360. nu. 38. Azor. tom. 1. Inſt. Moral. lib. 9. c. 28. q. 9. Graff. in Praxi li. 3. c. 10. ſub num. 82.

24 Septimò blaſphematores † aſſuetos, vel publicos audiens confeſſarius, ſi nulla ex præteritis confeſſionibus, ſecuta ſit emendatio, debet non quidem ſimpliciter ab abſolutione arcere; ſed ad tēpus ab ea illos ſuſpenſos detinere, aut ſacræ Euchariſtiæ ſumptionē differre, vt interim prauam, peruerſamque conſuetudinem aliqua ex parte deponāt; ſi autem poſtea emendationem cognouerit; tunc abſolutionis beneficium impendere poteſt; aliàs minimè; etiamſi iterum emendationem polliceantur, tum quia nullum eſt fortaſſe grauius peccatum, a quo facilius homines abſtinere queant, cum nihil vtilitatis, & delectationis habeat; D. Guliel. Cantarel. var. qq. lib. 1. c. 38. circa fin. tum quia indiſpoſiti ad hoc videntur; & cum in precedentibus confeſſionibus nō fuerint correcti, credi etiam veriſimiliter poteſt, ſe in poſterum ab
25 hoc vitio nō receſſuros; † qualitas enim ſemel aſſumpta præſumitur retenta, §. reſtituta, Inſti. de fideicommiſſ. hęred. D. Philip. Maſſin. ad l. 1. C. de eden. nu. 71. verſ. Tertiò facit dictum D. Io. Chryſoſtomi, quòd conſuetudo facilè inducitur, ſed difficulter repellitur. Et quod res de facili redit ad priſtinā naturam. Et hoc ſeruandum etiā in eo, qui blaſphemias inconſideratè profert ex praua conſuetudine, vt animaduertat in futurum, & emendetur, vt cum Lud. Lopez concludit Rodriq. in Summ. par. 1. c. 34. numero 5. & alij infra citandi.

26 Abſoluendi quidem erunt, † ſi iterum, aut ter blaſphemauerint, etiamſi antea bis fuerint abſoluti; dummodo firmum emendationis propoſitum concipere oſtenderint, vel, vbi commodè differri nequeat abſolutio in aliud tempus; tunc quidem ſi certa doloris, & de-

& deteſtationis ſigna huiuſmodi impietatis dederint, abſolui poſſunt, impoſita tamen ſalutari, ac debita pęnitētia, Iacob.Graff. par. 1.deciſ.c.20.lib.2.nu.14. & in praxi lib.1.c.10.ſub nu.82. Io.Baptiſta Corrad. in reſponſ.caſ.conſc.q.15. par.1.poſt Bart.Medin.li.j.inſtruc. conſc.c.14.§.2. Azor.d.c.28.q.18. Sair.in Claui Regia,lib.6.cap.13. numero 10.

27 Octauò, huic vitio deditis † pęnitētiam iniungere poterit, vt recitēt aliquas Coronas, Roſariaue B.Virginis Marię, & in fine cuiuſque Pater noſter, & Aue Maria terram oſculentur, & dicant Gloria Patri &c. idque ſæpius pro numero blaſphemiarum. Imponat etiam quādoq;, maximè plebeis, vt lingua in terram crucis ſignū imprimant, quoties blaſphemarunt, illudq; oſculētur, vt in eo, in quo peccauerunt, puniantur. Rurſus, vt recitent Pſalmos Pęnitentiales, vel Litanias B.Virginis Mariæ, & huiuſmodi, & quandoque

28 aliquas iaculatorias dicant † orationes, præſertim vbi pęnitentes legere neſciant, vt laudetur, benedicatur, & adoretur Deus, Vel, Sit nomen Domini benedictū; Vel, Benedicam Dominum in omni tempore; Vel, Gloria Patri &c. Vel, Benedicamus patrem, & filiū cum Sancto Spiritu; Vel, Benedictus es Dñe in firmamento cęli; Aut, Benedic anima mea Dño, & omnia, quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. Pſal.102. vbi doctiſſimus, Illuſtriſ.Card.Bellarm.in explan. Vel, Benedictio, claritas, ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſęcula ſęculorum, Amen. Et huiuſmodi, quotidie, & quoties plus poterit, ita vt paulatim habitum, ſumant Deum ſemper laudandi, iuxta illud: Semper laus eius in ore meo, quia per laudis aſſuetudinem blaſphemia euaneſcit, vt notat Cantare.var.qq.lib.1.c.38.in fi. A viro autem perſapienti, & experto, audiui, ſingulare eſſe remedium ad impetrandam gratiam pro vitandis blaſphemijs, per aliquot temporis ſpatium deuotè recitare Pſal.33.incip. Benedicam Dominum in omni tēpore, ſemper laus eius in ore meo, quē Pſalmum mira eruditione nouiſſimè declarat Illuſtriſs. Card. Bellarm. in explan.Pſalm.33.& dicit, in omni tempore, hoc eſt, quàm diù vixero, ſemper autem nō ſignificat omni momento, ſed ſuo loco, & tempore vſque in finem vitæ.

Nonò, cum varia ſit blaſphemantium culpa, varia quoque pęnitentia imponi debet, vt pro mēſura peccati, ſit plagarum modus; propterea grauior erit iniungenda pęnitentia blaſphemanti Deū, quam Beatam Virginem, & illā, quàm Sanctos, iuxta tradita ſupra q.3.a nu.44.& à ſimili colligitur ex Nau.Man.c.6.nu.7.

29 Et vbi hæreticales † fuerint blaſphemiæ multo grauior eſt imponenda pęna, nempe vltra prædicta, vt ſextis ferijs ieiunent pane, & aqua, vel ſaltem abſtineant ab ouis, & lacticinijs, aliquas erogent eleemoſynas, applicando illas miſera-

ſerabilibus perſonis, iuxta perſonarum qualitatem, facit tex. in c. 2. de maledic. Vt triginta, quadraginta, aut quinquaginta diebus non intermiſſis, genibus flexis, & nudis, tacta terra, pronunciēt Septem Pſalmos Pœnitentiales, & Litanias, cum precibus adiunctis, & deinde Deo, Beatiſſimæ Virgini, & Sanctis ſupplices veniam decies deprecentur, & terram decies oſculata, ſuum pectus percutiant: vide Gaſparem Loartem in Admonit. Confeſſar. c. 28. In quibus omnibus prudentiã adhibeat confeſſarius, iniungendo ſemper pęnitentias, quas veriſimiliter credat pęnitētes adimplere debere, ne ipſas violando eis deterius contingat.

30 Decimò, cum delinquentes † inuitandi, & alliciēdi ſint ad emēdationem, non tantum verbis demonſtrando atrocitatem huius delicti, de qua ſupra egimus; ſed etiam factis; propterea Confeſſarius adhibere debet aliquod ſalutare remedium, iuxta perſonæ qualitatem pro vitanda recidiuitate, & primò, vt pęnitens diligēter omnes vitet occaſiones, per quas quandoque in hoc labitur vitium: qui enim amat periculũ, peribit in illo.

31 Inter alias † occaſiones caueat ab vſu malo iurãdi abſque neceſſitate, vt præcipit D. N. Ieſus Chriſtus, Matth. cap. 5. nam communiter accidit, vt ab vſu iurandi periuria, & blaſphemias ſæpe quis incurrat. Caueat ab inanibus, & otioſis verbis, nihil loquatur ſine cōſideratione, Eccl. 4. ſed parum loquatur: in multiloquio non deeſt peccatum, Prou. c. 10. Reminiſcatur, quod dicit Loartes de re-

32 med. blaſph. ex Plin. nempe: Sicuti duabus habenis equus gubernatur, ita Deus linguæ adiunxit duas venas, quarum vna peruenit ad cerebrum vſque, vbi ratio reſidet, altera verò deriuatur à corde omnium bonarum, malarumque cogitationum fonte, vt intelligamus, tantum loquendum eſſe, quantum cor dictat, & quantũ præcipit ratio; & propterea Deũ omnipotentem oret, ut ponat cuſtodiam ori ſuo, iuxta illud Pſal. 140.

33 Caueat præcipuè à ludo, per † quem homo tot, tantaque peccata, & damna incurrit; nam amittũtur bona fortunæ, quibus ipſe deberet ſubuenire familiæ ſuæ, ut teneretur: Amittitur fama; luſor enim ab omnibus improbatur, et ita perdit exiſtimationem, vt omnes eum paruipendant; nec aliqs ei credat, aut in eo cōfidat: Amittitur etiam tempus tam precioſum, quod nobis eſt cōceſſum ad peragenda opera bona, & uitam aſſequēdã æternã; cuius amiſſio eſt multo maior, ac magis dãnoſa, quàm rei familiaris, & fortunę bonorum; hæc etenim denuo acquiri poteſt, illa verò nequaquã. Ludus denique ſeminarium eſt omnium peccatorum; hominem

34 namque inducit † ad cupiditatē, quæ ut dicit D. Paulus, eſt radix omnium malorum. Hanc verò cupiditatem à luſore incurri, pa-

tet; cupit enim proximum ſuum ſpoliare numis, veſtibus, & toto, quod poſſidet, eique neceſſariū eſt. Quod quidem plerunq; fraudibus, dolis, periurijs, contentionibus, inimicitijs, & aliquando ēt homicidijs fit.

Ob hæc autem, totque alia mala, & ſcandala, quæ ex ludo deri-
35 uantur, fuit merito † prohibitus per multas leges tàm ciuiles, quā canonicas ſub grauibus pęnis ſuperius relatis in præfat. à num. 32. & ſeqq. licet ob luſorum pertinaciam, & impudentiam minime obſeruentur. Verùm alia præteriens pericula, & peccata, quæ à ludo procedunt, hoc ſolum ſufficere deberet, ad illum vitandum, & odio proſequēdum, quòd per experientiam pateat, luſores magnos eſſe blaſphematores, hūcq. præcipuam eſſe cauſam, ut tales ſint, ipſimet blaſphematores aperte confitentur. Quare ſumma diligentia non ſolū cauendus eſt ludus; ſed nec ludentibus aſſiſtendum, ne illorum ignis aſpicientē calefaciat, illumque in aliquam inducat tentationem.

36 Vt autem in poſterum † cautus fiat pęnitens, imponat ei aliquam pęnitentiam præſeruatiuā, nempe, ut quoties blaſphemarit, ſibi os, vel pectus percutiat, terram deoſculetur, recitet ſaltem vnum Pater noſter, & Aue Maria, uel aliquam eleemoſynam, uel ieiunium faciat in qualibet ſaltē hebdomada, & huiuſmodi; uide Iacob. Ramirez de cuſtod. ling. c. 3. circa fin. Gaſpar. Loart. de remed. aduerſus blaſphemiam.

37 Poſtremò ad generale † remedium debet hortari pœnitētem, nempe ad vſum, ac frequentiam ſanctiſſimorum Sacramētorum, quæ ſunt veluti omnium infirmitatum noſtrarum perfectæ medicinæ; unde blaſphemans illorū inſtar, qui ab aliqua continua ægritudine vexati adhibent continua, atque efficacia remedia, cum eius morbus ſit continuus, debet ſibi prouidere de potentibus remedijs, quæ ſunt ſancta Confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramenta; aſſerere etenim non
38 vereor, nullam † prorſus reperiri efficaciorem medicinam ad prauum uincendū uſum, & ad inueteratum euellendum habitum, quàm frequens confeſſio; quotidiano namque probatur experimento, homines olim improbos hoc remedio ſanctos euaſiſſe: Quis autem dubitare audet, quin lingua munda, & pura ei remanere debeat, quæ Confeſſionis medio ab anima expulerit peccati turpitudinem, & ſordes, quæ & ipſa purificata, & ſanctificata fuerit, ex contactu Sanctiſſimi Sacramenti omnium puritatum fontis?

39 Hinc admonendus quoq; eſt † blaſphemator, ut magnò timore, ac tremore accedere debet ad illud Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; cum eadem lingua, & ore, cum quo tam impudenter blaſphemauit, eiuſque diuino quantum in ſe fuit, detraxit honori; reuerendiſſimam, virginalem,

nalem, puriſſimam, ac viuam vnigeniti filij ſui carnem ſit recepturus; Nam inquit Loartes, loco citato, ſi ad pertractandas veſtes, quę tetigerunt Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel Sanctorum reliquias, requiruntur Sacerdotum manus mundæ, & terſæ; quanta ſanè maior munditia, & puritas à peccatis linguæ, & oris exigetur ad pertractandas res ſanctas, & ad Sanctum Sanctorum ſumẽdum?

40 Contra verò importunas† blaſphemiarum cogitationes, quibus aliqui quãdoque à dæmone tentãtur aduerſus Deum, & Beatam Virginem, Sanctamque fidem, præſertim in orationibus, optimũ remedium eſt illas non curare, neque examinare, vel diſputare contra eas, aliàs homo magis inquietabitur. Nec has tentationes confiteri, vel reconfiteri debet;
41 quia non† ſunt peccata, niſi deliberatè eiſdem conſentiat, vel niſi illæ ex ſua cauſa culpabili prouenerint, vt puta, ex negligentia, otio, curioſitate, indiſcreta abſtinentia, vel ſimili, tunc tales cauſę in confeſſione ſunt explicandæ, ad culpam declarandam, & ad remedium debitum tali cauſæ adhibendum; prout notant Gerſon de diſcret. & exercit. deuot. & contra ſpiritum blaſph. alph. 71. lit. M. & N. Rodriq. in qq. regul. to. q. 67. ar. 3. & M. Aurel. Gratarola in Praxi vitæ ſpirit. c. 35. & c. 42.

QVÆSTIO XII.

Blaſphemantem audientes ad quid teneantur, copioſè diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphematorem audientes ad acriter reprehendendum, & denunciandum tenentur, declaratur nu.ſeqq.*
2 *Multi diſſimulant blaſphemantes audiendo, & quod peius, ad riſum mouentur, & nu.ſeq.*
4 *Rationes, quibus debet quis audiendo blaſphemantem Deum increpare; & nu.ſeqq.*
5 *Boni, fideleſque ſerui honorem domini ſui ſemper tuentur.*
7 *Iudæi blaſphemare audientes, quid agere ſolebant.*
8 *Latro in cruce maiorem percepit dolorem ex alterius blaſphemia, quàm ex propria morte.*
9 *Hortatio vehemens D.Chryſoſtomi contra blaſphematores, & exponitur, num.ſequen.*
10 *Platonis præceptum contra negligentes perſequi blaſphematores, & numero 17.*
11 *Blaſphematores modò admonitionib. modò denunciatione, à tali peccato ſunt retrahendi.*
12 *Societas Nominis Dei ad quid inſtituta.*
13 *Audientes blaſphemantem ex Concil. Lat.quãdo, et quomodo obiurgare, et denunciare teneantur, et ad quid, ex Conſt.Dom.Med.ſub num.14.& ſeq.& ex Bul.Iul.III.nu.16.*
14 *Mercatores, & alij artifices ex Conſti. Domi. Med.contra famulos blaſph. ad quid teneantur.*
Antiani, & Conſules terrarum blaſphematores denunciare aſtringuntur ex Conſt.Dom.Mediol.
15 *Denunciare volentes blaſphemantem intra quem term. id facere debeant, vt medietatem pœnæ conſequi poſſint, ex Conſt. Dom.Med.*
17 *Plato quas pœnas conſtituerat contra non denunciantes blaſphematores.*
18 *Edictum Inquiſitorum, quos, & quando obliget ad blaſphemum denunciandum, & nu.19.& ſeqq.*
20 *D.Alex. Saulij Epiſcopi Pap. meritis à Deo multæ miraculoſæ gratiæ eduntur.*
21 *Eius edictum contra blaſphematores.*
22 *Edictum Inquiſitorum nouiſſimum ex ordine ſupremi Tribunalis Sanctæ Inquiſ.refertur.*
23 *Blaſphemi qui denunciandi, ex edicto nouiſſimo Inquiſitorum.*
24 *Caſus ad Sacrum Inquiſitionis Officiũ pertinentes.*
25 *Blaſphematores hæreticales qui regulariter dicantur, & nu.ſeq.*
27 *Denunciatio iudicialis quid, & quotuplex, & nu.ſeq.*
29 *Denunciatio iudicialis an priuatam requirat admonitionem.*

Authbor

30 *Author ſubijcit ſe, ſuaque omnia ſcripta cenſuræ S. Matris Eccleſiæ.*

31 *Denunciare blaſphemantem quis non tenetur, niſi præmiſſa fraterna correctione, declaratur nu. 33.*

32 *Blaſphemans etiam hæreticaliter quando non dicatur ſuſpectus de hæreſi, nec denunciandus.*

Ob leuem hæreſis ſuſpicionem honeſtũ hominem de fide interrogare non uidetur conuenire.

34 *Prælatorum præcepta, vt ſcientes crimina ſtatim denuncient, quomodo interpretanda.*

Denunciandæ an ſint mulieres quæ ex ſimplicitate ſortilegia conficiunt.

35 *Emendatio in blaſphemante quando præſumenda.*

36 *Blaſphemus quo caſu pœnam euitet, eique parcendum ſit in foro exteriori.*

37 *Qui per lubricum linguæ hæreſim proferunt, quomodo puniendi.*

38 *Blaſphemans quando de hæreſi ſuſpectus, & ſine fraterna correctione denunciandus, & nu. 40.*

39 *Præſumitur quis ſentire, prout loquitur, & ratio adducitur.*

Oratio eſt factorum ſimulacrum.

40 *Locus D. Pauli ad Timoth. cap. 1. Peccantem coram omnibus, exponitur.*

41 *Audiens proferentem enormes, vel hæreticales blaſphem. ſub conditione, vel facetias ſcandaloſas, denũciare tenetur, & num. ſeq.*

43 *Verba in dubio in fauorem proferentis ſunt interpretanda.*

Verborum forma, & ordo inſpici debet in voluntate dubia.

44 *Dicentes (che ſcommunica, che ſcommunica &c.) uidentur malè ſentire de Prælatorum poteſtate.*

45 *Dicens per peccatum carnis non amitti diuinam gratiam, eſſet denunciandus.*

46 *Denunciandi qui ſint ad S. Inquiſitionis officium regulariter.*

47 *Mulieres, & pueri doli capaces blaſphemantes ex quadã conſuetudine ſunt denunciandi.*

48 *Præſumẽs quem hæreticalia uerba ioco potius, quã ſeriò protuliſſe, an deferre teneatur.*

49 *Arbor in folijs humorem indicat radicis.*

Stultus in culpa fit ſapiens in pœna.

50 *Pertranſiens, ſi audiat blaſphemãtem, an teneatur indicare.*

51 *Pluribus congregatis, ſi vnus blaſphemauit, & ignoretur, quiſnam fuerit, an omnes ſint puniendi.*

52 *Si multi iaciant lapides, & ignoretur quis eorum occiderit, omnes cenſendi ſunt irregulares.*

53 *Condemnationes quomodo faciendæ in caſu incertitudinis ex Ord. Senatus Mediol.*

54 *Audiens, vel ſciens blaſphemare ſolitum, etſi probare non poſſit, quare ad denunciandum aſtringatur.*

55 *Reus vnius teſtis dicto accedente infamia torqueri poterit.*

56 *Denuncians blaſphematorem, ſi poſtea dicat, ſe falsò denunciaſſe, non eſt audiendus; & quid agendum.*

57 *Patrem, vel fratrem hæreticaliter blaſphemare ſolitum tenetur quis denunciare, declaratur nu. 59.*

58 *Filia veneficam matrẽ deferre aſtringitur, declaratur nu. ſeq.*

60 *Serui, & alij domeſtici inſeruientes tenentur deferre dominum blaſphematorem.*

61 *Sciens ab aliquo, Titium blaſphemaſſe, quan-*

quando denunciare obligetur.
62 Denunciare quis non tenetur blaſphematorem, vbi probabiliter aliquod timeat notabile damnum, declaratur num. 64.
63 Delatorum, & teſtium nomina in Sanctæ Inquiſitionis Officio ſecreta retinentur.
65 Virgines, & Moniales quomodo poſſint, ac debeant denunciare delinquẽtes ad S.Officium.
66 Cõfeſſarius quid aduertere debeat, vbi alterius nomine, aliquem ad S.Officium detulerit.
67 Vxor quando excuſetur à denunciando marito blaſphemare ſolito.
Vxor receptans maritum hæreticum, quare non punienda.
68 Blaſphemator emendatus non eſt denunciandus, ſed aduertendum, vt ibi.
69 Non eſt denunciandus blaſphemator, qui ſponte, uel metu denunciationis accedit ipſe ad S.Inquiſit. Officium.
70 Dubitans an teneatur denunciare necne, quid agat.
71 Denunciare blaſphematorem tenetur quis quamprimum poteſt.
72 Non debet quis æſtimare, denunciando vt S. Officij delator vocetur.
73 Non eſt maleuolus, qui crimen alterius indicat, vt corrigatur.
74 Denũciare obligatus non ſatisfacit, niſi ſubſcribendo ſuum indicet nomen.
Delatio criminis fieri non poteſt, niſi expreſſo nomine, & cognomine deferentis.
75 Solitus blaſphemare quis dicatur ad hoc, vt ſit denunciandus.
Iteratio mali actus inducit mentis perditionem.
76 Non denuncians blaſphematorem ubi tenetur, peccatum mortale incurrit, & excommunicationem latę ſenten. præter alias pęnas, & num. 79. circa finem.
77 Abſolui quando quis poſſit, ante factam denunciationem S. Officio Inquiſition.
78 D.Alex. Saul. quid præcepit Confeſſarijs circa denunciationem blaſphemantium, & aliorum delictorum S. Officij.
79 Excommunicatus eo, quòd Sancto Inquiſ. Offic. non denunciauerit à quo abſoluendus.
80 Non denunciãtes, & inobedientes quomodo puniendi.
81 Blaſphemans hæreticaliter pro abſolutione in foro interiori ad quem mittendus.
82 Abſolutus iudicialiter ab Inquiſit. tenetur confiteri eaſdem blaſph. Confeſſario, vt ſacramentaliter abſoluatur.
83 Blaſphemator ſponte accedens ad Inquiſ. quas euitabit pęnas; & quid de eo, qui ſemel comparentis beneficiũ eſt conſecutus; itemque qui probationum timore accedit.
84 Metu probationum, aut ſponte accedere ad Inquiſitor. & confiteri quis dicatur.
85 Inquiſitor an audire debeat comparentes in foro pęnitentiali, & quando, num. ſeq.
Secreta pecc. ſecreta abſolutione, & occulta ſatisfactione purgantur.
87 Propoſitio hæretica quæ dicatur, quot exemplis illuſtretur, & quando impia vocetur.
88 Propoſitio ſapiens hæreſim quid ſit.
89 Erronea propoſitio quænã appelletur, & vt differat ab hæretica, num. 91.

Pro

90 Pro defenſione reorum nunquam licet vti mendacijs, & periurijs.

92 Temeraria propoſitio quid ſit; & quid ſcandaloſa, nu. ſeq.

Eraſmus quomodo magnum præbuit toti Germaniæ ſcandalum; ſub nu. 93.

94 Propoſitio malè ſonans, vel piarum aurium offenſiua quæ.

95 Propoſitio periculoſa, uel iniurioſa, ſchiſmatica, vel ſeditioſa, & impertinens quæ, vſque ad num. 98.

SAepè dubitatum fuit à multis, etiã viris doctis, & in Congregatione ad caſus conſciẽtiæ decidendos coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Papiæ Epiſcopo, quandoque propoſitum, & à me non ſemel quæſitum, Quinam, quando, & quomodo blaſphemantem audientes denunciare aſtringantur. Pro cuius quæſtionis, ſatis quidem difficilis reſolutione, quã nullus auctor, quem viderim, adhuc ex profeſſo explicauit, ſciendum eſt, blaſphemiæ ſcelus adeo immane, impium, & horrendum eſſe, vt non tantum illud committentibus graues ſint impoſitę pęnæ; prout in præcedentibus quæſtionibus fuit demonſtratum: ve-
1 rùm etiam † blaſphemare audientibus, ſi eos, cùm opus fuerit, vel acriter increpando, vel competẽtibus iudicibus denunciando, illorum impietatem, & temeritatẽ reprimi, & coerceri minimè curabunt; ſicuti ex adducendis Conſtitutionibus, & edictis facilè patebit.

Quod immerito conſtitutum fuit; maximè hodiernis miſeris temporibus, in quibus nõ deſunt Chriſtiani nomine potius, quàm operibus, quippe qui blaſphemare audientes, non ſolum nõ oſtendendo doloris ſigna, diſſimulant
2 † illius opprobria, qui noſtra deleuit probra in Cruce, contra tex. in cap. nõnullis, de Iudæis; ſed quod peius eſt, ut inquit D. Hieron. in Matth. cap. 25. ſæpe correctionis vice, atque vindictæ, ad riſum mouentur, & ipſi quoque blaſphemant, quaſi Deum, & Sanctos blaſphemare, rem parui momenti, ac ridiculum iocum eſſe putent.

Imò quidã nobiliores, qui contra tam impios nominis Dei blaſphematores inſurgere deberent, vel ſaltem tales reprehẽdere, ſuis in familijs illos alunt, ac fouẽt; &
3 blaſphemias † audiendo in Saluatorem ſuum obſurdeſcunt, & obmuteſcunt: In quo ſanè fiduciam cęleſte poſſidendi Regnum ponent, ſi Principis illius Regni inimicos fouẽt, ac ipſius iniurias impunitas relinquũt? O iuſte Deus, quis poteſt hæc videre, quis poteſt pati? Inſurgit quiſque, ac furit, & ad carceres, ad torturam, ad mortem denique rapit, & vrget quemcunque, qui ſuum terrenum Principem, Dominum, amicum, famulum, & ſeruum tandem offenderit, uel iniuria affecerit; ac ſi Regem Regũ, Creatorem, Redemptorem, ac huius præſentis vitæ Authorem, & largitorem, futuræque vitæ iudicem bla-

blaſphemare audit, obmuteſcit?

4 Quando † auditur filius, maledicta de patre ſuo proferre, acriter reprehenditur: audiendo autem Deum, omnium parentem maledictis affici, nihil loquemur? ita iuſtè conquerũtur Lucas de Penna, in l. omnes iudices, num. 6. C. de delator. lib. 10. Bernard. Diaz in Praxi Crim. can. cap. 110. nu. 1. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 6. num. 27. & Iacob. Ramirez de cuſtod. ling. c. 3.

5 Equidem ſi boni, † fideleſque ſerui non ſolum non blaſphemãt dominos ſuos; ſed nec permittunt, vt coram eis, ab alijs blaſphementur, ſicuti legitur 2. Reg. c. 19. de Abyſai, Regis Dauid Duce; quanto magis debemus nos hoc facere Domini noſtri, atque æterni Regis cauſa, qui eſt Rex Regum, & Dominus dominãtium?

6 Si horrorem † merito inducit videre homicidam, qui multa commiſerit homicidia; quanto maiorem quis horrorem percipere debet, audiendo, ſiue uidendo eum, qui multas, enormeſq; protulerit blaſphemias? per quas certè magis peccauit, quàm ſi tot alia homicidia perpetraſſet.

7 Si Iudæi † aliquem audiebant blaſphemantem, obturãdo aures ſuas, ſcindebant veſtimenta, in ſignum doloris de iniuria Dei, vt patet Actor. cap. 6. & Matth. c. 26. Cur nobis ſcindi nõ deberet cor præ dolore, audiendo blaſphemias?

8 Si latro † in cruce maiori fuit affectus moleſtia ex alterius in Chriſtum blaſphemia; quam ex ſua propria morte; ob illam enim prius locutus eſt, alterum reprehẽdendo, q̃ pro ſe uerba faceret; qualis ſanè debet eſſe Chriſtiani hominis increpatio aduerſus blaſphemantes?

Si audiendo Chriſti Paſſionem contra eos, qui alapas, & percuſſiones illi intulerunt, ira accẽdimur, & indignamur, cur aduerſus blaſphemias proferentes ſancto zelo non commouemur?

Quare zelantiſſimus D. Ioan.
9 Chryſoſtomus Hom. 1. ad popul. Antioch. Poſtquam de blaſphemia, inquit, vobis verba sũt facta, vnam vos omnes petere uolo retributionem pro concione hac, atque ſermone, ut in ciuitate blaſphemantes mihi caſtigetis. Et ſi quempiam in biuio, uel foro Deũ blaſphemantem audieris, accede, increpa, & ſi verbera infligere oporteat, ne recuſes, ipſius faciẽ alapa percutere, contere os ipſius, percuſſione manum tuam ſanctifica; & ſi vlli te accuſauerint, & in carcerem traxerint, ſequere: & ſi pœnas iudex pro tribunali repoſcerit, dic cum libertate, quòd Angelorum Regem blaſphemauit; ſi enim Regem terræ blaſphemantem puniri oportet; multo magis iſtum contumelia Deum afficientem: commune crimen eſt, publica iniuria, cuique licet accuſare uolenti. Hactenus D. Chryſoſtom. quos referunt Gregor. Toloſ. Syntag. Iur. libro 33. c. 12. nu. 11. Bertaz in addit. conſ. patris crim. lib. 2. conſ. 553.

Au-

10 Audiamus, quæſo, nos † Chriſticolæ, quid præcipiat Gentilis, ſed diuinus Plato lib. 11. legum. Blaſphemi, inquit, veluti ſacrilegi ab oībus cędantur; ille verò, qui eos non fuerit perſecutus, grauiter puniatur, tanquam Deorum, legumque proditor. Quoad verbera autem nō tantum Platonis, ſed nec D. Chryſoſtomi doctrina videtur in praxi admittenda. D. Chryſoſtomi ſanè exceſſus quidā fuit vehementis zeli, ac feruoris diuini honoris, Chriſtianæque religionis.

11 Debet quidem † vnuſquiſque lenis modò verbis, monitionibus, & exemplo, modò increpationib. & minis, modò euangelica, modò iudiciali denūciatione, alijſue pijs artibus, pro poſſe ſtudere, vt homines à tali, tantoque nefario vitio retrahat.

Ad hunc ſane finem in primis
12 ſpectauit † Inſtitutio Societatis Sanctiſſimi Nominis Dei, multis in Ciuitatibus, ex hominib. Chriſtianæ religionis zelo accenſis erectæ; prout est Papiæ in Eccleſia Sancti Thomę, Ven. Ord. Patrum Prædicatorum, quæ multis indulgentijs, ac priuilegijs à Pio IIII. anno 1564. fuit decorata, & à Pio V. anno 1571. & à Greg. XIII. anno 1580. aucta, & confirmata, vt habetur in Archiep. Bonon. p. 2. tit. de Societate Nominis Dei, vbi nonnullæ regulæ, ſiue ſtatuta eiuſdem Societatis traduntur; & indulgentiæ ac priuilegia recenſentur.

13 Et in Concil. † Lateranſ. ſeſſ. 9. §. ad abolendam ſub Leone X. qui in ſua conſt. 11. incip. cum primum idem ſtatuens inter alia decreuit, vt, Quicunque blaſphemā tem audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, etſi nōn ſperetur emendatio; ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe cōtinget, eundemque deferre, vel notificare apud iudicem eccleſiaſticum, ſeu ſæcularem intra triduum debeant. Quòd ſi plures dictum blaſphemantem ſimul audierint, ſinguli eorum accuſare teneantur, niſi forte omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio; Quos omnes in virtute ſanctæ obedientiæ hortatur, & monet in Domino, vt pro Diuini nominis honore, ac reuerentia exactiſſimè exequantur, vberrimam ab ipſo Domino Deo tam boni operis, ac pij mercedem habituri. Inſuper decem annorum indulgentiam, tertiamque mulctæ pœnam, qua blaſphemus plectetur, accuſator eius nomē deferens lucrabitur. Conſtituit etiam ibi, vt Iudices qui contra tales blaſphemiæ conuictos non animaduerterint, eoſq; iuſtis pęnis minimè affecerint, quantū in eis fuerit, quaſi eidem ſceleri obnoxij, eiſdem quoque pęnis blaſphematoribus impoſitis ſubijciantur. Qui verò in illis inquirendis, puniendiſque diligentes, & ſeueri fuerint, pro qualibet vice decē annorum indulgentiam conſequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant. Hactenus Conci. Later. idem fere ſtatutum fuit à Pio I. vt habe-

habetur in cap. ſi quis per capillũ,
22. q. 1. & notant Nau. in Man. ca.
12. nu. 83. Sair. in Claui, lib. 6. c. 13.
numero 18.

Sancitum quoq; eſt in nouiſſ.
Dominij Mediolani conſtitutio-
nibus, tit. de pęnis, §. ſeuerè puniẽ-
14 di verſ. Mercatores, † & qui artifi-
cium exercent; & domini, qui fa-
mulos habẽt, & audierint aliquẽ,
vel famulum, vel artificẽ blaſphe-
mare, intra vnam diem expellant,
& item iudici deferant; aliàs eiſ-
dem pęnis, quibus delinquen-
tes, teneantur. Et paulò infra
habetur, Antiani Parochiarum,
& Conſules terrarum, & locorũ,
qui prædicta (nempe blaſphemias
verbis, vel facto commiſſas) in prę-
ſenti conſtit. contenta audierint,
vel ab alijs intellexerint, teneãtur
ſub pęna priuationis officij, & au-
reorum decem denunciare Iudi-
ci illius loci, in quo crimen com-
miſſum eſt. Notarij eorum iudi-
cum diligentes ſint in præmiſſis,
qui Mediolani notificare intra v-
nam diem neceſſe habent Depu-
tatis ſanitatis querelas, & denun-
ciationes eis porrectas, ſub pena
quadrupli; & ſuſpenſionis ab Offi
cio per annum: et in alijs ciuitati-
bus, & locis, Deputatis illorum
piorum locorum; quibus pœna
applicanda eſt. Harum autem pę-
narum in pecunia conſiſtentium,
nempe decem aureorum prima
vice, & viginti ſecunda vice, me-
dietas accuſatori, alia medietas
Mediolani Officio Sanitatis ce-
det; & in alijs ciuitatibus, & locis,
illis locis pijs, quibus per Præſi-
dentes Ciuitatum, & locorum
ordinatum erit, eſſe applicandas.
15 Accuſatores † ſecreto tenebun-
tur, & dictum præmium conſe-
quentur, ita demum ſi intra quin-
decim dies querelam, vel denun-
ciationem deferant. Sancitum
eſt, in Eccleſia maiori Mediolani,
et in alijs ciuitatibus, et terris, in
principalibus Eccleſijs capſam v-
nam clauſam poni debere, cuius
clauis Mediolani erit penes depu
tatos Sanitatis Mediolani; in alijs
penes ad id Præfectos; licitumq;
ſit omnibus ſcriptulũ in eã capſã
deferre in quo contineantur no-
mina, et cognomina prædicta cõ-
mittentium, dies, et locus com-
miſſi delicti, nomina, et cognomi
na teſtium. Habebũt medietatẽ
pœnarum, de quibus ſupra; Te-
nẽturque Deputati ſingulis trib.
diebus eam capſam aperiri face-
re, & videre, an aliqui delati ſint,
ad effectum, ut ius dicẽtes ſecun-
dum hanc conſtit. procedere poſ-
ſint. Hæc ibi.

16 Hac quoque de cauſa † Iul. III.
in Conſtit. 46. incip. In multis de-
prauatis, ſtatuit, vt, qui blaſphemã
tes audierint, eos ad iudicem de
blaſphemijs intra triduum denũ-
ciare teneantur; alioquin in eaſ-
dem pœnas incurrant; & quòd
denuncians poſſit haberi loco v-
nius teſtis, ſi iureiurando detule-
rit. Vultque etiam, quòd poſſit
quis ſecretè denunciare; & dat
formam denunciandi; falſi verò
denunciatores, & teſtes puniãtur
iiſdem pœnis, quibus blaſphemi:
blaſphematores autem ſeipſos
accu-

accuſantes pęnas euitant temporales. Hæc præter alia in dicta Iul. III. Conſtit. continentur.

17 Idem ferè ſtatuerat† Plato li. 10. de legib. quo loci inquit: Si quis Dijs maledixerit, præſens Deos defendat, & Magiſtratibus ſignificet, qui id deferant ad iudicem dictarum rerum, aliter ſi non detulerit, impietatis reus fiat, eiſdēque plectatur pęnis. Sic refert ēt Lęl. Zecch. de caſ. reſeruatis, caſ. 2. ante fin.

18 Pręterea dicta ratione † in omnibus, & ſingulis ferè ciuitatibus, & diœceſibus publicari ſæpe ſolet edictum Reuerendiſſ. Inquiſitorum, per quod obligatur quilibet cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, dignitatis, & ſexus ad denunciādos in ſpecie blaſphemos hæreticales ſub excommunicationis pęna latæ ſententiæ, ibi: *Che debbano denonciare al Santo Officio tutti gli hæretici, ò ſoſpetti d'hereſia, ò quelli c'hanno detto, ò dicono, ò ſeriosamente, ò ſotto altro prætesto in particolare di beſtemmia parole hæreticali contra gli articoli della Santa Fede, ò Santiſſimi Sacramenti, ò l'auttorità del Sommo Pontefice, & decreti de Sacri Concilij uniuerſali approbati, & Constitutioni Pontefície, &c.*

19 Nonnulli quoque Epiſcopi† in ſuis ſynodalibus Conſtitutionib. decretum facere ſolent ſub eadē excommunicationis pęna contra non denunciantes ſibi, vel Inquiſitori, hæreticos, aut ſuſpectos de hæreſi, prout habemus nos Papiæ par. 2. c. 41. cōſt. ſub Epiſcopo Rubeo factarum: & Placentiæ, titu. de fide Cathol. & illius profeſſ. in conſtit. actis ſub Illuſtriſſ. D. meo Epiſcopo Rangono. Imo aliqui Epiſcopi vti hæreticæ prauitatis Inquiſitores ordinarij publicant edictum ferè ſimile illi Inquiſitorum ſub eadem excommunicationis pœna, prout Illuſtriſſimus, & verè Reuerendiſſimus D. Alexander Saulius huius Sanctæ Papienſis Eccleſiæ iam Epiſcopus religionis, ſanctitatis, ac doctrinæ ſingulare exemplar, ob cuius ſane
20 † merita hoc anno 1612. non paucæ, nec infimæ, nec ſine miraculi nota Gratiæ à Deo O. M. fidelib. qui eius venerandum corpus in Eccleſia Cathedrali Papienſi honorificè reconditum venerant, & colunt, eiuſque implorant auxilium, conceduntur, quod & nos experti, gratias D. O. M. immortales agentes, teſtificamur.

Anno inquam 1591. die 26. Nouembris dictus Reuerendiſſi
21 mus Antiſtes edictum † promulgare fecit, in quo præ ceteris mandabat, quòd denunciandus eſſet, ſi quis eſſet blaſphemator cōſuetudinarius, aut ſolitus blaſphemare ſanctum Dei nomen, aut Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, aut quouis alio modo diceret blaſphemias hæreticales, aut de hæreſi ſuſpectas; Simile quoque edictum publicauit annis proximè præteritis dictus Illuſtriſſimus Dominus meus Rangonus.

Anno quoque 1608. die 12. Mar-
22 tij ex ordine † Sacri ſupremique Tribunalis Sanctiſſimę Inquiſitionis Romæ fuit publicatum ab

Inquiſitore edictum infraſcripti tenoris, videlicet; *Nel nome della Santiſſima Trinità, & del noſtro Saluator Gieſu Chriſto, Editto Generale per il Santo Officio di Pauia, & ſuo Principato. Noi frate &c. Deſiderando, come ricerca il carico &c. commandiamo à tutte, & ciaſcuna perſona di noſtra giuriſdittione, &c. che debbano al Santo Officio di queſta Città riuelare, & notificare quanto prima giuridicamente tutti, & ciaſcuno di quelli, de quali ſappiano, ò habbiano hauuta, ò haueranno notitia, che ſiano heretici, ò ſoſpetti &c. Che contro*
23 *† di Dio, ò de ſuoi Santi, & particolarmente della Beatiſſima ſempre Vergine Maria madre di Dio ſiano ſoliti proferire beſtemmie hereticali. Che habbiano impedito &c.*

Præfatum autem edictum Generale fuit rurſus anno 1610. die 6. Aprilis publicatum, pro cuius maiori intelligentia nonnulla in praxi perutilia ſunt annotanda; ſed placet adſcribere in primis, quæ ex tract. informatiuo ad Vicarios Sancti Officij Inquiſitionis nuperrime edicto habētur in c. 2.
24 ibi: *A cinque † capi ſi riducono i caſi ꝑtinēti à queſto tribunale. Primo contra gli heretici, ò ſoſpetti d'hereſia. Secondo contra gli fautori. Terzo contra malefici, & incantatori. Quarto contra gli hereticali biaſtēmatori. Quinto contra quelli, che s'oppongono ad eſſo Santo Officio, & ſuoi officiali*: de quibus capitibus diffusè & ex ordine loquitur, & de his, uide etiam Prax. Archiep. Neapol. cap. 18. nu. 11. vbi latè, & quo ad blaſphemos, dictus tract. inform. vbi ſup. ſic habet, vulgari tamē ſermone.

Et quamuis omnis blaſphemia digna ſit magna punitione; attamen Sanctum Officium regulariter non procedit niſi contra dicentes blaſphemias hæreticales: Et hi ſunt, qui dicunt uerba, quæ aduerſantur illis veritatibus, quæ continentur in articulis Sanctæ
25 fidei, & illi † dicuntur regulariter blaſphematores hæreticales, qui negant titulos Deo tributos in ſymbolo, uti negare omnipotentiam ſuam, dicendo, ad deſpectū Dei; Deus ignauus; Ego faciam talem rem, Deo inuito, & ſimilia. Negando iuſtitiā, dicendo; Deus proditor, Deus partialis; Prouidentiam, dicendo, Deum de his rebus inferioribus non curare, vel eas neſcire, aut æquipollentia verba: Bonitatem, tribuendo illi nomen infamiæ, dicendo, *put. di D.* aut ſimilia.

26 Et illi † qui dicunt verba cōtra perpetuam virginitatem Beatiſſimæ Virginis, vt, *put. noſtra Donna*, aut maternitatem ſuam ſanctam. Et illi, qui dicunt verba contra ſanctam Eccleſiam, & ſanctiſſima eius Sacramenta, vti, renego baptiſmum, renego fidem &c. contra gloriam Sanctorum canonizatorum, ut fuſius declaratū fuit ſupra quæſt. 2. & q. 7. nu. 5. & ſeqq.

Secundò animaduertendum eſt, quod, licet denunciatio iudi-
27 cialis, quæ eſt † alicuius criminis apud competentem iudicem ſine inſcriptione facta delatio, ad pœnitentiam peragēdam, vel aliā pœnam legitimā imponēdā, vel ēt

ad

28 ad vtrumque,& fieri poteſt† ver-
bo,& ſcripto, ut latè tradit Franc.
Pegna ad Directorium Inquiſito
rum, 3.part.com.15.de qua denū-
ciatione,& in dictis conſtitutioni
bus,& edicto fit mentio; priuatā
29 non poſtulet†admonitionem,eo
quòd non ad emendationē eius,
qui blaſphemauit,propriè refera-
tur; ſed potius ad publica crimi-
na debitis pęnis puniēda; & ideò
poſſit ante omnem priuatam ad-
monitionem,& correptionē:imò
poſt emendationem blaſphemus
denunciari,ut ex Couar.lib.2.var.
cap.10.num.3. tradit Sair. in Cla-
ui reg.lib.6.c.13.nu.18. poſt Azor.
par.1.Inſt.Mor.lib.9. ca.28. q.8.&
hæc ſententia colligi videtur etiā
ex præfato Sanctæ Inquiſirionis
edicto.

Nihilominus humiliter remit
30 tendo me,† tam in hoc,quàm in
omnibus ſupradictis,& infra dicē
dis,in omnibuſque meis lucubra-
tionibus, cenſuræ Sanctæ Matris
Eccleſiæ, à cuius ueritate, etiam
in minimo declinare prorſus non
intendo, iuxta mirabilem text. in
cap.hæc eſt fides. 24.quæſt.1.dice-
rem in hoc caſu conſiderandas eſ
ſe qualitates; tum blaſphemiæ,
tum perſonę blaſphemantis,eiuſ-
que intētionem, locum, cauſam,
& alias circumſtātias; nam ſi quis
alioquin bonæ conditionis vir nō
ſerio,ſed iratus in rixa, vel alibi,ali
qua forte iuſta paſſione, vel lin-
guæ lubrico blaſphemaret, etiam
hæreticaliter, & ſi eſſet talis men-
tis turbatio, quin aduerteret,
quod diceret; tunc ſufficit, ut ta-
31 lis † reprehendatur, & admonea-
tur,ut præcaueat in futurum, iux-
ta illud Eccleſiaſt. cap.11. Priuſ-
quam interroges, ne uituperes
quenquam; & ſic,niſi prius facta
priuata,& fraterna correctione,ſi
ue monitione,per quam ſi proba-
biliter eius emendatio ſperatur,
non eſt denunciandus,vt colligi-
tur ex Tolet.in Sum. lib.4. cap.5.
nu.1.& Rodriq. in trac. de ordin.
iudic.cap.6.nume.18. &in Sum.
par.1.cap.34.num.6. & in qq.reg.
tom.2.q.5.ar.6.in fin.

32 Comprobari etiam poteſt,† qa
talis blaſphemans non dicitur ſu-
ſpectus de hęreſi. Albert.de agno
ſcen.aſſert.q.27.num.18. in fin. &
dato,quòd poſſet dici leuiter ſu-
ſpectus, non eſſet propterea de-
nunciandus, Alphonſ. de Caſtro,
lib.2.de iuſt. hæreſ.pun. capit.25.
Prax.Arch.Neapol.cap.18. num.
10. vbi dicunt,tantum ſuſpectos
vehementer de hæreſi eſſe denū-
ciandos. Imò nō ꝯuenire Iudici,
ob leuem hæreſis ſuſpicionē,ho-
neſtum hominem de fide inter-
rogare, ſcribunt Simanc.titu.50.
nu. 28. Pegna p.2. Directorij ſup
q.46.Prax.Archiepiſcop. Neapo.
d. numero. Imò eum non puniri
ab Inquiſitoribus,qui non ex cre-
dulitate hæretica, ſed ex quadam
vehementiore perturbatione bla
ſphemiā protuliſſet, tradit Alph.
à Caſtro in 1. de iuſt. hæret. pun.
cap. 12. & ſequitur Paul. Comit.
lib.4.reſp.mor.q.9.cap.3.

Quare inquit Rodriq. d. nu.6.
Notare debent Confeſſarij,quod
ſi aliquis acceſſerit ad confiten-
dum

33 dum;† & dixerit,ſe ſcire,quod aliquis blaſphemauerit,non debent obligare illum,ratione edicti excommunicantis,ad denũciandũ, antequam præcedat fraterna correctio,ſiue monitio ſecundum tenorem Euangelij: Quod tamen declara,ut infra, uide Sair. in Clavi,lib.11.cap.4.num.19. vbi ex Nauar.in Man. capit.18.nume.40. & Bann.in 2.2.q.33.ar.8.dub.2. & ex magis communi ſententia cõclu-
34 dit,Superiores,† & Prælatos, ubi ipſi præcipiunt etiam ſub excommunicationis pęna,vt ſcientes crimina ſtatim referant,& denũciẽt, intelligendos eſſe, ſaluo fraternæ correctionis, ſiue monitionis ordine,ſiue præceptum fiat generaliter ad omnes, ſiue ad aliquẽ ſpecialiter.ita Decian.tract.crim. tomo 1.lib.5.ca.30.num. 1. & idem Sair.in Claui lib.12.cap.14.nu.22. & Reuerendiſſ. D.Marc.Ant.Genuen.in Prax.Archiep. Neapol.c. 18.nume.4.vbi tenet, mulieres,& alias perſonas, quę ex ſimplicitate ſortilegia conficiunt, denũciari non debere, niſi prius fuerint monitæ, & ſi poſt monitionẽ non ſe correxerint, tunc eſſe denunciandas.

Dixi aũt ſupra ſub nu.31.ſi emẽ-
35 datio†ſperat in caſu blaſphemię, q̃ quidẽ veriſimiliter præſumẽda eſt,quando ſtatim,& in continenti,palinodiam recantando,coram eiſdemmet perſonis, blaſphemator ſe retractauerit, & correxerit, ſignaque cõtritionis, ac pęnitentiæ oſtenderit,dicẽdo, *Dio mel perdoni*, percutiendo os, vel pectus ſuum,vel oſculans terram,aut aliquid ſimile peragendo ex ſubita correctione; præſertim vbi non perfecit blaſphemiam; ſed ſtatim pęnituit;quia euidens eſt argumẽtum, quòd ex lubrico linguæ blaſphemauerit, vt notant Thom. Gram.in conſtit.Regni,incip.blaſphemantes nu.4.& 22.eruditiſſimus D.Io. Baptiſta Coſta tract.de fact.ſcien.& ignor. inſpect.15.nu. 5.tomo 1. Granut. theorem.5.nu. 14.lib.j. Alex.conſ.15.volu.3. Gerard.ſingu.83. Baiard. in addit.ad Prax.Clari,§.blaſphemia,num.23. Iacob.Simanc. de Cath.Inſt. tit.8. numero 7.vbi hanc blaſphemiam omnium leuiſſimam eſſe cenſendam ſcribit.

36 Facit primò,quia † in huiuſmodi caſu,etiam in foro exteriori pęnam euitare, eique parcẽdum eſſe, vel ſaltem leui pęnitentia puniendum, tradunt poſt Abbat.& Feli.in cap.ſtatuimus de maledic. Alex.d.conſ.15.ante finem, & alij quos citat, ac ſequitur Tiber.Decian.tract.crim.tomo 1.lib.5.capi. 30.Arnald.Albert.tract.de hæret. quæſt.27 à nu.9.& ſeqq. Io.Azor. d.q.8.circa medium. Pegna ad Direct. Inquiſ.3.par.com.17.quo lo-
37 ci rectè concludit,eis,qui † per lubricũ linguæ hæreſim proferunt, ſi ſtatim ſe correxerint,nullam penitus eſſe infligendam pęnam,reprehendendos quidem eſſe grauiter,& admonendos,vt præcaueãt in futurum; Si verò non ſtatim ſe correxerint, pęna pecuniaria in pios vſus eroganda, aut alia leui pęna puniendos fore.

Vbi verò quis malæ conditionis homo verba hæreticalia, vel hęreſim pręſertim ſcienter, ſeriò,
38 & appenſatè † dixerit, vel ſolitus ſit hæreticales proferre blaſphemias contra Deum, aut Sanctos, & præcipuè aduerſus Beatiſs. ſemper Virginem Mariam, prout rectè præfatum exprimit nouiſſimũ Inquiſit. edictum; is quidem tanquam de hæreſi vehementer ſuſpectus ſine alia admonitione, ac correptione poteſt, ac debet ſtatim Epiſcopo, vel Inquiſitori accuſari, ac deferri, vt optimè tradit Eman. Rodriq. loco cit. & in trac. de ordin. iudic. cap. 3. concluſ. 2. in
39 fi. præſumitur † enim ſentire, prout locutus eſt, iuxta illud: ex abundantia cordis os loquitur; & qui in corde perperam ſentit, nequiter loquitur, & facit Pſal. 115. Credidi propter quod locutus ſum, & addit D. Paul. 2. Corinth. 4. & nos credimus propter quod & loquimur; Eſt enim mira verborũ cum moribus connexio; inquit Alphon. à Caſtro lib. 1. de iuſt. hæret. pun. cap. 12.

Et in hoc caſu blaſphemiæ crimen propriè ſapit hęreſim, ſecundum Boer. deciſ. 110. nu. 2. Albertin. d. q. 27. nu. 18. latè Rot. Rom. in antiq. deciſ. incip. Accuſatus de hæreſi, & ideo talis eſt denunciandus, vt per Sanctiſſimũ Inquiſitionis Officium diſcutiatur, qua mẽte verba huiuſmodi hæreticalia dixerit. Pegna ad Direct. Inquiſit. par. 2. comm. 66.

Quod procedit præſertim, ſi iniuſta, vel leui de cauſa, vel concomitante cõtemptu, aut palam, & publicè tales ꝓtulerit blaſphe-
40 mias, iuxta illud D. Pauli † ad Timoth. capit. 5. Peccantem coram omnibus argue, vt ceteri timorẽ habeãt; quod propriè intelligitur in caſu noſtro, nempe de peccatis publicis, vt dicit D. Auguſt. lib. de verb. Domini, ſic deducitur ex Boer. Decian. loc. cita. & Prax. Archiep. Neapol. cap. 18. nu. 11. Quomodo verò delatus, vbi deprehendatur ita ſenſiſſe, prout dixit, puniri debeãt, vide ſupra quæſt. 6. nu. 18. & ſequen.

Extenditur primo, vt ſit denũ-
41 ciandus † non tantum, qui hæreticales; ſed etiã qui enormes blaſphemias, quandam cum hæreſi connexionem habentes, vel hæreticales ſub conditione proferre ſolitus eſſet; de huiuſmodi enim blaſphemijs cognoſcit Sanctum Inquiſitionis Officium, vt tenet Io. Royas de hæret. par. 2. nu. 168. & 173. & ſeqq. & nos latè ſupra q. 6. num. 10.

42 Extenditur ſecũdo in eo, † qui facetias hæreticales, vel ſcandaloſas, & erroneas ſic proferet, ob quas acrius eſſet puniendus religioſus, & doctus, præſertim ſi eas coram laicis proferet, Sair. in Claui, lib. 6. c. 13. nu. 22. etiamſi recitatiuè, & per modum ioci, talia ſe protuliſſe diceret; pręſumitur nãque excuſatio ad euitãdas pęnas, iuxta ſuperius declarata dicta q. 6. & deducitur ex præfato edicto.

43 Et quamuis † verba in dubio in fauorem proferentis ſint interpretanda, prout notat Ozaſc. deciſio. 29. nu.

29. num.10. Attamen verborum formam, & ordinem inſpici debere in voluntate dubia, tradit Bart. quem alij ibi ſequuntur in l. 14. ff. de pecul.lega.

44 Extenditur tertio in illis, † qui in contemptum excommunicationis dicere audent, *Che ſcommunica, che ſcommunica*? Aut, *i ſcommunicati mangiano ancor loro*, & ſimilia verba proferendo, videntur enim male ſentire de prælatorum poteſtate, & cēſuris Eccleſiaſticis, prout ꝓbè notat doctiſs. & Reuerēdiſs. D. Marc. Anton. Genuen. in ſua vtiliſſima Praxi Archiepiſcopali Neapolit. cap. 8. in fi. vbi in annotationibus refert de quodam laico, qui cum in contemptum Eccleſiæ, & Sacerdotum nonnulla dixiſſet verba obſcęna, fuit publicè fuſtigatus; Faciunt optimè, quæ ſupra adduximus q. 2. §. 6. nu. 24. vbi demonſtrauimus, huiuſmodi verba dici quoque blaſphemias. Idem dicendum eſt de eo, qui diceret, *Che Indulgenza? che Giubileo*? quaſi male ſentiat, vel cōtemnat huiuſmodi Eccleſiæ theſaurum, & multo magis de eo inquiſito, qui dixit; *Sono..... queſte Indulgenze*, vel ſimilia verba proferente.

Extenditur quarto in eo, qui libidinoſo alicuius mulieris amo-
45 re inflammatus, † & eam ad rem veneream prouocando, et aſſentiri nolenti, dicendo, quòd per huiuſmodi mortale peccatum diuina priuaretur gratia, reſponderet, per peccatum carnis non amitti Dei gratiam; quia eſt dictum hæreticale, et ſeuerè puniendū; maximè ſi prolatum eſſet à viro docto, et religioſo.

Extenditur quinto vt denunciandi ſint ad Sanctum Inquiſi-
46 tionis † Officium regulariter omnes illi, qui ob dicta, vel facta ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi, quos latè notant tract. informat. ad Vicarios Sancti Officij, capi. 2. et ſeqq. et Prax. Archiep. Neapol. c. 18. nume. 11. P. Alouiſ. Bariol. in comp. Inquiſ. circa finem.

47 Extenditur ſexto in mulierib. † et in pueris doli capacibus; qui ſi, vt ſuperius dictum fuit, blaſphemias hæreticales proferre ſoliti fuerint, denunciandi erunt ex ſupra traditis q. 8. ſub num. 33. Non enim ob ſexum, aut ætatem veniæ locus eſt, vbi diuina maieſtas tam deteſtabiliter offenditur, ac vilipēditur, vt rectè inquit Bald. in l. accuſationem, col. 3. C. qui accuſ. nō poſſ. ne vlterius in huiuſmodi verba prorumpere audeant, arg. gloſ. in l. 1. in verb. iniuria, C. ſi quis Princip. maled. et l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſtat.

Extenditur ſeptimo (inhærendo præmiſſæ diſtinctioni) etiamſi
48 ſciens, vel audiens † præſumat huiuſmodi verba hæreticalia ioco potius, quàm ſeriò prolata fuiſſe; quia adhuc ea ex ſolito proferentem denunciare tenetur, vt apertè colligitur ex citato edicto: tū, quia, cum Eccleſia non iudicet de occultis, cap. erubeſcant, 32. diſtinc. præſumitur quis hæreticus, ſimul ac verba hæreſim ſapientia protulerit, vel facta, id denotantia egerit.

egerit. Lel.Zecch.d.caſ.2. Arbor
49 enim† in folijs humorem indicat radicis, inquit D.Greg.li.6. ſuper lib.6.Reg.cap.2.cuius verba ſunt; Ab intus oritur, qui eſt in folijs uigor. Tum, quia, ut ſuperius dictũ fuit, ex eo quòd quis hæreticalia profert uerba ſtatim Inquiſitorũ iuriſdictioni ſubijcitur; propterea ad eos pertinet iudicare, et diſcernere, an ſerio, uel iocosè verba protulerit; ita in puncto notãt Lopez in addi.ad Prax.crim.Diaz c.110.uerſ.ſed locus.Sair.in Claui lib.6.cap.13.num.22.uide D.Menoch.de arbitra.caſ.374.nu.fin. et ſic ſtultus in culpa fiet ſapiens in pęna, c.qui ea,diſt.39.

50 Extenditur octauo in eo,† qui pertranſeundo blaſphemantẽ audiret; nam etſi teſtis debeat eſſe ſtans, & non pertranſiens,iuxta tex.in auth.Rogati.C.de teſtib.at tamen, quia blaſphemando non trahitur longa mora, ſed paucis expeditur, modò pertranſiens intellexerit,denunciare, & teſtificari tenetur, iuxta præmiſſam diſtinctionem,etiamſi blaſphemantem agnoſcat ad vocem tantum, nec viderit blaſphemare, facit enim indicium ad torturam.arg.eorum quæ tradit Iacob.Graff.in Praxi,libro 1.cap.10.ſub num.66.& Plot. tract.de blaſph.ſub nu.15.

Quid ſi plures ſint congregati,
51 & vnus blaſphemauit,† & quiſnã fuerit,ignoretur,an omnes veniãt puniendi? reſpondet Plot. d.trac. de blaſph.num.15.quòd aut tales congregati erant cum propoſito blaſphemandi; tunc omnes debere puniri: (attamen hoc non eſt præſumendum,niſi fuiſſent hæretici ſchiſmatici, aut ſoliti blaſphemare,iuxta cap.ſemel malus,de reg.iur.lib.6.) Aut ex cauſa licita erant congregati, & tũc reſpectu pęnæ corporalis, vel alterius magnæ pęnæ pecuniariæ,quę pro dolo imponitur, omnes debere abſolui. Aut erant congregati ad actum illicitum, v.g. ad furãdum, ad homicidium, vel violentiam committendum; tunc caput, & originem illius congregationis,et factionis debere puniri, tum pro illo actu illicito,tum pro blaſphemia: At mihi videtur,quòd omnes veniant puniendi ſine alia diſtinctione. Facit primò, quia ſi
52 multi† iaciunt lapides, & neſciatur,quis eorum occiderit,omnes cenſendi ſunt irregulares,Couar. par.2.de homic.§.3. Tolet.ĩ Sum. lib.1.cap.74.Secundo facit, quòd in ſimili incertitudinis caſu Excellentiſſ.Dominij Mediolani Senatus,abſque tot diſtinctionibus reſcripſit Prætori Cremonæ his verbis: Quòd exquiritis ſententiam
53 †Senatus de condemnationibus capitalibus in caſu incertitudinis faciẽdis; ea eſt ipſius Senatus ſententia, vt ſi plures in rixa percuſſerint, & ignoretur, quis lethale vulnus intulerit; aut plures inſultum fecerint,& ignoretur, qs vulnerauerit, & occiderit; omnes in contumaciam capitaliter cum bonorum publicatione condemnẽtur; quemadmodum,& binis iam literis, iſtis Prætoribus mandatũ fuiſſe,vos monuiſtis: atque ita in

futurum ſeruari decernimus.Idē fieri volumus de pecuniarijs condemnationibus, vnica tamen ſolutione ſufficiente. Dat. Mediolani, 8. Ianuarij 1558. ſic habetur in Ord. Senatus Med. impreſſis poſt Conſt.eiuſdem Dominij, fol. mihi 19.

54 Extenditur nono, etiamſi † audiens, vel ſciens blaſphemare ſolitum, eius delictum probare minimè poſſit; nam licet nō teneatur quis regulariter aliquid denūciare, iudice etiam mandante ſub excommunicationis pœna, niſi poſſit probare, vt tradit poſt Io. And. & alios communiter in ca. nouit, de iudic. Nau. in Man. cap. 17. nu. 174. & conſ. 4. de hæret. nu. 6. id tamen non procedit in delictis reſpicientibus fidem, & Chriſtianā Religionem. Ioan. Royas ſing. 3. num. 20. Prax. Archiep. Neapol. c. 18. num. 5. Addo, non difficile foret, quòd aduerſus perſonam denunciandam aliæ iam factæ fuiſſent denunciationes, vel forſan ſubſequi poſſent; ex quibus facilè poſtea Inquiſitor contra eam procedere poſſet, ut in ſimili reſpectu monitorialium in noſtr. canonic. qq. par. 1. ſect. 2. q. 11. ſub nu. 20. tradidimus. Adiungo etiam,

55 quòd ſi reus † vnius teſtis dicto, et fama vrgeatur, poterit torqueri, vt ſi quis ab vno teſte auditus fuerit blaſphemias hæreticales protuliſſe, vel viſus fuerit Sanctorū imagines deleuiſſe, quod eſt facto blaſphemare, ſimulque orta fuerit contra eundem de hoc delicto fama, ſi neget, ex illius teſtis dictis, & fama torqueri poterit; Pegna ad Direct. Inquiſ. com. 110. par. 3. Imo in cauſa denunciationis creditur etiam vni teſti. cap. in omni, de teſtib. c. nouit, de iudic. Reper. Inquiſ. tit. de denunc. poſt princ.

56 Et operę pretium † hic aduertēdum exiſtimo, quod ſi forte denuncians blaſphematorem, vel ſimilem de hæreſi ſuſpectum, compareat coram Inquiſitore, dicens, ſe falsò denunciaſſe, eum nō eſſe audiendum; ne fortè cum delato, uel teſtibus ita conueniſſet, ut benè notat Frāc. Pegna ad Direc. Inquiſi. 3. par. cō. 14. & vbi acceptetē eius noua depoſitio, torqueri debet uti periurus ad ſciendum, in quo dicto perſiſtat, & poſtea puniri. Prax. Archiep. Neap. cap. 69. num. 11. in fine.

57 Extenditur decimo in filio, † & fratre, qui huiuſmodi verba, ſiue blaſphemias à patre, uel fratre audiret: Edictum enim generale eſt, & generaliter intelligendum, l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. quamuis, ff. de in ius vocan. Et tenent in his term. Lel. Zecch. trac. de caſibus reſer. caſ. 2. verſ. ſecundo. Io. Royas ſingul. 3. nume. 30. Pegna ad Direc. Inquiſ. par. 2. tit. de præſump. §. 14. com. 15. nouiſſimè Paul. Comitol. lib. 4. Reſponſ. Mor. q. 8. vbi pluribus rationibus demōſtrat, filium teneri teſtimonium dicere in patrem, ad eius atrociſſimas blaſphemias vlciſcendas; & maximè uocatus ad hoc

58 ab Inquiſitore, & pariter † filiam cogi deferre eidem matrem veneficam, & magam: Et quamuis uidea-

deatur hoc quodammodo horribile, & repugnare naturæ; attamē quia ſummus oīum parens Deus mortalibus parentibus eſt anteponendus, & eius honor, & gloria omnibus ſemper anteferenda, ca. relatum de ſent. excomm. iccirco non ſolum nō horribile videbitř; ſed magna laude cenſendi erunt pater, filius, & frater, qui ob diuini honoris, & religionis ardorem, naturalem amorem vincunt, & hūc vehementem affectum ſuperant vt probe tradit Simanc. de catho. inſt. tit. 29. nu. 44.

59 Quod ſanè declarari debet † iuxta diſtinctionem ſuperius adductam: & quando iſti prius tentauerint parentum emendationem, & nihil profecerint; Vel probabiliter timeant eorum admonitionē, & correctionem contemni, vel graui ira ob id parentes excandeſcere; & alij teſtes haberi nequeāt; quia ſunt perſonæ priuilegiatæ, q̄ in ſubſidium tantum; & in defectu aliarum probationum, ad denunciandum, & deponendum etiam in cauſa hæreſis coguntur, ſecundum Hoſt. Io. Andr. & alios in capit. 1. de teſt. cog. Nau. in cap. inter verba 11. q. 3. coroll. 66. num. 827. Pegna d. comm. 15. Praxi Archiep. Neapol. cap. 18. nume. 9. Simanc. loc. cita.

Extenditur vndecimo in ſeruis
60 † erga dominos, cum dicatur crimen læſæ maieſtatis, vt ſupra probatum fuit q. 4. nu. 26. in quo permittitur etiam ſeruis huiuſmodi denunciatio, vt in l. pen. C. qui accuſ. non poſſ. vbi habetur, Reijciēdæ quidem ſunt accuſationes, ac delationes ſeruorū in dominos, excepto maieſtatis crimine, ī quo etiam ſeruis honeſta eſt proditio. facit text. in l. j. C. de quæſt. l. vlt. de delat. lib. 10. & expreſsè tenet Simanc. de Cath. inſti. tit. 61. nū. fin. & hoc procedit in alijs domeſticis, & familiaribus, qui in domo blaſphemantis habitant, vel ei inſeruiunt; argu. eorum, quæ tradit Franc. Pegna ad Direct. Inquiſit. 3. part. com. 119. ſæpe quidem hoc crimen melius per domeſticos, quàm per alios probari poteſt; qđ declara, vt ſupra, nēpe in defectu aliarum probationum, & niſi protimeſcant aliquod notabile danum, vt inferius reſtrict. 2.

61 Reſtringitur primo, vbi quis † blaſphemantem non audierit ipſemet; vel non ſciuerit ex illius confeſſione, (non quidem ſacramentali, quod nullo vnquam modo licet) Vel non audierit ab aliquo fide digno, qui certò ſciebat, illum ſic blaſphemaſſe; tūc enim denunciare nō tenetur, arg. gloſ. ſing. in l. Titio fundum, ff. de cred. & dem. Nau. conſ. 9. de hæret. nu. 1. Corrad. in reſp. caſ. conſc. p. 1. q. 20. Nec etiam tenetur, ſi is, à quo ſciuit, ipſemet denunciauit, vt in noſtr. can. qq. par. 1. ſect. 2. q. 12. n. 9. vbi declarauimus plena manu, qñ quis dicatur ſcire in materia monitorij, vt teneatur reuelare.

62 Reſtringitur ſecūdo vbi quis † denunciando huiuſmodi blaſphematorem, probabiliter timeret aliquod graue damnum ſibi hac de cauſa in vita, in honore, vel in bonis

nis euenturum,ex Sot.de rat.teg. m.2.q.7. Nau.in Man.c.18. in fine. Graff.p.2.lib.4. deciſ.c.8. num. 34. & conſil.j.de teſtib.cog. circa fin. Rodriq.in Sum.par.1.c.79. num. 12.D.Menoch.de arbitr. caſ.487. per tot.

Et quamuis hoc in caſu videatur ſublatus dictus timor; cũ de-
63 nunciatio fiat regulariter † ſecretè,& delatorum, ac teſtium nomina ſecreta retineantur. ca.ſtatuta, §.iubemus,de hæret.lib.6. Conſt. Iul. III. ſuperius cit.& in aliquib. Inquiſitorum edictis exprimitur, ſicuti habetur in tract.inform. ad Vic. S.Officij cap.1.ibi: *Nè ſtimino d'eſſer chiamati ſpie del S.Officio, perche ſempre ſono tenuti ſecreti.* Et in dicto Epiſcopi D. Saulij edicto, ſic exprimebatur, *Nella qual coſa denno eſſer tanto più pronti, & ſolleciti, quanto che ſaranno tenuti nelle dette denuncie ſecreti.* Vnde licet locus,& tempus delicti publicanda ſint reo; at tamen cum exquiſitiſſima ratione fieri ſolet; ne ex circumſtantijs iſtis in denunciantium, ſiue teſtiũ notitiam deueniat. Pegna ad Direct. Inquiſ.par.3.com.14.

64 Vbi aũt conſulto † negotio cũ viris prudẽtib.rõnabiliter adhuc dubitaret de tali periculo, nõ credere teneri ad prędictã denunciationem, durante huiuſmodi periculo, iuxta per nos latè adducta in Can.qq.part.1.ſect.2.q.14 & ſect. 1.q.14.nu.6.& tenet in fortioribus term. Auctor Praxis Archiepiſc. Neapol.c.18.nu.8.Hinc dicebam virginem quandã ex honeſtis parentubus cuiuſdam domicellę ancillam, quæ ſeruum eiuſdem domus frequẽter blaſphemias, etiã hæreticales proferentem audierat, non debere accedere ad Sanctum Inquiſitionis Officium, ad illum denũnciandũ; graue enim damnum poſſet ſibi probabiliter timere in fama,& honore euenturum; quandoquidem eam videntes ad dictum tribunal accedere, facilè ſuſpicari poſſent, eam de aliquo graui delicto inquiſitam fore,vel maleficam eſſe,ita vt hone-
ſtè nubere ipſi difficile poſtea fo-
65 ret:† ſed eam poſſe,imo teneri(quod ſanè ſeruari poſſet à ſacris virginibus in Monaſterijs incluſis, maximè cum maleficam, vel ſimilem nouerint perſonam, cum & ipſæ denunciare teneãtur, prout patet ex edicto Inquiſitorum) aut ſuo chirographo,ſi ſcribendi eſſet perita,denunciare, & atteſtari de tali blaſphematore per certum hominem ad Inquiſitorem miſſum; Vel per confeſſarium eidem blaſphematorem indicare.

66 Aduertat † autem Cõfeſſarius, vt ſummam cautionẽ ſemper adhibeat, ne indicium illud, alicuius fraudis eſſe poſſit ſacræ confeſſionis arcano; Conſultius eſſet, ſi mandatum à moniali extra confeſſionem ipſe acciperet,ſecundũ Comit.lib.4.q.7.in fi. quamuis neceſſe non ſit, vt tale mandatum extra confeſſionem detur, vt de probabiliori ſententia tradit Martin. del Rio, to.3. Diſquiſ.Magic. lib.6.cap.1.ſect.2.& nos probauimus in d.ſect.2.q.17.nu.1.in fi.

67 Reſtringitur tertio in vxore, † præ-

prædicta ratione, quæ non aſtringitur, maritum in blaſphemias hæreticales prorumpere ſolitum, vel etiam hæreticalia committentẽ, denunciare, vbi is ſit homo furibundus, & facilè poſſet eã interimere, aut malè tractare, nec dicetur fautrix non denunciando, vt in puncto tenet Franc. Pegna ad Direct. Inquiſ. par. 2. comm. 78. & in hoc caſu ſunt plurimum conſiderandæ ſingulæ circumſtantiæ. Vide in 1. par. noſtrarum Can. qq. ſect. 3. q. 10 nu. 4. Quinimo etiam ſublato dicto timore, ſi non reuelat, videtur excuſanda ob arctiſſimam coniunctionem, quæ eſt inter eam, & virum, & dicitur vnũ, & idem cum ſuo viro. Pegna loco cit. par. 3. comm. 160. vbi addit, quòd vxor maritum hæreticum receptans non videtur punienda; quia id potius amore, & affectu maritali, quàm criminis affectu facere cenſendum eſt.

Reſtringitur quarto in blaſphe-
68 matore † emendato; ſi enim pro certo habeatur, ꝙ talis ſit emendatus, denunciandus non eſt, vt apertè colligitur ex D. Tho. 2. 2. quæſt. 33. art. 7. & tenet Dominic. Soto, de iuſt. & iure, lib. 5. quæſt. 5. art. 1. Io. Royas, loco cit. nume. 32. vbi tamen rectè ſubiungit, quòd cum hominis iudicium ſæpè fallatur, & difficilè ſit cognoſcere correctionem huiuſmodi perſonarũ de hæreſi vehementer ſuſpectarum, quæ pluries fingunt ſe eſſe correctas; tutius & rectius eſt denunciare, ita ſequitur Reuerend. D. Marc. Anton. Genuen. Auctor Praxis Archiepiſcopal. Neapo. ca. 18. num. 6.

69 Reſtringitur quinto in eo, † qui audiret blaſphematorem, vel ſciret aliud delictum, ob quod teneretur ad Sanctum Inquiſitionis Officium accedere ad denunciandũ; ſi ipſemet delinquens ſponte, vel metu denũciationis, aut ab aliquo perſuaſus ad Inquiſitorem accedat, & veniam petendo ſuũ confiteatur delictum, iuxta not. per Franc. Pegnam ad Direct. Inquiſ. par. 3. com. 12. & faciunt infra adducenda nume. 83. non eſſe denunciandum.

Animaduertendum quoque
70 eſt primo, † quòd vbi quis dubitauerit, an denunciare teneatur blaſphematorem, nec ne, omni remota hæſitatione deferre debet; tum, quia de periculo animæ, & incurrenda excommunicatione; tum, quia de iniuria Dei, Chriſtianæque religionis agitur, & in dubio tutior via eſt eligenda, c. iuuenis de ſponſ. faciunt adducta per Prax. Arch. Neapol. d. c. 18. nu. 14. vbi tenet, denunciandam eſſe mulierem, quæ habet famam maleficæ, etſi non operetur, niſi ſimplices ſuperſtitiones: præſertim vbi monita non deſiſtit. Faciunt quoque per nos tradita in par. 1. Can. qq. ſect. 2. q. 10.

Secundò ſciendum, quòd tene-
71 tur † quis quamprimum denunciare delinquentem, nullo temporis expectato termino; licet olim ſpatium 30. dierum ad talem denunciationem peragendam concederetur; attamen per præfatum

edictum

edictum nouiſſimum aſtringitur, quamprimũ commodè poterit, et vbi legitimè fuerit impeditus, ceſſante impedimento, ad denunciãdum tenebitur, ex addictis per Lel. Zecch. d. caſ. 2. circa fi. & per nos d. ſec. 2. q. 1.

72 Tertiò non debet † quis æſtimare, quòd ob hoc Sancti Inquiſitionis Officij explorator, ſiue delator vocetur; nam, præterquam ſemper ſecretus retinebitur, vt ſuperius dictum eſt; in caſu epidemiæ ſiue temporalis peſtis certè non timeret quis hoc nomen, vbi publicum interueniret periculũ. Parui pendere quoque debet, vt

73 † maleuolus hac de cauſa dicatur. inquit enim D. Auguſt. & habetur in c. non vos. 5. q. 5. Non eſt maleuolus, qui crimen alterius indicat; quia indicando corrigere poteſt, & tacendo frater perire permittitur. Accedit, quòd hoc faciendo zelo diuini honoris nõ mediocre ab ipſius Dei munifica manu prẽmium conſequetur, quippe qui nullum relinquit bonum irremuneratum; & uinculũ excommunicationis latæ ſententiæ euitat; quibus ſanè rationibus debent confeſſarij pẽnitẽtes hortari ad tales perſonas libenter denunciandas.

74 Quartò non ſatisfacere † muneri, & obligationi ſuæ, qui nomen ſuum non declarat; vel id faciat cũ literis ſine nomine, & ſubſcriptione, cap. dilectus, de accuſ. delatio enim criminis fieri non põt, niſi expreſſo nomine, & cognomine deferentis. Hoſt. in Sum. tit. de denunc. §. qualiter. Conſt. Dominij Mediol. c. omnib. §. nec etiam, de accuſ. & denunc. Reuerendiſſ. D. Marc. Anton. Genuen. in Prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 18. nu. 2. & 3. vbi multa in hoc genere perutilia, dicit, vt patet ex præfato edicto, ibi: *Auertendo, che à queſto noſtro editto non ſodisfaranno, ne s'intendono ſodisfare quelli, che con bollettini, ò lettere ſenza nome, & cognome delli authori, ò in altra maniera incerte, delle quali niun conto ſi tiene nel Santo Officio, pretendeſſero reuelare i delinquenti.*

75 Quintò illum dici poſſe, † quod audierit ſolitum blaſphemias hẹreticales proferre, in hoc caſu crederem, qui ter ad ſummum ita blaſphemantem audiret, argum. l. nemo, C. de epiſc. aud. vbi Bald. qui enim bis, vel ter aliquid facit, præſumitur deliberate facere, Gemin. in c. illo vos, de pignor. & bis, vel ter delinquens dicitur incorrigibilis, vt not. Domin. c. vt clericorum, de vi. & hon. cler. cum iteratio mali actus inducat mentis perditionem, Io. And. ad Spec. de fid. inſtr. §. porro, ver. donatio aũt. Quinimo ſi ſemel audiret, ubi ex fama publica, vel quaſi, aut à fide dignis prius intellexiſſet, talem in huiuſmodi blaſphemias ſæpè reincidere; arg. l. 3. in fin. C. de epiſcop. aud. Curt. in cap. fin. de conſuet. in 5. q. prin. Curt. iun. in trac. feud. in 2. par. in 4. quæſt. colum. j. ſic etiam in pluribus S. Officij tribunalib. practicari mihi relatum fuit.

Sextò ſi quis nulla exiſtente legitimæ

gitimæ excuſationis cauſa, iuxta præfatum edictum non denũcia-
76 uerit, non † ſolum peccat mortaliter, per cap. qui reſiſtit, 11.q.3. & probatur, quia quoties ſuperior præcipit aliquid ſub pęna excommunicationis, eſt ei parendũ ſub poena peccati mortalis, capit. 1. de crim. falſi. c. qui cũ fure, vbi doct. de furt. Lud. Lopez in inſtruct. conſc. par. 2. cap. 31. verſ. pręterea: Sed præter alias poenas ſupra recenſitas, & à iure impoſitas, incurrit ipſo facto excommunicationem, cum ſit latæ ſentẽtiæ, à qua abſolui nequit; niſi prius pręmiſſa denunciatione, vt in term. tenent Corrad. in reſponſ. caſ. cõſc. par. 1. q. 339. in addit. Lęl. Zecch. de caſib. reſeru. caſ. 2. Rodriq. in Sum. par. 1. cap. 34. num. 6. Steph. Auil. tract. de cenſur. par. 2. capi. 7. diſp. 3. dub. 7. illat. 3. vbi inquit, in caſib. Sanctæ Inquiſitionis remittendum eſſe pęnitentem, vt prius denũciet, prout etiam præcipitur in edicto Inquiſitorum, & pręſertim in prædicto nouiſſimo.

Hoc tamen declarat Rodriq.
77 d. num. 6. non † procedere, ubi ſtatim denunciationem commodè facere non poſſit pęnitens; quia tunc ſufficiet, ut id facturum promittat; quod ſanè dictum admittendum dicerem, vbi pęnitẽs per ſe, vel per aliũ, aut per literas denunciare commodè tunc nõ poſſet, & eſſet perſona fide digna, & bonæ conſcientiæ, aliàs non; nam ſi pęnitens ſit homo ordinarius, & ex infimatibus, procurandum eſt, vt prius denunciet; & hoc, licet nondum incurrerit excõmunicationem; quia huius generis homines ſi prius obtinuerint abſolutionem, facilè ſolent omittere, quod etiam eſſet ſeruandum in alijs rebus grauibus. Et propterea Reuerendiſſimus D. Saulius
78 † Epiſcopus noſter Papiæ in præfato ſuo edicto prudenter ſubdebat: *Auiſiamo poi, & commandiamo in virtù di ſanta Obedientia à tutti i P. Confeſſori, di qualunque ordine, grado, e ſtato, che nel principio delle confeſſioni, ò almeno auanti, che uenghino all'aſſolutione dimandino al penitente, ſe sà alcuna perſona eſſer incorſa in alcuna delle ſudette coſe, & ſapendone lo mandino à denonciare, come di ſopra.* Vide infra num. ſeq. Præcepit et Parochis, ut tale edictum in Aduẽtus, & Quadrageſimæ principio inter Miſſarum ſolennia populo publicarent.

Septimò vbi quis non denunciauerit, quamprimum potuerit,
79 iuxta edictum; & ſic † excommunicationem incurrat; abſolutionem à R. P. Inquiſitore, vel à ſupremo S. Officij Tribunali Romæ eſſe obtinendam; niſi prius iuridicè reuelando, ſiue denunciando Sancto Inquiſitionis officio ſatisfecerit: nam in hoc caſu ab habente auctoritatem abſoluẽdi ab excommunicatione maiori nulli reſeruata poterit pęnitẽs abſolui, ut clarè patet tum ex præfato nouiſſimo edicto, ibi: *Et dalla detta ſcommunica, & pene, nellequali i diſubediẽti incorreranno; niuno, ſe non da Noi, ò dal ſupremo Tribunale del Santo Officio di Roma potrà eſſer aſſolu*

to, ſe prima giuridicamente reuelando come ſopra al Santo Officio non haurà ſodisfatto. Tum ex tract. informat. ad Vicarios Sanctę Inquiſitionis, cap. 1. ibi: *Tanto più eſſendoui la ſcom munica di lata ſentenza, dallaquale nõ poſſono eſſer aſſoluti, ſe prima non fanno queſta denuncia.*

Hinc colligitur, quãuis in præfato edicto non apponantur verba ipſo facto, vel latæ ſententiæ; attamen ex verbis illis ſubſequentibus nempe; *& dalla detta ſcommunica*, &c. necnon ex dicto tract. inform. excommunicationẽ ipſius edicti eſſe latæ ſententiæ, & ita interrogati reſpõderunt Patres Inquiſitores.

Poſt autem hæc ſcripta, nempe die 12. Aprilis anni 1612. dictus admodum R. P. Inquiſitor aliud publicauit edictum, per quod prędicta confirmantur, tolliturque omnis hæſitandi, & dubitandi locus, infraſcripti tenoris, videlicet; *Noi Frate Maſſimo Guazzone, Maeſtro di Sacra Theologia*, &c. *Hauendo di longa mano aperti gli occhi à molti occorrenti diſordini pregiudiciali all'honor di Dio, & alla carica dell'Officio noſtro, & volendo prouedere di opportuno rimedio, acciò con danno notabile, & euidente di queſta Illuſtriſſima, & Catholica Città di Pauia non vadino ſerpendo con il preſente noſtro editto commandiamo à qualunque di noſtra giuriſdittione, ſia di che ſtato, grado, conditione, dignità, & preeminenza eſſer ſi voglia, in virtù di Spiritu Santo, & ſanta obedienza, & ſotto pena di ſcommunica di lata ſentenza, dallaquale non potranno i tranſgreſſori eſſer aſſoluti, ſaluo da noi, ò dal ſupremo tribunale di Roma, che quanto prima debba accingerſi ad vna compita, & inuiolabile oſſeruanza delle infraſcritte coſe.*

Et prima diſponiamo, & vogliamo, che la transgreſſione di tutti quei capi, che ſi contengono nel noſtro Editto Generale di hereſia formale, d'incanteſmi, di ſortilegij, di biaſtemme hereticali, et altri ſoggiacciano alla ſcommunica di lata ſentenza, & conſequentemente, che li diſubedienti ſenza altra dichiaratione incorrino nella medema.

Et raccordiamo con ogni affetto, & ſincerità di cuore à chi profeſſa nobiltà di ſangue, che nulla gioua l'eſſer Cauagliero del mondo à chi puoco ſtima il dimoſtrarſi con uiui effetti, vero, & leale Cauagliero di Chriſto.

Appreſſo comandiamo alli Reuerendi Confeſſori, che non ardiſchino di conferire l'aſſolutione à ſuoi penitenti, toltene il caſo di eſtrema neceſſità, ſe prima con atto giuridico non hauranno effettualmente compito all'obligatione douuta à queſto noſtro Sacroſanto Tribunale. &c.

80 Inobedientes poſſunt † etiam puniri canonũ pęnis, arbitrio Inquiſitorum, arg. cap. ſi quis per capillum, 22. q. 1. ibi non manifeſtauerit, vbi gloſ. & vide Pegnam ad Direct. Inquiſ. 3. p. comm. 112. vbi inquit, quòd renuens perhibere teſtimonium ꝯ eos, qui ſibi nec ſanguine, nec grãdi amicitia ſunt coniuncti, fautor, & de hæreſi ſuſpectus aliquando cenſeri poterit, & vt talis puniendus, conſiderata pęnæ, negotij, & contumacię qualitate. Sanguinę verò coniuncti, vel amiciſſimi, quamuis non præ-

præſumantur fautores, attamen Inquiſitorum arbitrio puniendi ſunt.

Octauò notandũ, ꝙ cum Inquiſitor in ſuo edicto non reſeruet ſibi abſolutionem blaſphemantium, ſed nõ denunciantium, bla-
81 ſphemantes † etiam hęreticè (dũmodo non habuerint errorem in intellectu; quia tunc ſpectat immediatè ad Summum Põtificẽ:) pro abſolutione in foro pęnitentiali mittẽdi ſunt ad Epiſcopum, ſiue ad eius Pęnitentiarium, vel aliuni habentem facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis. Et hac in re vidi nonnullos ex Confeſſarijs decipi, putantes à M. R. P. Inquiſitore huiuſmodi abſolutionem, nempe ipſorũ blaſphemantiũ, reſeruari per ſuum edictum.

Imo aduertendum, quòd de-
82 nunciatus † ob blaſphemias hæreticales, & iudicialiter ab Inquiſitore abſolutus, tenetur confiteri eaſdem blaſphemias confeſſario, vt ſacramẽtaliter abſoluatur, put recte firmat D. Th. in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. arti. 2. quem referendo ſequitur Franc. Pegna ad Direc. Inquiſit. par. 2. comm. 65. q. 6.

Nonò, animaduertendum eſt,
83 ſi blaſphematores † ipſi ſponte coram Inquiſitore compareant, ſeipſos accuſando, delictum ſuũ plenè confiteantur, quòd temporales euitabunt pęnas, & impunitate gaudebunt, ex Conſt. Iul. III. incip. In multis deprauatis, Conc. Biterenſe capit. 2. & tradit Franc. Pegna ad Direct. Inquiſit. part. 3. com. 12. Qui verò iam ſemel comparentis beneficium fuerint conſequuti; licet impunitatem omnino non conſequantur; attamen mitè tractabuntur. Quod procedit etiam in blaſphematorib. metu probationum, ſiue denunciationum ſponte confitentibus; mitius namque puniri debent, & iudicis arbitrio relinquitur, quanta pęnæ pars ſit remittenda, vt not. Franc. Pegna, loc. cit. & D. Menochi. de arbit. caſ. 539. nu. 43.

84 Dicitur autem metu † probationum is accedere, & confiteri, qui iam ad iudiciũ vocatus erat, vel nominatim admonitus, vel ſaltem fuerat prius denũciatus. Qui verò, nullo præcedente ſtimulo, Iudicem adit, & crimen plenè cõfitetur, ſponte confeſſus dicetur. Sponte etiam accedere, aut redire dicũtur; qui infra tempus gratię (nempe infra tempus ab Inquiſitore nouo aſſignatum in prima publicatione ſui edicti) accedũt, aut redeunt; licet in generali fuerint moniti; Non enim coacti videntur, quia à nemine præuenti.

Immo, etſi accedant poſt dictũ gratiæ tempus; ſi tamen non fuerint perſonaliter inquiſiti, nec probationes contra eos receptæ; hi quoque mitius ſunt puniendi, quamuis non tantam conſequantur indulgentiam, quantam primi, vt bene concludit Franc. Pegna ad Direct. Inquiſit. parte 3. comm. 12.

Nec prætereundum exiſtimo,
85 † quòd Inquiſitor † audire non tenetur prædictos comparẽtes in

foro pœnitentiali, prout aliqui autumant; ſed potius ipſis, ſponte accedentibus, perſuadere, vt iudicialiter confiteantur crimina ſua, hoc eſt, notario, eorum cõfeſſionem recipiente, coram Inquiſitore dicant ſuum peccatum, & inde vel ſecreta abiuratione, vel impoſita tantum aliqua ſalutari pœnitentia, vel ſecreta reconciliatione facta, prout ei magis expedire videbitur, abſoluere. Quod procedit non ſolum quoad blaſphemiam; ſed quo ad alia crimina ad Sanctiſſimum Inquiſitionis Officium ſpectantia, iuxta not. per Pegnam loco cit. Non diſſentio quidem ab Eymerico, qui eodem citato loco ſentit, ubi delictum eſ-
86 ſet † ſecretum, nulli manifeſtũ, debere Inquiſitorem, omiſſa iudiciali confeſſione, reum ſponte cõparentem, ſacramentali confeſſione habita, abſoluere, ut etiam notat doctiſs. admodũ R. P. Alouiſius Bariola in Florib. comm. eiuſdem Pegnæ d. comm. 12. in fine. Simanch. de cathol. inſtit. titu. 13. num. 22. vbi addit rationem, nempe, quia ſecreta peccata, ſecreta confeſſione, & occulta ſatisfactione purgari debent, capit. quis aliquando. §. item illud Ioannis, de pœnit. diſtin. 1. Arch. in cap. filij, de hæret. lib. 6.

Poſtremò, quia ſæpe audiui diſceptantes, quęnam dicatur propoſitio hæreticalis, & quæ ſapiẽs hæreſim; idcirco ſatius me facturum exiſtimaui, ſi varios propoſitionum gradus, ſiue ſpecies hic breuiter annecterem. Propoſitio
87 igitur † hæretica dicitur ea, quæ contrariatur veritati Catholicæ, ſiue aduerſetur articulis fidei, vel Scripturis Diuinis rectè intellectis; aut traditionibus, ac definitionibus Eccleſiæ, vel Concilijs generalibus, legitimè congregatis, & confirmatis; vel definitionibus Sedis Apoſtolicæ; vel communi ſentẽtiæ Doctorum Eccleſiæ, in his, quæ ad fidem pertinẽt, vt poſt Arnald. Albertin. de agno ſcen. cathol. aſſert. & Simanch. de catholic. inſt. tit. 54. nouiſſimè tradit P. Bariola in fine Flor. cõmen. Pegnæ. Vt ſi dicatur B. Virginem poſtquam peperit Chriſtum Dominum ex Spiritu ſancto, alios genuiſſe filios, prout dicebat Heluidius hæreticus, contra quem latè ſcripſit D. Hieron. fuit enim virgo ante partum, in partu, & poſt partum, vt ſancta canit Eccleſia; Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti. Hæc autem propoſitio aliquando dicitur impia, prout quando aſſeritur; pro animabus in Purgatorio exiſtentibus nõ eſſe orandum: Vel Indulgentias à Papa illis conceſſas non prodeſſe.
88 Propoſitio † ſapiens hæreſim ea dicitur, quæ prima verborum ſignificatione, ſenſum habet hæreticum; quamuis piè intellecta poſſit habere catholicum ſenſum. Vel ea eſt quæ aſſerit dogma peruerſum, ex quo cum notorio vero, quod negari nequit, ſequitur hæreſis propriè dicta: v. g. ſi dicatur; Omnis homo exiſtens Romę eſt in peccato mortali. Hæc propoſitio ſapit hæreſim, quia ex ea,

cum

cum aliquo vero aſſumpto, ſequi poteſt, vel inferri aliquod falſum, videlicet, quod infans ſit in peccato mortali; quod eſt hæreticũ; vide præter alios iam cit. Arrag. 2.2.q.11.ar.2.

89 Propoſitio † erronea eſt, quæ continet errorem, vel aliquid falſi non contra fidei veritatem; ſed contra veritatem aliquam obſcuram, nondum ab Eccleſia definitam; Vel ea eſt, quæ in materia fidei, & morum eſt contra rectam rationem, licèt non manifeſtè, & apertè; ſed vehementi ſapiẽtum opinione pugnat quodammodo cum veritate fidei. Vt, qui negaret, licere fratribus mendicare; Vel negaret, orationes ſpeciales alicui applicatas non plus ei prodeſſe, quàm generales. Sũt enim eiuſmodi veritates, quòd eis negatis, quamuis non ſubuertatur fides, quatitur tamen; vt dicit P. Bariola loco cit. Vel qui aſſeuera-
90 ret † in defenſione reorum pertractanda, licere uti mẽdacijs, & periurijs. Quam propoſitionem, uti falſiſſimam, & iniquiſſimam ex D.Tho.2.2.q.70.ar.4.& Nauar.in Man.c.25.num.40. per multis, ac grauib. diſertiſque rationibus iure merito confutat, ac reijcit, D. Io. Petr. Ala, ſanguine, & ſcientia doctor perilluſtris in ſuo tract. verè aureo, ſingulari eruditione, ac pietate vndique referto, de Aduocato, & Cauſid. Chriſt. par.1.q.73.

91 Et differt † ab hæretica; quia illa dicitur, cuius falſitas eſt notoria catholicæ repugnans veritati; hæc verò eſt, qua diſceditur à uia recta; & poteſt eſſe in quibuſcunque ſcientijs.

92 Propoſitio † temeraria ea dicitur, qua aliquid aſſeritur, tãquam certũ, quod nulla ratione, ſeu auctoritate probari poteſt; ut ꝙ mũdus finietur intra centum annos. Vel ea eſt, qua temerè contra modeſtiæ eccleſiaſticæ regulam ſuſtinetur. Verbi gratia; quod angeli ſint corporei; vel quod non ſint creati ſimul cum mundo corporeo: Vel Beatam Virginem Mariam non fuiſſe cum corpore aſſumptã: Vel S. Ioannem Euangeliſtam non fuiſſe virginem, prout ſemper fuit: Vel Sanctum Franciſcum non habuiſſe ſtigmata ſacra: Vel Sanctam Claram fuiſſe nuptã carnaliter; vel alia ſimilia.

93 Propoſitio † ſcandaloſa ea eſt, q̃ licet aliquãdo poſſit eſſe vera, ruinæ tamen, & erroris occaſionem præbet auditoribus, p̃ſertim pijs hominibus, nempe cadendi facilè in hæreſim. Paul. Griſal. in Deciſ. fidei, in princ. §. 6. vt ſi quis aſſerat ſimpliciter, Patrem eſſe maiorem Filio; & Deum in Incarnatione creaturam factum: Vel ſi quis enumerarit in commoda Auricularis Confeſſionis, prout fecit Eraſmus, quod magnum fuit toti Germaniæ ſcandalum: Vel ſi quis diceret, Indulgentias infrugiferas; Vel vitia Religioſorum in vulgus ederet; Aut aſſererer, Clerũ vexare populum eccleſiaſticis cẽſuris; Vel dantes eleemoſynam fratribus mendicantibus eſſe excommunicatos.

94 Dicta autem † propoſitio aliqñ

dicitur malè ſonans, uel piarum aurium offenſiua; nempe,quādo non continet errorem fidei contrarium manifeſtè; ſed habet,neſcio quid,abſonum, & hæreſi affine,quod pijs auribus malè ſonat.

95 Propoſitio†periculoſa dicitur, quę abſolutè,& generaliter dicit, licitum eſſe,& fieri poſſe id,quod non niſi vix ab aliquibus, & cum multis circumſtantijs fieri poteſt: vt dicere,quòd homo ſolus cum ſola in lecto manere;aut diù cum mulieribus conuerſari licitè poſſit.Item,quòd ſine ieiunijs homo poteſt eſſe perfectus.

Quinimò rectè aduertit P. Bariola loc.cit.quod ſi quis ita inordinatè loquatur,vt eius inordinatio ſit contra modum loquendi Eccleſiæ,quæ cum limitatione in rebus fidei ſtatuit eſſe loquendū, hic inferre, & innuere uidetur, Eccleſiam non eſſe normam certam,& nunquam errantem in definiendo modos loquendi circa res fidei.

96 Propoſitio iniurioſa † eſt, quæ alicui fidelium ſtatui, illuſtri perſonæ, vel dignitati detrahit, quales contra Cardinales,Epiſcopos, vel Monachos, aut mendicantes impij effutire ſolent: Necnon, q̄ alicui Sancto detrahit; inde dicitur:Iniuriā facit martyri, qui orat pro martyre;& hæc dicitur etiam blaſphema propoſitio, ut ſupra q. 2.nu.23.& ſeq. demonſtrauimus.

97 Propoſitio†ſchiſmatica, vel ſeditioſa ea eſt,quæ in Eccleſia, vel populo Dei diuiſionem, ſeditionem,& ſchiſma induceret,ut aſſerendo quod malo prælato, ſeu regi non eſt obediendum.

98 Propoſitio†impertinens ea eſt, quæ nec directè,nec in conſequētia euidēti,nec probabili,nec certa ſequitur,quod repugnet ueritatibus catholicis. v. g. Quod S.Ioſeph ſponſus B. V. Mariæ fuerit, vel non fuerit mortuus tempore Paſſionis Chriſti; quia nihil ad fidem pertinet; præcipuè cum inter catholicos vigeat ſuper hoc diſcordia. Quid autem ſit propoſitio blaſphema,& hæreticalis blaſphemia,in præcedentibus quęſt. ſatis fuit explicatum.

QVAE-

QVÆSTIO XIII.

Quæ opinio ſit deligenda, ac ſequenda in Controuerſis Quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *Authoritatibus magis, quàm legib. hodie creditur.*
2 *Cauſa iuris controuerſi, & diſſenſionis, ac opinionum inter Scriptores, quænam ſit.*
Peccatum primi parentis quanta mala poſteris intulit.
3 *Sententia Io. de Sciſello circa tot opinionum confuſionem in iure.*
4 *Interpretatio vera legis à Practica ſumitur.*
5 *Io. de Sciſello poſt 30. annos exactos in legum ſtudio ſcripſit librum de natura animalium.*
6 *Opinionum multitudo plus turbat, quã illuſtrat veritatem.*
7 *Opinio quid ſit; & affertur definitio D. Thomæ.*
8 *Opinio vnde naſcatur, & circa quæ verſetur.*
9 *Opinio vt differat à credulitate, & à dubietate.*
10 *Opinio vt differat à ſcrupulo; & quid ſit ſcrupulus.*
11 *Opinio communis quæ dicatur.*
12 *Opinio non tàm ex numero opinantiũ, quàm ex pondere auctoritatis communis eſt iudicanda.*
13 *Opinio magis communis quænam appelletur.*
14 *Laudandi non ſunt, qui magis diligentes ſunt iu computando Doctorum numero, quàm in rationibus examinandis.*
15 *Opinio communis aliquando deſijt eſſe talis, & contraria facta eſt communior.*
16 *Doctori inſigni atteſtanti de communi creditur.*
17 *Opinio communis quando ſequenda; declaratur nu. ſeqq.*
18 *Opinio communis in moralibus facit validum argumentum.*
19 *Opinio, quæ ſententiæ, vel definitioni fidei innititur præualet communi opinioni.*
20 *Occidens aggreſſorem ad ſuam vitàm tuendam an ſit irregularis.*
21 *Opinio ſingularis, quæ in legis ſenſu, vel alicui textui, vel forti rationi innititur, communi opinioni præfertur.*
22 *Opinio per conſuetudinem approbata præualet opinioni communi.*
Interpretatio triplex eſt, & quæ præualeat.
23 *Textus in c. cum deteſtabile de ſimon. extrau. com. interpretatur.*
24 *Opinio ſingularis anteponitur communi, quæ probabilibus rationibus poſſet conuinci.*
25 *Gloſſæ opinio quando præualeat communi opinioni, & an vltima gloſſæ, vel Doct. opinio ſit ſequenda.*

Opinioni

26 *Opinioni pro matrimonio, vel vt actus valeat, ſtatur contra opin. communem contrariam.*

27 *Opinio Archidiaconi, & Bart. quando præferatur communi.*

28 *Deciſio Papalis ſuper aliqua dubietate tollit opiniones Legiſtarum.*

29 *Contrarietas ſi exiſtat inter ius canonicum, & ciuile, quodnam ſit attendendum.*

30 *Ius canonicum, ubi agitur de peccato etiam veniali, in vtroque foro eſt ſeruandum.*

31 *Pars tutior eſt eligenda inter opiniones diſſentientes.*

32 *Quod tutius eſt in dubijs eſſe amplectẽdum, quomodo intelligatur.*

33 *Inter opiniones an teneamur tutiorem eligere.*

34 *Opinio Doctoris quæſtionem ad vtrãque partem diſputantis cur regulariter ſit ſequenda.*

35 *Diſputatio eſt cribrum veritatis, & plura in commendationem diſputationis adducuntur.*

36 *Nihil eſt in iure tam obſcurum, quin, ſi deducatur in diſputationem, illius veritas inueniatur.*

37 *Authores, qui in pertractandis iuris quæſtionibus frequenter diſputationis ſtylo vſi ſunt.*

38 *Pauli Caſtrenſ. mores, & ingenium.*

39 *Ripæ Menoch. & aliorum Papienſium Iuriſconſultorum doctrina quanti ſit facienda.*

40 *Opinio mitior, & benignior, ceteris paribus, eſt amplectenda in controuerſijs.*

41 *Opinioni peritorum in arte ſtandum eſt.*

42 *Opinio Theologi quando proponatur Canoniſtæ, & Legiſtæ, & è contra. Canoniſta quando præferatur Theologo in promotione ad beneficia, & in interpretatione dubiorum in materia conſcientiæ.*

Ius canonicum eſt diuini humanique iuris perfecta epitome.

43 *Confeſſarius, Iudex, Aduocatus, varijs exiſtentibus opinionibus, quam eligere debeant.*

44 *Opinionem quam ſufficiat eligere in foro conſcientiæ ad effectum non peccandi.*

45 *Rotæ Roma. opinio dicitur communis, & plura de eius auctoritate, nume. ſequen.*

46 *Rotæ Rom. Auditores quot, & eorũ examen, & præſtantia.*

47 *Rota Rom. loquente cætera tribunalia obmuteſcere debent.*

48 *Rotæ Romanæ auctoritas non eſt neceſſaria, nec habet vim legis.*

49 *Declarationes Sacræ Congreg. Card. an habeant vim legis, & quando obligent in foro conſc. nu. ſeq.*

Baldi, Ripæ, Fel. Jaſon. & Nauar. auctoritas quanta.

51 *Doctori benè diſtinguenti cur ſit credendum.*

52 *Iacobi Menoch. opinio in quibus regulariter amplectenda, & cæteris anteponenda.*

53 *Doctoris dicto in lectura, vel in conſulendo an magis credatur.*

54 *Doctores legendo magis nituntur veritati, quàm conſulendo, & cur.*

55 *Opinio firmata in cõſilijs maiorẽ præfert diligentiam.*

56 *Doctor conſulendo, ſi defendat falſum, peccat mortaliter, & facit litem ſuam.*

57 *Doctorum antiquorum opinioni regulariter magis eſt adhærendum, quàm*

quàm modernorum.

58 *Doctores antiqui iunioribus præſtant veneratione magna, pondere, & menſuræ.*

59 *Iudex in opinionum varietate, & inter duas communes an poſſit iudicare pro amico, & declaratur numero ſequen.*

61 *Iudex in opinionibus æquè probabilib. ex parte facti quid agat, & numero ſequen.*

63 *Opinionem probabilem relicta probabiliori quando Iudex, vel alius ſequi poſſit.*

64 *Opinionem minus probabilem amplecti an poſſit ſine pecc. Aduocatus, omiſſa magis probabili.*

1 CVm ad ea tempora peruentum ſit, in quibus † magis authoritatib. quàm legib. credatur, ut inquit Fabius Turret. conſilio 8. num. 98. vol. 1. quæ quidem authoritates, opiniones dictæ, ita creuerunt, ut ferè nihil in vtroque iure exiſtat, quod controuerſum non ſit, ut conqueritur Tiraquel. lib. 2. retract. §. 1. gloſs. 2. nume. 26. & 38. cum ſcriptorũ enim copia ſimul creuit, & diſſenſio.

2 Cuius rei potiſſimum † cauſa fuit tum primi hominis lapſus, quippe qui cum in honore eſſet, nempe immortalis, omnium virtutum, rerumque omnium ſcientia diues, non intellexit; abutendo enim potentijs intellectualib. & peccando, comparatus eſt iumẽtis, ac pro immortalitate mortem, pro uirtutibus uitia, pro ſciẽtia ignorantiam ſibi, poſteriſque comparauit; quibus ignorantiæ tenebris obrutus quilibet homo, & ob philautiam, naturalemque ad diſſentiendum facilitatẽ, propriam plus æquo diligit opinionem, & ueram eſſe contendit, iuxta illud: quot capita, tot ſententiæ, & ſuum cuique pulchrũ, vt not. Maccag. de communi opinion. lib. 1. cap. 1. Tum legum, & ſtatutorum iuri communi aduerſantium multiplicatio, vt tradit doctiſſimus Bernar. Saccus in Ticinenſ. hiſt. lib. 8. cap. 7. poſt medium; tum, ut explicat Nicol. Vigel. in Metho. iuris controuer. in princ. quia legibus latis naturaliter euenire ſolet, ut interpretatio deſideret prudentum authoritatem, neceſſariamque diſputationem fori, teſte Pompon. l. 2. §. his legibus, ff. de orig iu. ex huiuſmodi autem interpretationibus, & diſputationibus, cum naturalis ſit hominum, ut diximus, ad diſſentiendum facilitas, l. ſi item vnus, §. principaliter. ff. de arbitr. controuerſæ opiniones ſtatim oriri ſolent. Quæ quidem communes, uel magis communes appellantur, ubi ab omnibus, uel à maiori parte Doctorum amplectuntur, vt infra explicabimus.

3 Quocirca Io. † de Sciſello, Doctor Gallus, prout refert Hieron. Paul. Barchin. in Prax. Cancellariæ, fol. 106. videns tantam opinionum cõfuſionem, ſcripſit, perneceſſa-

ceſſarium fore, ut noua fieret reformatio, tàm in iure Ciuili, quã in iure Canonico, & reſeruatis argumentis diſputationum, & ſubtilitatibus, & opinionum varietate, noua fierent deciſiones per electionem alicuius ex illis opinionibus, nouaque iurium compilatio huic ſæculo magis conueniens ederetur: & quòd pauciſſimis interpretandi, gloſſandiue facultas concederetur, quorum interpretationes prælo non ſubijcerentur, niſi prius in diuturna praxi verſati eſſent; quia
4 † vera legis interpretatio à practica ſumitur, Roland.à Val.conſi. 2.num.8.volum.2.Marant.in Praxi iudic.diſtin.1.par.4.num.74. & eſt rerum magiſtra, cap.quam ſit, de elect.lib.6.ut dixerunt Bald.& Fel.in cap.ex tenore,de teſtibus, quod tunc ſciuntur leges,tuncq; ex illis decerpuntur fructus,quando ad praxim rediguntur.

Vnde prædictus Doctor Gallus timens, vt ipſe dixit, dictam immutationem, & cupiens con-
5 ſulere nomini ſuo † poſt triginta ánnos exactos in legum ſtudio, ſcripſit librum de natura animalium, exiſtimans, illud opus magis fore duraturum,quàm ſcripta iuris; ſed an opus illud durauerit, ego ignoro, inquit Barch. ſed quid dixiſſet præfatus Doctor, ſi vidiſſet tot libros poſt eius tempora à centum annis citra in vtroque iure editos,cum tanta opinionum varietate, ne dicam pertur-
6 batione: † plus enim turbant,quã illuſtrant veritatem, In quorum quidem pelago, cum ſæpe dubitetur, quænam ſit opinio amplectenda, tàm in foro interiori,quã exteriori; tum ad docẽdum; tum ad iudicandum,&conſulendum, patrocinandum, & concludendum in cauſis, & litibus, paucis explicare conabimur. Sed ſicut periculoſa & difficilis eſt in iure noſtro omnis definitio, l.omnis definitio, de reg.iur. ita etiam determinatio, & in diuerſis,aut contrarijs certa electio, vt dixit Card. in procem. Clem.& periculoſum eſſe iudicare de ſentẽtijs patrum variantibus, nec minus arduum, quàm difficile, ſcribit Areti.conſil.155.authoritate D.Hierony.in Daniel.

Pro reſolutione autẽ huiuſce queſtionis nonnulla veniunt premittenda, & primò quòd opi-
7 nio † ſit cognitio, qua adheremus uni parti contradictionis, nõ tamen firmiter, ſed cum aliqua formidine; ne pars altera ſit vera, facit gloſ. in l. ſi duo, §. pen. ff.vti poſſid.& licet ſit actus potentiæ cognitiuę, & non appetitiuę; ſicuti etiam eſt fides, ſcrupulus, dubietas, & ſcientia; non tamen eſt euidens, nec firma cognitio, quamuis ſit iudicatiua, vt colligitur ex Bald.in l.admonendi, ff.de iureiuran. numero 21. & in puncto Nau.in Man..cap.27. numero 279.& in cap.ſi quis autem de pęnit.diſtin.7. nume.11. vide Sair.in Claui Regia,lib.j.capi.5. nume.1. Sanchez de matr.tomo 1.lib.2.diſput.41.num.2.Maccagn.tract.de communi opin. lib.1.capit.3. ubi viginti

viginti tres definitiones tradit; & inter alias illam D. Thomæ, 2.2. quæſtione 1.artic.4.nempe quòd ſit aſſenſus intellectus alicuius non ſufficienter moti ab obiecto proprio, per quandam electionem voluntatis declinantis in vnam partẽ magis, quàm in aliam, cum dubitatione, & formidine alterius partis.

8 Naſcitur autem † opinio ab auctoritate, ſicuti à veritate demonſtratio, & circa ea verſatur opinio, ſecundum Ariſt.5.Ethic. quæ aliter ſe habere poſſunt, & de quibus probabiliter dubitari contingit; ſtulti etenim eſſet, dubitare de his, quæ vel lege, vel aperta ratione demonſtrantur: Villalob. in com.op. litera C, numero 107.

9 Secundò differt opinio † à credulitate; quia credulitas, quæ eſt firma adhæſio alicui iudicio, non eo quòd vidit; ſed ob aliorum relationem, habet certitudinis firmitatem; opinio verò incertitudinem; conueniunt tamen vtraque in eo, quòd ſunt obſcuræ. Bartol. loco cita.num.21. Differt etiam à dubietate, quia dubietas, quæ eſt cognitio duarum rerum contrariarum, neutram earum iudicando veram, glo.recept.l.de ſtatu,ff. de teſtamen. & gloſſ.rubric.ff.de iuris, & fact. ignor. quæ dubietatem appellauit titubationem; nec eſt euidens, nec firma, nec iudicatiua; & qui dubitat neutri parti aſſenſum præſtat, qui verò opinatur, vni tãtum parti, quamuis non ſine formidine. Azor.parte prima Inſtit. Moral.lib.2. capit. 12.in fine.

10 Differt quoque † à ſcrupulo, quia ſcrupulus eſt cognitio argumenti apparentis contra id, quod vel ſcit, vel credit, vel opinatur, vel dubitat. Nau. d. numero 279.& in rubr.de iudic. nume. 43. Cordub.libro 3. Quæſtionarij, quæſt. 2. in princip. quibus adde, quòd ſcientia eſt cognitio viſiua rei.gloſ.ſingu.in l.2.§.antepen. ff. de aqua plu. arc. tàm intellectus, quàm ſenſus. Nau.loco citato,& Sanchez de matri. tomo 1. lib. 2. diſputat.41. à numero 2. Quæ quidem breuiter, ſed eruditè explicat Doctiſſimus Anton. Mar. Spelta in ſuo eleganti, & perutili libello de verborum proprietate, in verb. opinio, nempe per rationes probabiles opinionem generari, per perſuaſiuas fidem, per demonſtratiuas ſcientiam. Quomodo autem opinio differat à fama, manifeſto, notorio, & rumore, vide D.Polyd. Rip. de Noctur.tempo. cap.67. & 68.

11 Tertiò præmitto, † quòd opinio communis ſit de iure non aperto ab omnibus, vel maiori parte Doctorum approbata ſententia, vt dicit Silu. nupt. lib.5. Maccag de communi opin.lib.3.c.11. Vel illa dicatur, quæ non lege, vel vera ratione, ſed ſola, vel omnium, vel plurium auctoritate ſubſiſtit; & illa regulariter communis eſt appellanda, quàm ſeptem, vel octo auctores claſſici, & grauiores rem ex profeſſo tractantes aſſerunt: Nau.d.cap.27. num. 289.

289. Sair. in Claui, lib. 1. cap. 5. numero 9. Sanchez loco cit. diſput. 44. numero 2. lib. 3. Grauiores autem authores dicuntur, quorum frequentiores ſunt lecturæ, & approbationes in ſcholis, Alciat. de præſumpt. præſumpt. 51. regul. 1.
12 nu. 8. Opinio quidem † non tàm ex numero opinantium, quàm ex pondere authoritatis communis eſt iudicāda, vt peritia pręferatur numero. Natt. conſ. 130. numero 5. poſt Alex. conſ. 202. lib. 7. num. 6. relat. à Lud. Gomeſ. in proœm. regul. Cancel. quęſt. 2. verſ. Quarto pro iſta D. Coſta, tracta. de fact. ſcien. & ignor. inſpect. 30. num. 21. tomo 1. non enim communis eſt vocanda, præſertim ad effectum præiudicandi alteri, ea ſola ratione quòd plures eam ſequantur, tanquam oues aliæ alias, quæ præcedunt, ſine iudicio ſequentes, & velut aues, quæ vnam volantem aliæ omnes ſequuntur, vt inquit Nau. d. cap. 27. nume. 289. ex Dec. conſ. 494. quod præcipuè contingit in ijs, qui eiuſdem ſunt factionis, vide Azor. par. 1. Inſtitut. Moral. lib. 2. capi. 13. & Sebaſt. Medic. tract. de legibus, par. 2. quæſt. fina. vbi pulchrè prædicta declarat. Rimin iun. conſilio 417. numero 31. volum. 4.

Vnde ex prædictis colligitur,
13 opinionem † illam potiorem habere partem inter diſſentientes Doctores, quæ numero, & authoritate præſtat, & quæ inter authoritate æquales numero præſtat, & quæ inter numero pares grauior eſt; quare magis communis opinio ſic definiri poteſt, quòd ſit de iure non aperto ſententia; in qua maior Doctorum numerus ex qualitate, & rationum pondere concordāt, vt ex Mari. Salomon. in §. reſponſa, Inſtitut. de iu. nat. gent. & ciuil. tradit Villalob. in ſuis comm. lit. C, num. 107. Anto. Mar. Coraſ. lib. 1. com. opin. titu. 4. num. 5. Bernar. Henric. in Summ. mag. com. op. lib. 1. concl. j. Maccag. de communi opin. lib. 3. ca. 5. vbi quatuor recitat opiniones.

Hinc infertur ex Nau. d. nume. 289. in fine, non eſſe admodum
14 laudandos quoſdam † recentiores, qui magis diligentes ſunt in computando Doctorum numero, quàm in rationibus, & argumentis aliorum examinandis, & diſcutiendis. Auctores enim diſputantes quæſtionem, & reſoluentes veritatem faciunt communem opinionem; ſed hodie Doctorum ſententiæ magis numerantur, quàm ponderantur, ſicut apud Traianū Imperatorem Plinius iunior conquerebatur: dicebat enim; Non debent ſolum numerari perſonæ, ſed ponderari ſententiæ; nihil enim eſt ita inæquale, quin, vbi impar eſt prudentia, ſit par ius, vt referunt Specul. com. opin. in præfat. nume. 14. & Maccagn. loco citato. Hinc fit, vt ſæpè dubitetur, quæ ſit communior opinio, &, quæ aliquando
15 fuerit communis, † poſt aliquot annos communis eſſe deſinit, & contraria ex non communi facta eſt cōmunior, ut refert Iul. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 77. verſ. con-

contrariam verò, Nicol. Vigel. in præfat. deciſ. iu. controu. Maccag. loco cit. Imò ſæpenumero falſiſſimam inuentam eſſe communem opinionem, teſtatur Zaſius lib. 2. reſponſ. cap. 1. Claud. Bertaz. in addit. ad conſ. 553. lib. 2. crimi. Bart. eius patris ĩ fine, ubi inquit, quod non ſemper inſiſtendum eſt communi opinioni; quia quandoque eſt error communis, & falluntur plerunque illi, in quibus alioqui ſanum eſt agnoſcendum iudiciũ. Et hodie adeo creuerũt communes, & magis communes opiniones, ut de utriſque plures ſummę reperiantur.

16 Notandum quidem eſt, † quòd doctori inſigni atteſtanti de communi creditur, etiãſi pro opinione, quam communem atteſtatur minor extaret auctorum numerus. Iacob. Berret. conſ. 5 nu. 3.

Quibus ſic præmiſſis prima 17 concluſio eſt, quod † tam in materia canonica, quàm ciuili in iudicando, & conſulendo, ubi caſus non eſt deciſus à Canone, vel lege, communis opinio eſt ſequenda; neque ab ea temerè recedendum eſt; ſed tanquam lex poteſt allegari, Abb. in ca primo, de decim. in pen. not. Felin. in capit. 1. de conſt. numero 54. Crauet. conſilio 91. Maſchard. de probat. volum. 3. concluſ. 1138. vbi latiſſimè. Huic enim nonnulli neceſſariam tribuunt authoritatem, & vim conſuetudinis. Bald. in cap. ne innitaris, de conſtit. Villalob. in com. opin. lit. C. num. 107. ubi Fichar. in addit. D. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 71. numero 1. Lud. Sacc. conſil. 6. numero 99. volum. 1. vide Tolet. in Sum. lib. 4. cap. 2. numero 8. vbi in-
18 quit, communis † opinio in moralib. eſt maximi ponderis, & facit validum argumentum. Et nimis ignarus eſt iudicans contra communem, dicit Silua nupt. lib. 5. num. 3. Vnde ſententia lata contra communem eſt iniqua, ſicut lata contra legem. Ripa in l. damnum. §. hoc autem, num. 107. ff. de damn. infect. Magon. deciſ. Lucenſ. 150. numero 9. & plures refert Specul. com. opin. in præfat. num. 35. Rimin. iun. conſ. 406. num. 19. volum. 4. Et quamuis à communi opinione in via diſputatiua recedi poſſit, non tamen in uia conſultiua, & deciſiua; eam enim amplecti debemus. Rot. Roman. deciſ. 49. num. 8. par. 2. in nouiſſim. Socin. iun. conſ. 94. nume. 41. & 49. & conſ. 128. numero 49. volum. 1. Maccagn. de communi opin. lib. 3. cap. 7. vbi 30. adducit ampliationes. Quinimo, ſi doctor errat in ſequendo communem opinionem, videtur habuiſſe iuſtã litigandi cauſam, Abb. in cap. finem litibus, de dol. & contum. num. 23. Maccag. loc. cit. cap. 10.

19 Fallit primò, vbi communis † opinio cõtrariatur opinioni, quæ ſententiæ, vel definitioni fidei videtur inniti, uel quæ ei maximè accedit; hæc enim, tanquam certa, & vera, quorumcunque Doctorum ſententia poſthabita, eſt tenenda, Azor. par. prima, Inſtitution.

tion. Moral. lib. 2. cap. 9. præcep. 1. quo loci inquit, Doctores interdum aliqua docuiſſe ante compertam Eccleſiæ definitionem, ſiue ante fidei decretum editum, & tunc huiuſmodi Doctores minimè ſunt damnandi, eorum tamen ſententiæ penitus ſunt improbandæ, vt patet ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 64. artic. 7. ad tertium,
20 qui † docuit irregularitatem contrahere, qui occidit alterum in ſe irruentem, etiamſi illum occiderit ad propriam ſuam uitã tuẽdam, & tamen poſt D. Thom. in Clem. ſi furioſus de homic. definitum eſt, eum irregularitate non affici, & alia exempla affert Azor. loco cit. Ceterum opinio communis circa fidem, & bonos mores, quam ſequuntur omnes Catholici periculosè relinquitur, niſi adſit vel lex, vel ratio efficax in contrarium per cap. fin. 20. diſt. Ioan. Andr. in cap. 1. de conſtitut. Nauar. de redd. eccl. quæſt. 1. mon. 44. num. 2.

Secundò fallit, vbi communis
21 aduerſatur † opinioni, quæ in legis, & iuris ſenſu magis innititur, vel alicui textui, cui contraria, licet communis, nequit aptè reſpõdere, vel alicui forti rationi, & argumento nititur; quia tunc ſingularis opinio communi præualet, cap. Capellanus, iuncta gloſs. communiter recept. de fer. ubi, cum duæ eſſent propoſitæ opiniones, poſterior eſt electa; cuius ratio ſubiungitur, quia meliori, inquit Pontifex, & ſubtiliori rationi nitebatur. Curt. iun. conſil. 63. numero 3. & conſilio 106. numero 12. Francus in cap. ſi pater, de teſtamen. in 6. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 287. Boer. deciſ. 155. num. 27. Dec. conſilio 259. Tolet. in Sum. lib. 3. cap. 20. nume. 7. D. Ioan. Baptiſta Coſta de fact. ſci. & ignor. inſpect. 30. num. 21. tom. 1. poſt Curt. ſen. conſil. 56. num. 5. Ludou. Sacca conſil. 14. numero 93. volum. 1.

22 Tertiò fallit, quando † communis eſt contraria opinioni per cõſuetudinem receptam comprobatæ; quia hæc, quam ſtylus, & cõſuetudo approbat, & ſi deſtruat textum (niſi ſit contra legem naturalem, vel diuinam certam, contra quam nihil poteſt conſuetudo) ſemper eſt præferenda, capit. dilecti, de conſuet. Berou. conſil. 87. num. 25. uolum. 3. Nauar. loco cit. Villalob. in comm. lit. C, num. 107. Ludou. Sacca, conſilio 14. numero 16. volu. 1. optimè Decian. conſ... volum. 2. in princ. & ratio eſſe poteſt, quia interpretatio triplex eſt, quædam probabilis, & nõ neceſſaria, ut Doctoris, quædam neceſſaria, ſed non generalis, vt iudicis, quædam probabilis, neceſſaria & generalis, ut principis, & conſuetudinis, gloſ. in cap. ſicut. 11. quæſt. 1. vide Ioan. Gutier. lib. 1. canonic. quæſt. cap. 9. num. 11. &
23 ſeqq. vbi ait, quòd pœnæ † capit. cum deteſtabile, de ſimon. in extrau. comm. locum habent tãtum in ſimonia reali, non verò conuẽtionali; quamuis aliter ſonent verba ipſius extrau. quia ſtylus Curiæ, & Rotæ Romanæ ſic eſt interpre-

pretatus; quæ interpretatio vſu, et
cõſuetudine eſt preſcripta, à qua
nec in Curia Romana, nec alibi
diſcedere licet, & excuſat in con-
ſcientiæ foro.

24 Quartò fallit, vbi † communis
opinio eſſet expreſsè falſa, uel poſ
ſet conuinci probabilibus ratio-
nibus; tunc enim ſtandũ eſt opi-
nioni paucorum Doctorum, uel
unius, ita docet Abb. Fel. & Dec.
in ca. 1. de conſtit. Exemplũ pono
in pollutione Eccleſiæ, quæ ſecũ-
dum communem Summiſtar. &
Nau. Azor. p. 2. Inſt. Mor. l. 9. ca. 5.
& aliorum inducitur per conſe-
crationem ab Epiſcopo excõmu
nicato; à qua communi opinione
merito diſcedit doctiſs. P. Suarez
tom. 3. q. 83. diſp. 81. ſect. 4. verſi. 4.
violatur, vbi probabilib. & ueris
fundamentis demonſtrat nõ eſſe
hoc verum: quod pariter explica-
mus in noſtro trac. de eccl. pollut.
& reconc. q. 6. vide pro hac fall.
Rim. iun. conſ. 405. nu. 20. & conſ.
464. nu. 14. vol. 4. ubi inquit rõnes
magis attendi debere, quàm deci
ſiones doctorum, & animum iu-
dicis mouere, ſicut lex ſcripta. vi-
de Natt. conſ. 120. nu. 1. vol. 1. Lud.
Morot. reſp. 11. nu. 20. poſt Nau. in
Man. c. 3. num. 8. & conſ. 8. de con-
ſan. & affi. licet aliàs durũ uideat̃
communẽ opin. relinquere. Aret.
in inſt. de reciproc. ſubit. n. 7. in fi.

Quinto fallit, quãdo eſſet con-
25 tra interpretationem gloſsæ † non
reprobatæ. Fel. ibid. quia hæc præ-
ualet, ſi aliquam rõnem probabi-
lem allegauerit; gloſſæ. n. maxima
eſt authoritas, & vr̃ neceſſaria, &
vbi gl. firmat pedem, tenenda eſt
illius opinio; niſi uſus eſſet in con
trarium; cum ẽt ob ꝯriam conſue
tudinem à lege recedatur, ut pro
bat ex Cyn. Spec. com. opin. in præ
fat. nu. 62. & ſeqq. uide Bald. cõſi.
351. vol. 1. nu. 5. ubi inquit, ꝑ in de-
ciſionib. cauſarum non eſt recedẽ
dum ab opinione gloſſe, de cuius
auctoritate uide Maſchar. de pb.
vol. 2. concl. 842. & Cened. par. 2.
Collect. 18. nu. 6. & ubi glo. plures
referat opiniones, & nullã expreſ
sè approbat, vltima eſt ſequenda
tanq̃ approbata, ſecundum cõem
in l. qui filium, § Sabinus, ad Tre-
bon. cum gl. in l. bona fides, ff. de-
poſ. ubi Bar. & eius Apoſtil. copio
ſiſſimè, Fel. in c. j. nu. 55. & 107. de
conſt. Iaſ. in l. pacta nouiſſima, nu.
3. C. de pac. Rim. iun. conſ. 406. n.
11. vol. 4. Scaccia trac. crim. lib. 2.
c. 9. nu. 195. Sic quando Innoc. re-
fert plures opiniones, & nullã fir-
mat, cenſetur ultimam approba-
re. Io. Anan. in c. j. de pen. lib. 6. A-
lex. conſ. 100. vol. 1. & cõſi. 175. vol.
2. vbi inquit, quando Innoc. nõ at-
tribuit alicui ultimam opin. cẽſen
da eſt ſua: Maccag. de cõi opi. lib.
3. c. 14. & notant cit. Doct.

26 Sextò fallit, ubi † unius Doctoris,
vel minoris partis opinio eſſet ꝓ
matrimonio, vel vt actus valeat;
quia illi ſtatur ꝯ cõem opin. Feli.
in d. c. 1. de conſti. Boer. deciſ. 264.
nu. 13. Andr. Gail li. 2. Obſeru. 94.
nu. 19. D. Menoc. lib. 2. præſ. 71. nu.
25. vide Vrgel. in meth. iur. contr.
c. 3. de opin. D. Io. Bap. Coſta trac.
de fac. ſcien. & igno. diſt. 74. nu. 8.
tom. 1. vide Caſſad. de ſponſal. &

ma-

matrim.deciſ.vnic.nu.fin.

27 Septimò, fallit,† qñ cōis eſſet ꝯ opin. Archid. rōne confirmatam; quia illi quoq; ſtatur ꝯ cōem opi. vt tradit Feli.in d.ca.1. de conſtit. Aduertas tñ, ꝙ licet Bart. dicatur iuris illuminator, & oīum auriga. Soci.iun.conſ.94.num.41.vol.1.& ſpeculū veritatis in iure noſtro. Corn.conſ.12.nu.2.volu.4. & eius auctoritas ſit magni pōderis, nec ab ea ſit recedendū; tutius tñ eſt, qñ eſt ꝯ cōem ſequi opinionem cōem. Maſchar.de probat. concl. 188.nu.12.Curt.ſen.conſ.56.nu.5.

28 Secunda concluſio eſt,† quòd extantibus opinionibus inter Legiſtas de intellectu alicuius legis, ſi Papa deciſionem facit ſuper illa dubietate, per deciſionem Papæ cenſentur eorum opiniones ſublatæ. Abb.in capi.cum tempor.de arbit.col.vlt. Et apertè habetur in cap.Capellanus de ferijs, D.Ioan. Beltr. Gueua. in propugn. libert. eccleſ.aſſert.2.§.2. nume.56. circa finem. Vnde colligitur, quòd deciſio Papæ eſt ſeruanda in foro ciuili, Felin. in c.fraternitatis de teſtibus nu. 3. vbi Additionator in verb. nouis. & in dubio ſtatur deciſioni iuris canonici, etiam in foro ciuili, Capr. in ſuis comm.opin. lit.D. num.28. D.Menoch. de arbitr.quæſt.30.num.3.& quæſt.74. nume.53. Maccagn.de communi opin.lib.3.c.8.nu.7.

29 Regulariter tamen,† ſi contrarietas ſit inter ius canonicum, & ciuile in non concernentibus peccatum, ius canonicum obſeruatur in terris Eccleſiæ; ciuile autem in terris Imperij, ſecundum communem, vt teſtatur Cur.iun. conſil.126.nu.4. Capic.deciſ.201. Suarez in Theſau.recep.lit.C,nu. 7. Graſſ. in ſuis communibus lib. 2.c.23.quæſt.25. In materia verò,

30 quæ† concernit peccatum, in vtroque foro ſeruandum eſt ius canonicum, Gutierr.de iuram.confir.3.par.ca.17.num.8. poſt gloſ.in c.poſſeſſor.de reg.iuris, quod procedit etiam, vbi agatur de peccato veniali tantum, vt poſt Imol. & Butr.in cap.fin.de præſcrip.tradit Alciat. in cap. cum contingat de iureiur.nume.5. quos refert, & ſequitur Cęual.in Specul.comm. opin.in præfat.nu.53.& ſeq. D.Io. Beltran.Gueuara in propugn. Eccleſ.libert.aſſer.2.§.2.n.58. & ſeq. Et in ſpiritualibus illud ſequi debemus ad amuſſim, vt probat D. Io.Baptiſta Coſta tract.de port.rata,q.63.nu.6. poſt Rim.iun.conſil. 380.nu.30.& ſeq.vol.4.

31 Tertia cōcluſio eſt, quòd,† vbi doctores ita diſſentiunt, vt alij affirment hanc, vel illam opinionē eſſe communem; alij verò oppoſitam; tunc ſi lege, vel ex more, & cōſuetudine nihil certi elici poſſit, tutior pars eſt in vtroque foro eligenda, Io.Azo.par.1.Inſt.Mor. lib.2.c.13.& Bertaz.conſil.95.nu. 6.in crim. D.Mar.Anton. var.reſ. lib.3.reſolu.16.ſub nu.20. Tutior autem pars eſt ea, in qua eligenda certum eſt, nullum ineſſe peccatū; vel in qua tenenda minus, & leuius peccatū eſt; ſi neutra quęſtionis pars abſq; peccato ſuſcipi, & ſuſtineri poſſit; illa enim eſt ſequen-

quenda, quæ magis tendit in fauo
rem animæ c.iuuenis de ſponſal.
clem.exiui,§.item quia,vbi Card.
de verb.ſign.& not. gloſ.in c.1.de
ſcrut. in ordin. facien.

Verum quidem eſt, quòd licet
32 † in dubijs teneamur amplecti, ꝙ
tutius,& certius eſt,& in quo nul-
lum peccati periculum verſatur,
c.iuuenis de ſponſal. c.ad audien-
tiam, & c.pen. de homic. & id in-
telligi dẽt de dubio practico, &
tunc non eſt conſilium, ſed verè
pręceptum.Siueſt.verb.dubium,
q.2.§.4. Nau.in c.ſi quis de pęnit.
diſt.7.n.42.Cordub. li.7.Quęſtio-
nar.q.3.propo.3. Suarez to.5.diſp.
4.de cenſur. ſect.6.nu.6. Sanchez
de matr. tom.1. lib.2. diſp.41. nu.9.
vbi affert exemplũ de eo, qui pra-
cticè dubitat; an hic, & nunc te-
neatur ieiunare; quia tenetur, dũ
id dubium non deponat; quia a-
liàs actus fieret cum conſcientia
33 practicè dubia. Inter † opiniones
tñ nõ tenemur eligere tutiorẽ; in
iure.n. hoc expreſſum non hr̃; &
ppea ſi quis inter probabiles opi-
niones eligendo hanc, vel illam, li
cet minus tutam, & certã, eligen-
do nullũ peccatũ admittit, Azor.
loc.cit.c.12. Sanchez d. nu.9. in fi.
D.Menoch.de arbit.caſ.339.n.20.
Imò vbi eſt ꝯrietas opinionũ, nõ
ſeruãs ius pręcepti non peccãt, vt
in d.c.Capellanus, vbi gl. & Butr.
de for.comp.Gutier.lib.1. Canon.
qq.cap.9. num.12.

Quarta concluſio eſt, ꝙ, ceteris
34 paribus, † opinio doctoris q̃ſtionẽ
ad vtramq; partẽ diſputantis, ar-
guendo, & poſtea reſoluendo cir-
ca ipſius veritatẽ, regulariter eſt
eligenda ac ſequenda. Alciat. de
pręſump.pręſump.51.reg.1.nu.8.
& ſeq.& ante eũ Alex.conſil.202.
lib.7. Specul.com.opin. in pręfat.
nu.13. Rimi.iun.conſ.455.nu.65.
35 & ſeq.vol.4. quia † diſputatio eſt
cribrũ veritatis. D. Coſta tract.de
fact.ſci.d.64.cen.2.num.14.tom.1.
nihil.n.eſt, ad res pręſertim ſubti-
les cognoſcendas, atq; diſpicien-
das, diſputatione potentius, vt ex
Leonardo tradit Caccialup.in tit.
de mõ ſtatuẽdi poſt princ.et Phi-
loſ.1.Top inquit, potẽtes ad vtrã-
que partẽ dubitare, in ſingulis ſpe
culabimur verũ, et falsũ; idcirco
36 ſępè dicebat Iaſ.nihil † eſſe tã ob-
ſcurũ in iure, quin, ſi deducatur in
diſputationẽ illius veritas inuenia
tur; et ait Adria.Papa in Quodlib.
q.3. poſt D.Hiero. ꝙ nihil certius
deprehendit eo, ꝙ diſputationis
dente terit, et integrũ eſt iudiciũ,
ꝙ plurimorũ ſuis confirmatur, c.
prudentiã poſt prin.de off.dele.c.
extra conſciẽtiã, 64.diſt. Et ferro
viã aperit, qui per ꝯria trãſit, Natt.
conſ.167.in prin.Soc.iun.cõſ.128.
nu.12.et 76.vol.j. et idẽ docuit A-
riſt.1.de Aĩa, tex.19. et 3.metaph.
tex.j.nẽpe veritatis inuẽtionẽ faci
liorẽ fieri, ſi prius dubitatũ fuerit.

37 Quo quidẽ † ſtylo multi hodier
ni authores eruditione ĩſignes sũ-
ma cum laude vſi ſunt, in ſuis ſcri
ptis, ut Illuſ.Bellarm. Molin. Sua-
rez, Greg.à Val.Vaſquez, Fachin.
et alij, q̃ quoq; methodũ frequen-
ter ſeruarunt multi Papien.Doct.
vt Curtij, Ripa, Menoch.Coſta, et
alij doctiſſimi, qui acumine ſui in-
genij

genij qõnes, & iuris articulos in
ſuis ſcriptis diligenter examina-
runt, ſubtiliterq; diſputationibus
38 elucidarunt; quod dicat † mordi-
cus Paul. Caſtr. qui, cum in quadã
cã non potuiſſet aptè rñdere cõſi
lio Collegij Doct. Papienſ. dixit in
l. hac ↄſultiſſima. §. fi. n. 3. C. de te-
ſtam. ꝙ Papienſes Doct. adeo ſub-
tilizant; ut ſeipſos non intelligãt;
ſed potius dicere debebat, ꝙ eos
non intellexit; nã licet ipſe in ſciẽ
tia legali fuerit ſatis verſatus, inge
nij tñ perſpicacitate nõ polluit, ut
rectè indicauit Alciat. lib. 2. parer-
gon, c. 42. dũ inquit, non negligẽ-
da eſt tyronib. Caſtrenſis explica-
tio. Et licèt Caſtrenſ. (inquit Me-
noch. de recuper. poſſ. rem. 15. nu.
476.) bonus Iuriſta dictus ſit; &
maximè in conſulendo, nimis tñ
facilis, nimiſq; promptus erat in
reddendis reſponſis. Ripę autem,
39 † & aliorũ antiquorũ Papienſ. au-
thorum, quos Theodor. Meda in
pfat. ad Prax. Ferrarij Papienſ. re-
fert, ſubtilis doctrina quanti ſit fa
ciẽda, uide D. Andr. Fachin. in cõ-
trouerſ. iur. lib. 9. c. vlt. vbi illos in
illuſtriũ Doctor. cętu, qui doctiſſ.
ſcriptis editis magnã ſibi laudẽ q̃-
ſierunt, pcipuè recenſet, quib. D.
Iacob. Menoch. quem moderni
ſcriptores iuriſperitiſſimũ, & iuris
conſultorum recentiorũ monar-
chã uocitant, meritò adnumerat.
40 Quinta concluſio eſt, ꝙ in † opi
nionib. q̃ in ceteris oĩb. sũt pares,
mitior, & benignior eſt ample-
ctẽda, pſertim in pęnalib. l. pſes, ff.
de pęnis. benignior aũt dr illa, q̃
fauet iuro, teſtamento, libertati,
voto, matrimonio, religioni, Ec-
cleſiæ, pupillo, viduæ, peregrino,
& alijs hmõi, arg. c. 2. de cogn. ſpir.
l. ſunt pſonæ. ff. de relig. sũpt. fun.
Azor. p. j. Inſt. mor. li. 2. c. 15. Theſ.
for. eccl. p. 1. c. 14. n. 40. Talis quoq;
dr, q̃ vtraſq; opiniones ad ↄcordiã
redigit, & aduerſantes conciliat.
Guid. Pãcirol. conſ. 105. n. 16. vol.
1. vbi de conſuetudine, & obſer-
uantia teſtat. Vnde ẽt infert Caſ-
ſad. de teſtam. deciſ. 4. ꝙ in opinio
num conflictu cã terminari põt p
uiam compoſitionis, iuxta l. non
fine, C. de bon. quæ lib. & poſt h.
Socin. ſeu. conſ. 150. col. pen. vol. 3.
41 Sexta concluſio eſt, † ꝙ ceteris
parib. ea eſt tenenda opinio, q̃ Do
ctorib. & peritis in ea arte uerior
apparet, qa unũſquiſq; pſumit in
arte ſua uerſatus. c. pponuiſti, de p
bat. ut in materia iuris diuini vete
ris, & noui teſtamenti præfertur
42 † Theologus in materia Canoni-
ca, & Pontificia. Canoniſta, q ce te-
ris parib. ĩ pmotione ad beneficia
pfert Theolog Hoſt. Abb. & oẽs ĩ
c. 1. de conſan. & affi. Fel. in c. fi. de
magiſtrat. ꝙ declara, niſi Eccleſia
Theologo indigeat, ut qa hæticis
ſit uicina, uide pulchrè Pau. Fuſc.
ſing. 4. lit. C, Menoch. de arbitr. ca
ſu 425. n. 35. Et q̃uis Rodriq. ĩ qq.
regul. to. j. q. 11. ar. 4. teneat ↄtriũ nẽ-
pe Theologũ hac in re pferri imò
addat ex Caſſan. trac. de glo. mũdi
ↄſid. 23. pferri ẽt in interpretatiõe
dubiorũ, q̃ tangunt conſc. forum,
tñ qa ius Canonicum eſt diuini,
humaniq; iuris pfecta epitome;
nec ex ſolo rõnis diſcurſu, ad quẽ
Theologus maxime incũbit, in-
telligi

intelligi poſſit, quid circa q̃plurimos, & varios caſus diſponāt iura pro foro conſciæ, quorū decreta pendent à libera principis voluntate; & de his regulariter inſtructus ſit Canoniſta; iō tā in ꝓcedēti caſu, q̃ in hoc ꝑferendum eſſe dicerem, cū ꝑſertim oēs ferè caſus conſcientiæ in iure Canonico deciſi reperiantꝰ. Theologus aūt præter lectionē Sacræ Theol. librorū, conſulere ēt dēt iuris vtriuſq; peritorū libros, vt eis cōſideratis poſſit dubitationes diffinire, ita tradit Henriq. in Sum. par. 1. tit. de indulg.c.29.n.4.lit.V, vide glo. in prin. Decret. Paris.conſ.6.n.34. in 4.vol.vbi dicit, ꝙ in cā mrīmoniali vſurarū, decimarū, & ſimiliū deciſio ſpectat ad Doct. iuris Canonici, & non ad Theologos. Iuriſperiti verò in materia ciuili præponuntꝰ.arg.d.c.ꝓpoſuiſti, vbi Pan. Villalob.in com.opi.lit.C.nu.107. facit Rot.Rom.in nouiſſ. p.2.deciſ.107.cū quib.cōcordat Nau. in Man.c.27.n.287.vbi inquit, ꝙ va-
43 rijs opin.exiſtentib. Confeſſarius† iudex, aduocatus eligere dēt illā, q̃ alicui textui nititꝰ, deficiēte textu, rōni, deficiente rōne, eligat cōmunē ceſſante cōi, eligat illā, quę plures hēt auctores, ꝉ plura fundata, ceſſantib. ꝓdictis eligat fauorabiliorē.l.ſemꝑ in dubijs.ff.de reg. iur. et eā q̃ maximè innititꝰ æquitati, qa certū eſt, ꝙ æquitas ꝑfertꝰ rigori, l.placuit.C.de iud. Decian. conſ.52.n.2.vol.2.vbi plura adducit.& nu.22. tenet in dubio opin. illā amplectendā eſſe, q̃ ꝓ poſſeſſore militat, ꝙ declarauimus par.1. noſtr.can.qq.ſect.1.q.20.num.9.

44 In foro aūt† conſcientię ad effectum non peccandi ſufficit eligere, & ſequi opinionē eius, quē exiſtimamus eſſe virum idonea ad id ſcientia, & conſcientia prędıtum, Innoc.in c.ꝑ tuæ, el 2.de ſimon. ꝙ intelligendū eſt præcipuè in his, q̃ ſunt iuris humani, & in illiterato, ſm Nau.conſ.2.de ſponſal.n.4. vide Sair.in Claui.lib.j.c.5.nu.10. & c.ſeq. Bonacoſ.in cō.opi.crim. verb.opinio. Azor.p.2. Inſt.Mor. li.2.c.17.q.7. vbi probat licere cuique in cōſciæ foro ꝓbabilē aliorū ſequi ſnīam ꝯ propriā opin. nō licet quidē ſequi opiniones, quas Socin.iun.conſ.128. n.48.vol.j. Saturninas vocat, i. nunq̃ receptas, & approbatas. Vñ qñ Paul.de Caſtr. conſ.289.dicit, opinionē peritorū hoīum defendere ēt à peccato, ēt quod veritas eſſet in ꝯrium intellige de ignorante veritatem eſſe in contrarium, & de non agente contra propriam conſcientiam.

45 Præterea ſciendū eſt, ꝙ opinio† Rotæ Rom.dr̄ cōis opinio, ſcd̄m Imol.& Barb.quos ſequitꝰ Gomeſ. in proęm.regul. Cancel. q.2.& 5. Afflic.deciſ.383. nu.8.vbi inquit, ꝙ ſtylus ipſius Rotæ hr̄ pro lege, vnde ꝯire ipſum, inſtar eſt ſacrilegij, vide Marc.Mantu.lib.4.Obſeruat.c.38.Felin.in c.licet, de off. ordin.& rō eſt, quia in Rot.Rom. eliguntꝰ viri doctiſſimi, & Audito-
46 res ſunt duodecim, & admodum graues, qui ꝑ rigidas examinationes, veluti aurum in fornace, deputantur: & ſic cū illorū auctoritas adeo in excelſo ſit repoſiita, nullus iudex à Rotæ deciſionib. recedere dēt, ita Gratus cōſ.11.ī fi.

lib.j.Dec. conſ.218.D.Menoch.de arbitr.caſ.70.nu.7.& ſeq. ubi laudes Auditorum Rotæ tradit, Mãdoſ.de mon.q.27. vbi nu.6. dicit,
47 ꝙ loquente † Rota Rom.cetera tribunalia obmuteſcere debent; Imò,ut tradit additio Decij, in l. iura ſanguinis, ff.de reg.iur. & refert,ac ſequit̃ Spec. com.opi.in p̃fat.nu.26.deciſiones Rotæ Rom. maioris ſunt auctoritatis, quàm communes Doct.opiniones.
48 Et licèt Rotæ Rom.† tanta ſit auctoritas, non tñ eſt neceſſaria, nec hñt vim legis ei⁹ deciſiones, niſi tranſeant in ſtylum; habẽtur quidem pro deciſionibus magiſtralibus,ex Domin. in c. ſi duob. de reſcrip.lib.6. probatur à Felin. c.2.eo.tit.& in c.paſtoralis, nu.10. de fide inſtr.Lancel. de atten p.2. c.4.in præfa.nu.506.& c.20. lim.j. nu.2.Maſchar.de ꝓba.vol.j.concl. 484. & de cõi teſtatur Nau. in ca. accepta,oppoſ.1.nu.7.de reſt.ſpol. Nicol. Garcia trac.de benefic.to. j.in p̃fa. circa med. Nec eas ſeq tenemur,niſi quatenus lege,vel rõne nitantur. Gemin.cõſ.94.col.2. in fi.Ripa in l.j.nu. 64.ff.ſi cer.pet. Fel.loc.cit.Franc.Marc.p.1.deciſ. 270. D.Marc.Ant.var.reſol.lib.2. reſol.38.num.13.& ſeq.
49 Quod attinet ad declarationes † Sacræ,& Illuſtriſs. Cõgreg.Card. ſup Conc.Tri.certũ eſt, eas nõ eſſe declarõnes doctrinales,ſicut latas à Doct. & Iuriſperitis, ut aliq Theologi ꝑperã dixere; ſed eſſe declarationes definitiuas, ſeu deciſiuas,vim legis hñtes,& vt leges recipiendas, vtpotè latas ex commiſſione Papæ,et à pſonis habentib.interpretandi, et rñdẽdi facultatẽ à Principe,ut apparet ex Bulla Sixti V.q̃ 7.in ordine, et ponĩt à Rodri.qq.reg.to.1.q.11.ar.1.et tradit ar.2.in qua Bulla hr̃ facultas d. Sac.Congr.facit tex.in §.rñſa prudentũ inſt.de iure nat.et ꝙ pro lege habendũ ſit id, ꝙ ab ea ſancitũ eſt,ſentit Dec.conſ.200.in fin. ſequitur Crauet.conſ.144. et 198.

Et eadẽ Sac. Congr. cuidã Abbati Maſſanẽ. ut refert Nicol.Garcia, trac.de benef.in pręfat.p.1.ſic rñdit: Eadẽ rõ habẽda eſt de his,q̃ ſcribunt̃ à Cardinalib. Sac.Cong. Conc.Trid. noĩe ipſius Congr.ac ſi à Papa ſcripta eſſent; et aliàs his uerbis rñdit: Decreta, et literæ Congreg. Cõcilij ſemotis litibus, ſunt executioni demãdanda, nec ſuper his ſententia, nec decretũ aliquod eſt faciendum, prout ſupra q.10.n.40. de blaſph.diximus.

Et ita ſuper declarationib.Sac. Cong.Sũmus Pontifex ſtatim dat Breue; & Auditor Camerę Monitoriũ in earũ executionẽ; & Rota eas abſq; vlla cõtrouerſia,& diſputatione amplectit̃,ſuſcipit, obſeruat,vt praxis oſtendit,teſte Nicolao Garcia lo.ci. & q̃uis declaratio ſit facta ad inſtantiã alicuius, ſeu in caſu particulari; facit tñ ius quoad oẽs,& in vniuerſũ,ad l.vlt. C.de legib.c.in cauſis,de re iud.c. 1.diſt.19. Eman.Rodri.d.ar.2. ad fi. Garcia loco cita. quicquid dicant aliqui Theologi.

Nec requiritur publicatio, ſeu promulgatio,aut intimatio huiuſmodi declarationũ,ꝓut ẽt nõnulli Theo-

li Theologi autumãt; nã vt rectè inquiunt Rodri. & Garcia ibid. licet, leges vt obligẽt, ſit neceſſariũ, ꝙ publicent, vt tñ declarationes legũ iã publicatarũ, & receptarũ, obligent, non eſt neceſſariũ, ꝙ publicent; ſufficit.n. ꝙ ipſę leges ſint promulgatæ, & receptæ ad hoc, vt earum declarationes à Principe, vel ab habẽte poteſtatem ab ipſo Principe datæ obligent eodem modo, quo ipſæ leges obligant.

50 An verò hmõdi† declarationes obligent in foro interiori, & conſcientię, latè diſputat Rodri. d. q. 11. ar. 2. & tandẽ cõcludit, ꝙ tales declarationes authenticæ, cũ dicãtur declaratiões definitiuæ, & ꝓ latę cõmiſſione papali, vt diximus, neceſſitatem imponant tã in interiori, q̃ in exteriori foro, eadẽq; lege, qua obligamur, recipere declarationẽ papalẽ, tanq̃ veram, cũ ad legiſlatorẽ ptineat, vera ſuarũ legũ intelligẽtia, c. j. de iura. calum. eadẽmet obligamur recipere huiuſmodi declarationes tanq̃ veras, & verè mentẽ legiſlatoris attingentes, quæ in ſcriptis redigunt, ſicut declarationes ipſius Principis legiſlatoris; Vbi verò authenticæ non fuerint, non obligamur ad eas recipiendas.

Baldi aũt, & Felin. Ripæ, & Iaſ. poſt Bart. & Abb. sũma eſt authoritas. D. Menoch. de præſ. lib. 5. prę ſump. 21. nu. 17. Nau. diſtinguẽtis opinio cũ cõi, ꝑ in Gutier. li. 2. can. qq. c. 15. nu. 36. & regulariter Do-
51 ctori† diſtinguenti magis credit, q̃ alteri: qa diſtinguens proximus eſt veritati. Salicet. in l. filiæ cuius. verſ. ex prædictis, n. 2. C. fam. herc. Rim. iu. conſ. 363. n. 156. vol. 4. vbi inquit: Doctori bene diſtinguẽti ſemp credendũ eſt. Beret. cõſ. 134. nu. 27. Scaccia trac. crim. li. 2. c. 2. nu. 188. Petr. Cabal. cõſ. 140. n. 23. D. Menoc. de præſum. lib. 2. ꝓſum. 71. nu. 47. Roch. de Curt. in c. fin. de conſuet. illat. 2. concl. 3. D. Coſta de fact. ſci. & ign. cent. 2. diſ. 64.
52 nu. 11. to. 1. D. aũt Iacobi† Menoc. opinio, in materia præſertim de arbit. iud. prę ſump. & poſſeſſ regulariter eſt tenenda, & in dubio ſemper amplectẽda, & ceteris authorib. prępo nẽda, quia eſt I. C. doctiſſimus, & in dictis materijs in ſpecie ita copioſè, & eruditè ſcripſit, vt ſine eius lucubrationib. in multis per tenebras ambulãdũ foret.

Sed duo extãt dubia, quorũ pri-
53 mũ eſt, † an magis credat Doctoris dicto in lectura, q̃ in cõſulẽdo. Bar. in l. ſi Pr, nu. 2. C. de inſtitu. & ſubſti. Alex. conſ. 185. vol 2. nu. 25. Boer. deciſ. 155. nu. 24. tenẽt, lecturas maiorem obtinere auctoritatem, ſic etiam Crauett. in tract. de antiq. temp. p. 1. nu. 48. vbi inquit:
54 ꝙ † Doctores legendo magis nituntur veritati, quam conſulendo; quia in lectura ceſſat affectio, & cupiditas æris. Pariſ. conſi. 110. vol. 1. nu. 20. Maccag. de cõi opin. lib. 3. c. 15. Contrariũ verò tenent Anchar. conſ. 11. quẽ refert, & ſequitur Rimi. iun. conſ. 455. nu. 62. & ſeq. vol. 4. & Ill. Card. Tuſchus, to. 2. Prac. Cõcl. lit. D, concl. 612. vbi reddit rõnẽ, nempe, qa ea Doctoris opinio ventilata in iudicio melior, & magis diſcuſſa dr, q̃ le-

55 ćturæ opinio, tũ qa † talis opinio firmata in conſilijs maiorem præfert diligentiã. Rim.iun.cõſi.455. n.63. vol.4. tũ quia, vt inquit Sair. in Claui, lib.1.c.5.n.12. in Scholarum diſputationib. & lecturis licitũ eſt Doctorib. tueri minus probabilem, relicta probabiliori opinione, eo ꝙ ibi nullum ſibi, vel alteri præiudicium infertur; ſecus verò in practicis, & cõſilijs, in qb.
56 põt alteri ꝑiudicari, vbi † ſi defendat falſum, & peccat mort. Ange. de Aduoc. §.13. et facit litem ſuã, Franc.Marc.deciſ.466.p.j. ubi uerò maius eſt ꝑiculũ, cautius eſt agendũ, c.ubi ꝑiculũ, de elec. in 6. et præſertim ubi uerſat aĩę pericu lũ; cũ nemo cẽſeat immemor ſalu tis æternæ, c.ſancimus, poſt med.1. q.7. Rim.loc.ci. Decia.cõſ.5.n.89. uol.j. Imo.in conſ.9.n.44.uol.2. dicit, ꝙ Doctor uarians in opinione, illã approbare dr̃, q̃ eſt in cõſilijs cõfirmata, nõ q̃ in lectionib. etiã ſi lectura ſit poſterior. Ego uerò priorẽ opinionẽ approbo, nempe magis inhærendũ eſſe opinioni, q̃ Doctor tenuit legendo, q̃ cõſulẽdo, dicta rõne; qa non poteſt indu ci ad ita conſulẽdũ in lectura amicitia, vel lucro. Sed uide Fichard. in addi.1. ad Villalob.c.18. Viuiu. li.1.com.op.uerb. Doctoratus nu. 20. Gabriel. in ſuis comm.lib.1.de teſtib. concl.4. nu. 87. D.Menoc. de præſump. lib.2. preſ.71. nu.48. cum ſeq. Silu.nup. li.5. nu.26. per quos latè diſſeritur, an Lecturæ, an Tractatus, an Conſilia maiorem obtineant auctoritatem.

Hoc tñ pro indubitato firmandum eſt, quòd in omnib. quæſtio
57 nib. occurrentibus, † vbi diuerſæ ſunt Doctorum opiniones primo potius adhærendum eſt opinionibus antiquorum, quàm modernorum, niſi reperiatur textus expreſſus in contrarium. Pract. Ferrar. Papienſ. inform. c.quãdo teſt. prod. ad ætern. in fine. Euerard. in loc. ab auctoritate, verſ. ad vnum tñ aduerte, & ſequitur D.Marius Antonin. lib.2. var. reſol. reſol.46. nu.6. Beret. conſi.5.n.5. vbi inquit
58 † Doctores antiquos iunioribus præſtare veneratione magna, pondere, & menſura. Secundò potius præſumendũ eſt pro illa, pro qua conſuluit aliquod Collegiũ Doctorum, quam pro illa pro qua cõſuluerũt Doctores particulares. Abb. in cap. prudentiam in princ. colum.1. de offi. deleg. Cur. ſenior, conſ.56. nu.5.

Secundum dubium eſt, an iu-
59 dex † in opinionum varietate, & conflictu videns communem opinionem pro actore, & communẽ pro reo, poſſit licitè in amici fauorem iudicare? Reſpondetur, hoc eſſe valde controuerſum; quod tamen verius videtur, ſic declarabimus: primo quòd quando iudex videt, vtranq; opinionem eſſe ex æquo probabilem ex parte iuris, & ipſe quoq; ita iudicat, poteſt licitè pro amico iudicare ſecundũ illã, quæ amico magis fauet: Imo,
60 ſecluſo † ſcandalo, poteſt ob amicum, modò ſecundum vnam, modò ſecũdum alteram opinionem iudicare. ita Sot. lib.3. de iuſti. q.6. art.5. ad 4. propoſ.2. Arragon. 2.2. q.63.

q.63.ar.4.ante dub.vlt.in fi.vbi Salon.artic.4.controuerſ.2.Greg.de Val.tom.3.diſp.5.q.7.punc 4.conclu.11.Barth.Medin. 1.2.q.19.art. 6.dub. antepen. Rot.Rom.in antiq.titu.de reſcrip.deciſ.774. aliàs 55. vbi dicit, quòd in diuerſitate opinionum poteſt iudex vnã eligere;& vocatur punctus pro amico, ita etiam reſoluit D.Menoch. de retin.poſſeſſ. rem.3. nu.766. & de arbitr.caſ.339.nu.19.Tiraquel. de nobil.c.17.oppoſ.1.

Et qui ſequitur in tam probabili dubio opinionem vnius Doctoris,excuſatur in cõſcientia, etiam quod poſtea opinio Doctoris illius per Papam clare reprobetur, & contraria verior iudicetur: aurea eſt doctr. Abb.in d.cap.Capellanus de ferijs, vbi plura allegat.

61 Secundò, quando † ſunt duæ opiniones ęquè probabiles ex parte facti, quia ſcilicet vterque ex ęquo probat factum ſuum; tunc in ciuilibus iudex componere debet partes inter ſe, vel ſi res, de qua litigatur, ſit diuiſibilis, diuidere illam inter partes; Quòd ſi cauſa ſit criminalis,debet iudicare in fauorem rei. ita Salon.vbi ſupra,concl.2.Sair.in Claui,lib.1.ca. 11.nu.22.per regu.iur. in 6.c.cum ſunt,& in capit.in pari delicto,vel cauſa eod.ti. Specul com.opin. in præfat.nu.102. vide D.Coſtam de remed. ſubſid. remed. 70. illat.2. num.3. vbi ex Sot. de iuſt.& iure, lib.5.q.4.ar.2.& alijs concludit,Iudicem conſcientiam non lædere, ſi ſolum agat contra ſpeculatiuã ſcientiam,ſecus uerò, ſi agat contra practicam, ut ſuperius ſub nu. 32. dictum fuit.

62 Tertiò; quando duæ † opiniones ex parte facti probabiles ſunt, ſed ita, ut una earum ſit probabilior, in ciuilibus tenetur iudex in conſcientia iudicare in fauorem probabilioris. Salon.concl.3.Gregor.de Val.propoſ.3.ubi ſupra, & ratio eſt, quia iudex tenetur iudicare ſecundum merita cauſæ; ſed qui factũ probat per teſtimonia meliora,& pbabiliora, hẽt maiorà merita cauſæ, ergo, nec eſt aliqua opinio probabilis, quæ dicat licitum eſſe, contra huiuſmodi hominem ſententiam proferre.

63 Secus autem dicendum eſt, † quando duæ ſunt opiniones probabiles ex parte iuris,altera tamẽ probabilior; quia tunc poteſt iudex, ſicut quiuis alius fidelis in ſuis priuatis actionibus, dimiſſa probabiliori, ſequi probabilem, quam iudicat eſſe ueram; nec eſt neceſſe,ut iudicet illam ueriorẽ; quamuis debeat iudicare illã veram; quia ſi iudicet falſam; tunc deberet ſecundum probabiliorẽ, quam veram putat, iudicare, & non ſecũdum probabilem, quam putat falſam;aliàs peccaret ſic iudicando contra conſcientiam, & iuſtitiam,ut rectè Salon vbi ſupra concl.4.Greg de Val. propoſ.2.& Sair.num.8.animaduertunt, vide Suarez de cenſur.diſp.4.ſect.6 nume.6. Leges quidem non decernunt, vt feratur ſententia iuxta opinionem probabiliorem Doctorum circa iura, ut ex Azor. & Sanchez, ſup.nume. 33. diximus; ſed

ſed in fauorem illius, qui melius probat, & oſtendit factum, ut rectè notat Sair. d. cap. 11. num. 13. circa fin. & ſic intelligendi ſunt Nauar. in d. cap ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7. num. 130. & ſeqq. & Cęual. in Specul. com. opin. in pręfat. num. 101. & ſeqq. Vnde cōtra Sot. tenent Sair. loco cit. & Azor. par. 1. Inſt. mor. lib. 2. c. 17. in fin. ꝙ

64 Aduocatus † poſſit ſine peccato defendere opinionē minus probabilem, relicta probabiliori. Qualiter autem de Aduocatis, & Cauſidicis hæc doctrina ſit practicanda, egregiè, & prudentiſſimè explicat D. Io. Petrus Ala, q. 37. par. 1. & q. 43. par. 2. de Aduoc. & Cauſidic. Chriſt. ob quem ſanè pernecesſarium Tractatum verè aureū, & omni lapide precioſo ornatū, illi auctori multis nominibus commendando maximas gratias inprimis Aduocati, Cauſidici, necnon eorum Cōfeſſarij habere debent.

F I N I S

Benedictio, claritas, ſapientia, gratiarum actio, honor, virtus, laus, & fortitudo Deo O.M. in ſæcula ſæculorum, Amen, qui noſtri miſeratus omnem pellat languorem, tribuat ſalutem, donetq; aulam ingredi cœli; intercedentibus præſertim Beatiſſima ſemper Virgine Maria, ac Sanctis Petro, Antonio, & Hieronymo.

FINE

LABORATORIO RESTAURO
A. Lombardi
Via Valsolda n. 125-127
Tel. 839008

Digitized by Google